ab obiecto. alio mō p accns q̄ hʒ ɔformitatē nō ab obiecto sʒ aliūde. ⁊ istā distinctionē videt tenere scotus ī fine q̄ōnis ḋ praxi. vbi dic̄ q̄ theologia dei de ɔtingētibꝰ tā in intellectu diuino q̄ in ītellectu creato: est p se speculatiā: lʒ ī intellectu creato sit p accns practica. ¶ Quātum ad tertiū articulū sit ɔclusio rn̄salis. logica est simplr̄ speculatiā: ⁊ nullomō practica: qꝛ illa sciā ē simplr̄ speculatiā q̄ nō est naturaliter p̄oꝛ praxi nec directiā praxis: sʒ logica est hmōi. qꝛ logica nō est nisi directiā actuū ītellectus quoꝝ nullus dr̄ praxis. ¶ Ad rōnes aūt̄ oppositū. Ad p̄mā dr̄ q̄ logica nō est ꝓductiā sui subi. nā subiectū logice est modꝰ sciēdi vel sillꝰs: qui nō sūt nisi scd̄e intētiones ꝓducte p actū cōpatiuū intellectꝰ: ⁊ nō p logicā. veꝝ est tn̄ q̄ bn̄ logica docet facere sillogismos ⁊ argumētatiōes. ¶ Ad scd̄aʒ dr̄ negādo minorē. qꝛ lʒ logica sit directiua actuū ītellectus. nō tn̄ est directiā praxis: cū nullus actꝰ ītellectus sit praxis. ¶ Ad tertiaʒ dr̄ q̄ hoc nō est rō scie practice neq̄ sufficit ad sciaʒ practicā: puta q̄ nō sit grā sui: sʒ grā operis. sʒ requirit̄ q̄ talis opatio cuiꝰ ē directiā: sit praxis. ¶ Ad q̄rtā dr̄ q̄ hoc nō sufficit ad sciētiā practicā. ¶ Ad quintā dr̄ q̄ maioꝛ est vera si ille hītus sit directiuus ī opatione q̄ est praxis: ⁊ tūc miōꝛ est falsa. qꝛ logica non dirigit nisi in actum rationis qui non est praxis. ideo logica non potest esse directiā praxis: neq̄ est prioꝛ praxi cuius ipsa sit directiua.

Logica ē speculatiua ⁊ nō practica

Queritur tertio vtrū logica que

est ꝑs phie sit de argumētatione tanq̄ de subo p̄rio. ¶ Ar̄ p̄rio ɔtra p̄mā ɔteꝫ. tn̄ sunt tres ꝑtes philosophie. scilicet mathematica: phisica: et methaphisica. sed logica non est aliqua istaꝝ partium. igitur logica nō est pars philosophie maioꝛ patet per phm̄. vj. metha. diuidentem phiām in illas tres ꝑtes. ⁊ miōꝛ ē nota. s. q̄ logica nō sit aliq̄ illaꝝ partiū. ¶ Scd̄o sic ɔtra aliā ꝑtem. intētio scd̄a in cōi sumpta est: subiectum in logica: ergo nō est argumētatio. ɔn̄a tenet qꝛ vnius hītus est tm̄ vnū subm̄. aūs pʒ p auicēnā dicentē logicā eē de scd̄is intētionibus adiūctꝭ p̄mis. ¶ Ar̄ tertio sic. sicut se hʒ methaphisica ad ens reale ita se hʒ logica ad ens rōnis: sʒ methaphisica est ḋ ente reali tanq̄ de subiecto. ḡ logica est de ente rōnis tanq̄ de subiecto. Hoc etiā ɔfirmat̄ p phm̄. iiij. methaphisice dicentē q̄ logicus ⁊ methaphisicus circa idē laborāt. ¶ Ar̄ q̄rto sic. oīs sciā acquirit̄ p argumētationē: ḡ si de argumētatione eēt sciā: illa acquireret̄ p argumētationē: sʒ hoc est īpossibile igit̄. q̄ sit impossibile pʒ. qꝛ vel illa argumētatio eēt nota vl̄ ignota. nō ignota: qꝛ tūc p ipām nō acquireret̄ sciā nec nota: qꝛ vel hoc esset p se vel p aliā. nō p se: vt notū est. neq̄ p aliā: qꝛ tūc esset ꝓcessus in infinitū. ¶ Ar̄ sic quito. illḋ est subiectū ī aliqua sciā: qḋ est p̄ncipalissimū inter oīa ɔsiderata in tali sciā: ⁊ de quo demonstrant̄ passiones et ad qḋ oīa alia reducunt̄. sed sillogismus est hmōi. ergo argumētatō nō erit subiectū. ¶ In oppositū ar̄ per cōes expositores logice qui tenent logicam esse de argumentatione tanq̄ de subiecto. In hac questione erunt tres articuli sicut in precedenti. Quantum ad primum.

Logica q̄ ē pars phie an sit de argumētatione ⁊c. Tres sūt ꝑtes phie losophie

Sciēdum est primo q̄ pro decla

ratione primi termini ponit̄ hec distinctio. philosophia diuidit̄ in phiam generalit̄ captā ⁊ in phiam spālīter captā. vn̄ phia generalit̄ capta est que docet cuiuslibet admirabilis veritatem cognoscere sm̄ modum nobis possibilē sm̄ quē potest a nobis apprehendi. Unde admirabile est cuius causa est occulta inuētioq̄ rara. vel sic potest diffiniri philosophia generaliter capta est cuiuscumq̄ entis siue a nobis siue a natura causati veritatis apprehensio. Sed phia specialiter capta est veritatis cuiuscūq̄ entis a natura causati apprehēsio. ⁊ ista philosophia specialiter capta diuidit̄ in methaphisicā: phisicā et mathematicā. philosophia aūt gn̄alit̄ capta diuidit̄ in phiam realem: moralē: ⁊ rationalem siue sermocinalē. vn̄ phia realis ⁊ philosophia specialiter capta idē sunt. ideo sicut phia spālīter capta diuidit̄ in phisicā: methaphisicā ⁊ mathematicā. ita philosophia realis. Sed philosophia moralis diuidit̄ in ethicā: politicā: ycōnomicaʒ: ⁊ monosticā: ethica tradit̄ ab aristotele in decē libris ethicoꝝ: ⁊ cōsiderat modum viuendi in cōi. hoc est ethica est de his q̄ sunt cōmunia ad oēm modū viuēdi: siue solitarie siue domestice: siue ciuiliter siue politice. ¶ Politica vero cōsiderat de regimīe ciuitatis ⁊ de mō viuēdi ciuiliter: ⁊ illa tradit̄ ab aristotele in politicis. yconomica est q̄ tractat ḋ regimīe domꝰ vel familie: ⁊ de mō viuēdi domestice. ⁊ tradit̄ ab aristotele in yconomicis. Monostica vero cōsiderat de regimīe vnius hoīs siue de mō viuēdi solitarie: ⁊ illa nō inuenit̄ tradita ab aristotele. Sed phia rationalis siue sermocinalis diuiditur in gramaticam: logicā: ⁊ rhetoricam. Ex istis sequitur q̄ logica est pars philosophie generaliter capte ⁊ nō specialiter capte.

Phie diuisio.

Phia generalr̄ capta quid sit.

Quid sit phia specialr̄ capta.

Moralis phie diuisio.

Ethica q̄d sit.

Politica quid sit.

Quid sit yconomica.

Monostica q̄d sit.

Phie rōnalis diuisio.

Sciendum est secūdo q̄ argumen

tatio capit̄ tripliciter. vno mō large ꝓ omni oratione formata ad modū cōsequētie siue sit bōa siue mala: ⁊ sic diceremꝰ ibi esse argumentationem petrus currit: ergo asinus currit. Alio mō capitur stricte ꝓ oratione composita ex aūte ⁊ ɔn̄te in ɔsequētia bona: siue aūs sit ꝓbatiuum ɔn̄tis siue nō. Alio mō capitur strictissime pro oīm oratione cōposita ex aūte ⁊ ɔn̄te ī bona cōsequētia: cuiꝰ aūs est ꝓbatiuuʒ consequentis. ¶ Et circa hoc restat paruum dubiū vtrū argumētatio sit genꝰ ad inductionē. sillogismū. entimema: ⁊ exemplū. Respondetur q̄ argumētatio strictissime capta q̄ est oratio cōposita ex aūte ⁊ cōsequēte in bona cōseqūētia ⁊ ꝓbatiua nō est genus ad illa quattuoꝛ. quia ratio eiꝰ nō ɔuenit omni sillogismo: qꝛ mlt̄i sunt sillogismi q̄ nō sūt ꝓbatiui: quēadmodū est sillꝰs simplr̄ dictꝰ. sʒ spēs argumētatōis sic capte: sūt sillꝰs

Acceptiones argumētationis.

Argumētatio an sit genꝰ ad inductionē ⁊c.

probatiuus: inductio probatiua: exemplum ꝓbatiuū: et ētimema ꝓbatiuū. ſʒ argumētatio ſtricte capta. vt eſt oratio cōpoſita ex añte et conſequente in bona ꝯña ſiue ſit probatiua ſiue non eſt genus ad illa ꝗttuor: q: ſufficiēter diuidunt ipam argumentationē. ſicut ſpēs diuidūt genꝰ ¶ Adhuc eſt dubiū vtrū ſillus ſophiſticus peccās ī forma ꝯtineat aliquo mō ſub argumētatiōe tanꝗ ſpēs. Rñdet ꝙ bñ pōt ꝯtineri ſub argumētatiōe large capta. i. ꝓ oī orōne formata ad modū ꝯñe. ſiue talis ꝯña ſit bona ſiue nō ¶ Et ſi quis dicat. argumētatio eſt qd ꝯplexū. ꝗ nō videt habere ſpēs ſub ſe. Rñdet ꝙ argumētatio accipit duplr. vno mō ꝑme intētionalr ſiue ꝓ denoīatoꝝ ſic nō ē niſi oratio mental: vocalis: vel ſcripta. cōpoſita ex añte et ꝯñte. vt petrus currit. ꝗ hō currit. ꝛ his oratio dr argumētatio prime intētionalr. ꝛ ſic eſt qd cōplexū nō habens ſub ſe ſpēs. neqꝫ pōt eſſe ſubm alicuꝰ ſcie Alio mō capit ſcđe intentionalr. et ſic nō ē niſi vna ſcđa intētio attributa ꝑ intellectū ꝗtū ſuple ad denoīationē orōni mentali: vocali vl ſcripte cōpoſite ex antecedēte ꝛ ꝯñte. ꝛ ſic eſt reſpectus ſimplex ꝯtinēs ſub ſe illas ꝗttuor ſpēs.

Argumētatio duplr accipitur.

Sciendum eſt tertio ꝙ ſubiectum

Subm ſcie quid ſit.

ſciētie ſolet ſic diffiniri a ſcoto. eſt qđ primo virtualiter ꝯtinet oēs veritates neceſſarias illiꝰ ſcientie cuꝰ eſt ſubiectū. In qua diffinitiōe ponitur primo. ꝙ idē eſt ꝙ adequate. naꝫ ſubm in ratione ſimplici ſubiecti cōtinet virtualr oēs veritates neceſſarias. i. oēs ꝓpoſitiones neceſſarias illius ſcie cuꝰ eſt ſubm. ¶ Pro cuꝰ declaratiōe ē aduertēdū ꝙ multiplex ē ꝯtinētia: quedam eſt eſſentialis. ꝗ vnuꝫ ꝯtinet aliud in ꝑmo mō dicēdi ꝑ ſe ꝗadmodū inferiꝰ ꝯtinet ſuperiꝰ Alia ē ꝯtinētia vnitiua qua vnū ꝯtinet aliđ ſibi idē realiter. diſtinctū tñ formalr: ꝛ iſto modo anima dr ꝯtinere ſuas potētias et etiā eſſentia diuina dicit ꝯtinere ſua attributa. ſ. bonitatē ſapientiā. ꝛ ſic de alijs. alia eſt ꝯtinētia potētialis qua ſupius cōtinet ſuū inferius. vt aīal hoīem bouē leonē. ꝛ ſic de alijs. alia eſt continentia virtualis. vñ ꝯtinere aliud virtualr non eſt aliud ꝙ poſſe producere aliud in eſſe reali vl in eē cognito. ¶ Ex quo ſequit ꝙ cōtinentia virtualis eſt duplex. quedā eſt in eſſe cognito. ꝛ alia in eē reali. Unde ꝯtinere aliud in eſſe cognito. nō eſt aliud ꝙ noticiā illius ꝓducere. et iſto modo eſt intelligendū ꝙ ſubiectū cōtinet ſuas paſſiōes virtualiter in eſſe cognito. Et ꝑ hoc ſoluunt fere oīa argumēta Bregorij de arimino: ꝗ facit cōtra ſcotuꝫ. Sed ꝯtinere aliud in eſſe reali eſt poſſe aliud vere ꝓducere. ꝗadmodū deus ꝯtinet creaturas quas pōt ꝓducere. ꝛ iſto mō ſubiectū nō ꝯtinet ſuas paſſiones neqꝫ capit ſic ꝟtualr in diffinitiōe ſubi. ſed primo mō. q: ſubm nō dicit primo ꝟtualiter ꝯtinere veritates neceſſarias. i. ꝓpoſitiones neceſſarias in eſſe reali ſed in eē cognito. Ex quo ſequit vnū. ꝙ iſta diffinitio nō datur de ſubo ſcie rōnalis cū ſubm illius nihil cōtinet virtualr. q: tale eſt ens rōnis ſeu ſcđa intētio ꝗ nihil ꝟtualr ꝯtinet neqꝫ in eē reali neqꝫ ī eſſe cognito. neqꝫ ꝑtialr neqꝫ totalr q: ꝓducere eſt actꝰ entis realis ꝗ nō pōt ꝯuenire alicui niſi illud exiſtat. mō nulla ſcđa intētio exiſtit. cū ſcđa intētio nō hēat verꝰ eſſe ꝙ illud cui attribuit. ſ. ſuo fundamēto qđ hꝫ tm̄ eſſe cognitū. datur ergo iſta diffinitio de ſubiecto ſcie realis: cuꝰ ſubiectū eſt ſpēs ſpecialiſſima.

Cōtinentie acceptiones.

Cōtinentie ꝟtualis acceptiōes.

Sciendum eſt quarto ꝙ veritates

Veritates ſubiecto neceſſarie que ſint.

neceſſarie quas ſubm ꝑmo ꝯtinet virtualr ſunt ꝓpoſitiones ꝯſtitute ex ipo ſubo ꝛ ſua diffinitione. ꝛ ꝓpōes ꝯſtitute ex diffinitiōe ꝛ ꝓpria paſſiōe et poſtea ꝓpōes ꝯſtitute ex ſubo ꝛ ꝓpria paſſiōe Et aduerte ꝙ nō ſolū ſubm ꝯtinet ꝟtualr ꝑdicatū. i. ſuā diffinitionē vt genꝰ vl differentiā. ſʒ etiā eſſentialr. Aduerte etiā ꝙ ꝓpoſitio cōſtituta ex ſubiecto ꝛ ꝓpria paſſiōe cōtinet in ꝑmiſſis cōſtitut; ex ſubiecto ꝛ diffinitiōe. ꝛ ex diffinitiōe et ꝓpria paſſiōe. aliter tñ ꝙ in ſubo. q: ſubiectū cōtinet talē ꝯcluſionē prīo. i. adeꝗte in rōe ſubi ſed tales ꝑmiſſe ꝯtinēt ꝑmo. i. īmediatiꝰ ꝛ nō ſicut ſubm. ꝯtinet etiā ſubm ꝓpōnes ꝯſtitutas ex ſua ꝓpria paſſione ꝛ ex aliquo ſuoꝝ inferioꝝ vt hō ꝯtinet virtualr iſtā petrus eſt riſibil. ſʒ potētialr ꝯtinet ꝓpōnes ꝯſtitutas ex ſuis diffinitionibus ꝛ paſſionibꝰ ꝓprijs eaꝝ. vt aīal potētialr ꝯtinet iſtā: hō ē riſibil: ꝛ aīal rōale ē riſibile. Et ſi quis dicat. nōne ſubm ꝯtinet etiā ꝓpōnes cōtingētes ꝗ tractant in illa ſcia? Reſpōdetur ꝙ nō quia ꝟitas ꝓpōnis cōtingētis nō habet cōiter niſi ex intuitiōe terioꝝ. ꝑo tales ꝟtualit nō cōtinent in ſubo: licꝫ bñ reducāt ad ſubm: vl ꝑ ſe vl per accidens. Unde ad hoc ꝙ aliꝗ veritas per ſe ꝑtineat ad aliquā ſciaꝫ oportet ꝙ tal veritas ſit de ſubo prīo. vl de eiꝰ ꝑte ſubiectia: vl de ꝑte integrali vel eſſentiali. vl de aliquo eſſentialr attributo ad ſubm illiꝰ ſcie. vñ eſſentialis attributio nō eſt niſi ad eſſentialr prīꝰ. ¶ Et ſi quis ꝯtra iſtā arguat ſubiectū nō ꝯtinet virtualiter ſuā paſſionē. q: ſi ſic ſequeret ꝙ ſubm ꝛ ꝓpria paſſio diſtinguerent realr. q: ſubm tūc caret ſuā paſſionē: cū talis cōtinentia ſit cauſal: ꝛ effectiua. ¶ Scđo ſic. oīs noticia cōtinēs prīo virtualr aliā. cōtinet etiā oēm noticiā ſine ꝗ illa alia noticia nō pōt hri. Sed noticia ſubi adequati ſcie non ſꝑ cōtinet oēm noticiā. ſine ꝗ noticia paſſionis nō pōt haberi. ꝗ ꝛc. minor pꝫ de illis paſſionibꝰ ꝗ cognotāt res diſtinctas a ſubiectis vt eſt beatificabile reſpectu creature intellectualis. et īformabile reſpectu materie. cognotat eñ informabile formā. que eſt alia res a materia. igitur nō poterit eius noticia haberi ſine noticia forme. ¶ Tertio ſic. quicqd ex ſe ꝛ formaliter ꝯuenit medio. vt diſtiguit a ſubo nō eſt ratio formalis ſubi: ſʒ ꝟtualis ꝯtinētia ꝯcluſionis demōſtrate ꝯuenit medio vt diſtiguit a ſubiecto ꝗ nō conuenit ipi ſubiecto. ¶ Ad primaꝫ dicit ꝙ ratio bñ probat ꝙ ſubm non ꝯtinet paſſionem in eſſe reali quod etiā nō vult dicere ſcotus: ſed nō ꝓbat quin nō ꝯtineat ī eſſe cognito ¶ Ad ſecundā dicit ꝙ bene ꝓbat ꝙ ſubm non

continet passionē fm cōem rationē cōtinētie. ſꝫ tion probat ꝙ ſubm nō cōtineat in rōe ſubiecti vnde noticia paſſionis virtualiter ꝯtinet in q̄tuor. primo in intellectu tanq̄ a cā et etiā a termino et a ſubo et etiam a deo. q2 ab oībus illis cauſat. ❡ Ad tertiā dr ꝙ virtualis ꝯtinētia medij nō excedit virtualē ꝯtinentiā ſubi. q2 mediū in demonſtratione potiſſima eſt diffinitio ſubi. et ideo eſt idē dicere ꝙ mediū cōtinet virtualr̄ primo ꝛ ꝙ ſubiectū ꝯtineat virtualr̄.

Quid ſit ſubm logice.

Quantū ad ſcdm articulū dubitatur primo quid ſit dicendū de ſubo logice. Rñdetur probabiliter ꝙ modꝰ ſciendi eſt ſubm totius logice. Unde modus ſciendi eſt rō faciens deuenire de noticia noti ad noticiam ignoti.

Modus ſciēdi qd ſit.

❡ Et tunc ſic ꝓbatur ꝙ modus ſciendi principaliori mō conſideratr̄ in logica q̄ ſillꝰs. q2 paſſio ſillogiſmi vel argumentatiōis que eſt diſcernere verū a falſo nō pōt haberi neq3 cognoſci niſi per rationē modi ſciēdi qui ē facere deuenire d noticia noti ad noticiā ignoti. nullus eñ diſcerneret verū a falſo: niſi prꝰ ſciret diſcernere notū ab ignoto. quod fit ꝑ modū ſciēdi adeq̄te: et nō per ſillogiſmū. ❡ Itē oīa alia q̄ tractant̄ in logica: pfectiori mō et veriori reducunt̄ ad modū ſciendi q̄ ad ſillm. q2 inductio: emptimema. et exemplū. q̄ etiā ꝑ ſe ꝯſiderant̄ i logica nō reducuntur ad ſciam ſillogiſmi cū nō ſint neq3 ꝑtes ſubiectiue neq3 integrales neq3 habeāt attributionem eſſentialē. q2 eſſentialis attributio nō ē niſi ad eſſentialiter prꝰ. mō ſillꝰs nō eſt eſſentialiter prior inductione. exēplo: ꝛ emptimemate. ſed iſta bene reducunt̄ ad modū ſciēdi: ſicut partes ſubiectiue q̄ cōtinent̄ ſub argumētatōe que eſt ſpēs modi ſciēdi. vnde ipſius modi ſciēdi tres ſunt ſpēs. ſ. diffinitio: diuiſio: ꝛ argumētatio. de quibus oībus determinat̄ in logica. q2 dicit̄ ꝙ logica docet diffinire: diuidere: ꝛ arguere: et verū a falſo diſcernere. et hoc nō ē niſi mediante modo ſciēdi ad quē iſta īmediate reducuntur tanq̄ partes ſubiectiue igitur. Itē ſillogiſmus eſt ſubiectū ſciē libri prioꝝ. g̃ non totiꝰ logices. Reſpōderet aliquis ꝙ ſillogiſmus ſimpliciter eſt ſubm ſcientie libri priorum: ſed ſillogiſmus eſt ſubm totiꝰ logice. Cōtra. ſillogiſmꝰ ſimpliciter ꝛ ſillꝰs conuertunt̄ ad inuicē. q2 de quocunq3 p̄dicat̄ vnū et reliquū. naz ſillꝰs ſimpliciter p̄dicatur de ſillō dyaletico demōſtratiuo et ſophiſtico. q2 de ipſis p̄dicat̄ diffinitio ſillogiſmi ſimplr̄. q̄ dat̄ in libro prioꝝ. igit̄ ſi vnuz eſt ſubiectū totiꝰ logice ꝛ reliquū. Dices ꝙ ſillogiſmus ſimplr̄ pōt capi duplr̄. vno mō vt idē ē ꝙ vniuerſalr̄ puta q̄tum ad oēs ꝑtes eius tam integrales q̄ ſubiectiuas ꝛ q̄tū ad oīa ſua p̄ncipia et ſic eſt ſubm totiꝰ logice. Alio mō capitur ſimplr̄ vt idē eſt ꝙ incōtracte. i. non determinatus ad aliq̄ā materiā. et ſic eſt ſubm ſciē libri prioꝝ. Cōtra. ſillꝰs incōtracte ꝯſideratꝰ. i. ſine determinatiōe cōuertit̄ cū ſillō. igit̄. Itē ſillꝰs ſimpliciter. i. vniuerſalr̄: ꝛ ſillꝰs ſimplr̄. i. incōtracte: habent eaſdē paſſiones: et eadē p̄ncipia

Mōi ſciendi ſpecies.

Acceptiones ſillogiſmi ſimplr̄.

quia habent eandē diffinitionē. igit̄ de ipis erit eadem ſcientia. et ꝑ ꝯñs ſi vnum ſit ſubiectum totius logice et reliquū. etiā mirū eſt quō illi q ponunt ſillm eſſe ſubm totius logice. nō ponūt ipſam argumentationē. cū ad ipam veriori mō reducatur inductio: emptimema: ꝛ exemplū. relinquit̄ ergo ꝙ magꝰ ꝓbabilr̄ modus ſciēdi dicitur eſſe ſubm totius logice q̄ ſillogiſmus.

Dubitatur ſcdo vtruz logica ſit de ſecundis intentionibꝰ: et qd ſit ſecūda intētio: et quid p̄ma. Pro cuiꝰ ſolutiōe eſt aduertendū ꝙ de iſto dubio ſunt due opiniones famoſe.

Logica an ſit de ſcdis intentionibus.

❡ Prima ē opinio noīaliū dicētiū ꝙ ſcda intētio eſt terminꝰ mētalis naturalr̄ ſignificans terīos ea ratione qua ſunt ſigna: ſeu ea rōne qua ſunt ſignificatiui alioꝝ terminoꝝ. vt ſunt iſti terī mētales nomē: verbū: ꝓpoſitio: vl'e: p̄dicabile: genꝰ ſpecies ꝛc̄. q naturaliter ſignificāt alios terīos ſed prima intētio eſt terīnus mētalis naturalr̄ ſignificās rem et nō terīm. vt iſte terīnus mētalis hō iohānes lapis qui naturalr̄ ſignificāt rē ad extra: et nō terminos. ❡ Alia eſt opinio ſcotiſantiū dicētiū ſcdas intentiōes nō eſſe terminos mētales. ſꝫ ſcda intētio ē relatio ſeu reſpectus ratiōis cauſatꝰ ꝑ actum ꝯpatiuū noſtri intellectꝰ cōꝑantis vnū in ordīe ad aliō. ❡ Pro cuius declaratiōe eſt aduertendū ꝙ duplex eſt actus intellectꝰ. ſ. ſimplex ꝑ quē aliq̄d ſimplr̄ ꝛ abſolute cognoſcit̄ nō in ordine ad aliud. alius eſt actus cōparatiuꝰ ꝑ quē cognoſcit̄ aliquid in ordine ad aliud vt actus intellectꝰ quo ego cognoſco hominē in ordīe ad animal. vl' ad aliq̄d aliud. ꝛ per talē actū cauſantur ſecūde intētiones. ❡ Sed prima intentio eſt obiectū cognitū vel cognoſcibile: nō cauſatū per actum ꝯparatiuū intellectus ſuꝑ qō nata eſt fundari ſcda intētio: vel cui nata eſt attribui aliqua ſecūda intentio. ❡ Ex iſtis ſequunt̄ alique ꝓpōnes. ❡ Prima. ſecunde intētiones nunq̄ fundant̄. i. nunq̄ alicui attribuūt̄: niſi fm eē cognitū illiꝰ. ❡ Secunda ꝓpoſitio. iſte ſecūde intentiōes nunq̄ attribuunt̄ alicui niſi rōne alicuius ꝓprietatis in illo reperte. ❡ Ex quo ſequit̄ ꝙ intellectꝰ non poteſt attribuere petro quācunq3 ſcdam intentionem. ſed ſolū illā que pōt ſibi cōuenire rōne alicuius ꝓprietatis. ❡ Tertia ꝓpoſitio. ſecunde intentiones nō habēt eſſe. adeo iſta non eſt cōcedenda: ſcde intentiōes ſunt. ꝓbatur. q2 nec veriori modo neq3 ꝑfectiori habēt eſſe ſcde intentiōes. q̄ illa quibꝰ attribuunt̄ ſeu in quibꝰ fundantur. ſꝫ illa q̄bus attribuunt̄ ſub illa ratiōe q̄ ipſis attribuunt̄ hñt eſſe tm̄ cognitū. de q̄bꝰ nō poteſt verificari iſtud v̄bū eſt ſcoꝫ adiacēs. iſta eñ nō ꝯcedit̄ adā eſt: g̃ etiā nō debet cōcedi de ſecūdis intētionibꝰ q̄ in ipſis fundat̄. ❡ Ex iſtis ſequunt̄ aliq̄ correlaria. ❡ Primū. ꝙ ad hoc ꝙ de aliquo habeamꝰ ſciaz: nō requirit̄ ꝙ illō habeat verū eſſe: ſꝫ ſufficit ꝙ habeat eſſe cognituz nam de roſa nō exiſtēte poſſumus habere veraz ſcientiā. etiā de ſcdis intētionibus q̄ nō exiſtūt ❡ Sequit̄ ſecūdo ꝙ ipſe ſcde intētiones nō in

Scda intentio qd ſit fm nominales

Pria intētio fm noīales qd ſit.

Scda intentio qd ſit fm reales.

Actꝰ intellectꝰ acceptiones.

Pria intentio qd ſit fm reales.

Propoſitiões de eiſdem.

Correlaria de eiſdē itētionibus.

herent alicui. capiendo inherere proprie. sȝ tantū diminute et subiectiue. dīminute nec sūt in aliquo subiectiue proprie. q: ad hoc q aliqd sit in aliquo subiectiue proprie: oportȝ q sit. ⁊ illud cui inheret etiā sit. ¶ Et si quis dicat. quid dicet ad auicēnam q dicit q logica ē de scđis intentionib⁹ adiunctis primis.

Auicēne opinio d scđis intētōibus exponit.

¶ Rūdet. q scđe intētōes non adiūgunt̄ pmis fm īherētiā. sȝ solū fm denofationē vel q̄si subiectiue ⁊ fm qd. sic videlȝ q secunde intētiōes seu teri scđaꝝ intentionū denominatiōe extrīseca p̄dicant̄ d̄ pmis. ¶ Sequit̄ scđo q illi q dicūt q scđe intentiones mouēt intellectū p̄rnaliter. i. causant suas itellectōes seu noticias p̄rnaliter nō bene dicūt. sȝ dāt nob modum sustinēdi q antixp̄s et etiā chimera aliqd causant. q: scđe intētiones nō hūt maiori mō eē q̄ antixp̄s vel rosa que nō existit. Itē causare ē ver⁹ act⁹ entis realis vt visum ē. igit̄ nō pōt cōuenire nisi enti reali.

Reprobatio dicentiū scđas intentiōes mouere itellectū.

¶ Sed restat pua difficultas. nam q̄reret aliq̄s vtrū scđe intētiones sint per se itelligibiles. Rūdet̄ q sic.

Scđe intentiōes an sint p se intelligibiles.

Et si q̄s dicat non cadūt sub obiecto nr̄i intellect⁹ qđ est ens reale creatū limitatū. Rūdet̄ q scđe intētiones per se virtualr̄ ꝯtinent̄ sub obiecto adeq̄to nr̄i intellect⁹. s. in p̄mis intētionib⁹ virtute q̄rū intelligunt̄. aliqd tn̄ dicit̄ ꝯtineri virtualr̄ in alio et in esse cognito dupl̄r. vno mō imediate. vt passio imediate cōtinet̄ virtualr̄ fm esse cognitū in subo. alio mō a posteriori seu ex ꝯñti. ⁊ sic dico q secunde intētiones cōtinent̄ virtualr̄ in primis. ita q cognoscunt̄ in primis intentionibus ita q prime intētiōes rōne aliquarū proprietatū in ipis reptaꝝ causant cognitiōes illaꝝ scđarū intentionū. ideo ꝯtinent̄ in p̄mis virtualiter.

Aliquid in alio virtualr̄ cōtineri dupl̄r intelligit̄.

Logica an sit vtilis honesta ⁊c.

Dubitat̄ tertio vtruȝ logica sit vtil' honesta et nccīa ad acq̄sitionē aliaꝝ sciaꝝ. Pro dubio ponunt̄ q̄dā distinctiōes et aliqua dicta.

Bonum diuidit̄. Boni vtilis acceptiōes

¶ Prima distictio. bonoꝝ aliđ honestū: aliđ vtile: ⁊ aliđ delectabile. Secūda distictio. bonū vtile dr̄ q̄drupl̄r. primo dr̄ bonū vtile qđ nō ē appetibile propter se sȝ solū propter aliud sine quo tn̄ illud aliud pōt acquiri. vt ambulatio post cenā dicit̄ vtilis isto mō. q: propter se nō appetit̄ sȝ propter sanitatē sine qua tn̄ tal' sanitas pōt acq̄ri. scđo mō dr̄ bonū vtile qđ nō ē appetibile propter se sed solū propter aliđ sine quo tn̄ illđ aliđ nō pōt bn̄ acq̄ri. ⁊ isto mō cōmestio dr̄ bonū vtile. q: propter se nō est appetibil' sȝ propter aliđ. s. ad extiguēdū famē sine q̄ talis extictio famis nō pōt bn̄ fi̇ri. et istis duob⁹ modis logica nō dr̄ vtilis. tertio mō dicit̄ bonū vtile qđ est appetibile propter se et etiā propter aliud sine quo tn̄ illud aliđ pōt acq̄ri vt potio dulcis dr̄ isto mō vtilis q: propter se est appetibilis et etiā propter aliud. s. propter sanitatē sine q̄ tn̄ sanitas pōt acq̄ri. quarto mō dr̄ bonuȝ vtile qđ propter se est appetibile: et etiā propter aliđ sine quo illud aliđ nō pōt acquiri facilit̄. ⁊ isto mō bonū vtile coincidit cū bono delectabili honesto ⁊ necessario. ⁊ isto mō logica dr̄ esse vtilis quia propter se est appetibilis. ⁊ etiā propter aliđ. s. ad scientias acquirendas: sine qua alie sciē nō possunt bene acquiri.

¶ Tertia distictio. bonū honestū dicit̄ dupl̄r. vno mō q solū est appetibile propter se ⁊ nullo mō propter aliud. magis simpliciter appetendū vt deus. ⁊ tale nunq̄ coincidit cū bono vtili. ⁊ isto modo logica nō ē honesta: seu bonum honestū. alio mō dicit̄ bonū honestū qđ ē appetibile propter se. siue sit appetibile propter aliđ siue nō. ⁊ hoc mō coincidit cū bono vtili tertio et quarto mō dictis. et isto mō logica bn̄ dr̄ honesta.

Boni honesti acceptiōes

¶ Quarta distinctio. necessariū capit̄ dupliciter. vno mō simpl'r ⁊ absolute. ⁊ hoc mō illud dicit̄ necessariū qđ sic est q nō pōt non esse et sic solus de⁹ dicitur necessari⁹: ⁊ sic logica nō est necessaria. alio modo dicitur necessariuȝ ex suppositione finis seu necessitate cōdionata: et isto modo logica dicitur necessaria. nam si velim⁹ habere alias sciētias: necessario requiritur logica. nam per ipsam logicaȝ acquiruntur alie scientie.

Necessariū acceptiones.

Et est aduertendū q ipius logice quattuor sunt vtilitates. p̄ma est facilitas diffiniēdi diuidendi. ⁊ arguendi. secunda est facilitas discernēdi verū a falso. tertia est facilitas arguēdi et respōdēdi in omni materia. quarta est facilitas soluendi paralogismos peccantes in forā. Et hec de secundo articulo.

Logice q̄tuor vtilitates.

Quantū ad tertiū articulū est ꝯclusio responsalis. logica est pars philosophie generaliter dicte de modo sciendi tanq̄ de subiecto attributionis primo et adequate. et hec cōclusio relinquitur probata in primo et secūdo articulis. ¶ Ad rationes ante oppositū. Ad p̄mā patet solutio. nam logica est pars phīe generaliter dicte. sed nō sp̄aliter dicte. ¶ Ad secundā dicitur q logica est de secūdis intētionibus nō tanq̄ de primo obiecto: sed tanq̄ de his q̄ cōit̄ tractantur in ea. ¶ Ad tertiam dicit̄ q ens rationis in cōmuni nō est subiectū logice. quia tale excedit methas illius scientie. ideo non est simile de ente reali respectu methaphisice. et de ente rationis respectu logice. Et ad cōfirmationem dicitur q nō oīne illud est subiectū in logica circa qđ cōiter laboratur. naȝ circa multa laboratur in scientia quorū nullū est subiectū. Et ad auctoritatē dicitur q methaphisicus et logicus ꝯsiderant idem nō tn̄ eodē modo. nam illa que per se methaphisicus cōsiderat: logicus per accidēs considerat: pro q̄to eis attribuūtur secunde intentiones logicales. ¶ Ad quartā dr̄ q bene probat pro nobis q argumētatio nec sillogismus est subiectū in logica: sed modus sciēdi. ¶ Ad quintā patet solutio in primo dubio. vbi ostensuȝ est q modus sciendi veriori modo debȝ considerari in logica q̄ sillogismus. quia non possumus discernere verū a falso: nisi p̄us discernam⁹ notū ab ignoto. ¶ Sequit̄ tex.

c

Cum sit necessariuȝ grisalori: ⁊ ad eam que ē apud aristotelis predicamentoꝝ doctrinā nosse quid genus sit. q̇d dr̄ia. q̇d spēs. q̇d propriuȝ quid accñs. ⁊ ad diffinitionū assigna

tionē et oīno ad ea q̄ in diuisione vel demōstratione sunt vtilia zc.

Incipiūt ysagoge porphirij in cathegorias aristotelis. In quo titulo dicitur primo ysagoge qḋ ē dictio greca composita ex duabus dictionibus grecis. s. ab ysos qḋ est intro ⁊ gogos qḋ est ductio. inde ysagoge. i. introductiōes porphirij in cathegorijas aristotelis. i. in predicamenta aristotelis. Et diuidit iste liber in proemiū et tractatū. tractatus aūt incipit ibi. Uidet aūt neq̧ genus neq̧ spēs zc. sed pemiū diuidit in tres partes. In prima ostendit vtilitatē sciētie. In secunda ponit modū pcedēdi: ⁊ remouet quasdam questiones difficiles a cōsideratiōe huius scientie. In tertia ostendit quos philosophos vult imitari in traditione huius scientie. In prima ergo parte alloquis suū discipulū grisasoriū ad quē hoc opus dirigebat: sic dicebat. O grisasori cū sit necessariū nosse qd sit gen⁹: qd spēs quid differētia: quid ꝓpriū: quid accn̄s: ad eā doctrinam p̄dicamentoꝝ que est apud aristotelem hn̄dā. Et cū sit necessariū nosse qd genus quid spēs zc. ad diffinitionū assignationē. id ē ad cōponendū diffinitiōes. Et cū etiā sit necessariū nosse quid sit genus: quid spēs zc. ad diuisionū assignationē. i. ad cōponēdū diuisiōes. Et etiā est necessariū nosse quid gen⁹: qd spēs ad demōstrationū assignationē. i. ad cōponēdū demōstrationes. Ideo ego porphirius volo cibi traditionē cōpendiosam. i. libꝛū breuem et vtilem facere de speculatiōe reꝝ. i. istorū quinq̧ predicabiliū que dicta sunt ab antiquis: s; nō introductorie. i. modo puerili: sed modo nimis subtili. ¶ Ex istis sequunt̄ quattuor vtilitates huius scientie. ¶ Prima est ad doctrinā p̄dicamentorū aristotelis habendā. quia quecūq̧ sūt in predicamento: sunt genera. spēs differentie: et indiuidua. ¶ Secunda vtilitas est ad cōponendas diffinitiones. quia diffinitiones supple quiditatiue dantur per genera et differentias et in talibus sola spēs diffinitur. Sed diffinitiones descriptiue dant̄ per genus et ꝓpriū vel p multa accn̄tia. ¶ Tertia vtilitas est ad componendas diuisiōes. quia aliq̄ est diuisio generis in species p proprias differentias. ¶ Quarta vtilitas est ad componendas demonstrationes nam in demonstratione cōcludit̄ passio de subiecto et mediū est diffinitio que constat ex gn̄e: et differentia. sed oīa ista non possunt sciri nisi cognoscendo quid sit genus quid spēs: differētia: ꝓpriū et qd accidēs. In secunda pte que incipit ibi mox de generibus: remouet quasdā questiones a p̄senti negocio ⁊ promittit se abstinere ab earū solutione dicēs. Ego porphiri⁹ recusabo in presenti tractatu dicere vtrū ipsa genera ⁊ spēs subsistant. id est habeant esse reale extra intellectū siue solū habeāt esse in solis nudis puris q̧ intellectibus. hoc est vtrū solū habeant esse in intellectu. Et recusabo dicere vtrum sint corporea vel incorporea. Et recusabo dicere hanc tertiam questionē vtrū sint separata a suis singularibus sicut dicit plato. vel vtrū sint posita in singularibus. Et etiā recusabo dicere constantias. id est difficultates circa ea vel rationes ad vtranq̧ partem incidētes circa istas questiones. Et ratio huius est. quia hoc negotium est maxime altissimum et egens maioris inquisitionis. In tertia parte que incipit ibi. illud vero zc. ostēdit quos philosophos imitaturus est dicens. Ego porphirius tētabo tibi hoc negotium ꝓbabiliter tractare sicut antiqui tractauerunt. ⁊ maxime patipatetici quorum p̄nceps fuit aristoteles. et dicit hoc ad differentiam stoicorū quorū princeps fuit plato et etiā epicuriorū quorū princeps fuit epicurus: quibus sectis vigebat antiquit⁹ vniuersitas athenensis. Unde epicuri dicuntur ab epi quod est supra et cutis: quasi supra cutem. id ē superficialiter philosophabant̄. s; stoici dicti sūt a stoya. i. a tali porta iuxta quā studebant.

Margin (left): Quid sit ysagoga. — Diuisio libri. — Diuisio pmij. — 1a pars — Text⁹ et planatio — Utilitates hui⁹ scientie. — 2a pars — Porphirij excusatio. Margin (right): 3a pars

Queritur vtrū sciētie libri p̄dicabiliū vniuersale sit subiectū attributionis quod est genus ad quinq̧ predicabilia. Arguitur primo q̧ non. omnis scientia est vniuersaliū. quia singularium non est scientia. ergo vniuersale non est subiectum attributionis huius scientie. cū excedat methas talis scientie. ¶ Secundo sic. subiectum cuiuslibet scientie debet habere aliquas passiones. s; vniuersale nullas habz passiones igitur zc. maior est philosophi in primo posterioꝝ. minor probatur. quia si haberet aliquas passiōes vel ille essent singulares vel vniuersales. non singulares. quia tunc non essent conuertibiles cum vniuersali. nec vniuersales quia vel essent genera: species: differentie: accidentia: vel propria. non quattuor prima: vt notum est. nam passio propria non est genus neq̧ species nec differentia nec accidēs. nec possunt esse propria: quia si essent propria (cū propriū sit vniuersale) sequeretur q̧ species esset ꝓpria passio generis: quod est falsum. ¶ Tertio sic. nullum vniuersale est subiectū huius scientie quia vel esset genus: species: differentia: ꝓpriū vel accidēs: quod est falsum ergo vniuersale nō est subiectū huius scientie. consequentia patet per locum a toto in q̄titate. Item quicquid attribuitur superiori attribuitur inferiori: ergo si vniuersale sit subiectū oportet aliquod vniuersale esse subiectū. ¶ Quarto sic. vniuersale nō est vniuocū ad quinq̧ vniuersalia. ergo non est genus respectu illoꝝ. antecedens probatur. q̧ omne vniuocū ad aliqua: se habet ad illa vt genus: vel species: vel differentia: vel ꝓpriū: vel accidens. sed vniuersale non est huiusmodi. q̧ tunc species vel inferius denominatiue predicaretur de superiori: quod videtur falsum. ¶ Quinto sic. ens est vniuersale. cum de pluribus predicetur vniuoce et nō est genus. vt patet tertio methaphisice. neq̧ species: quia non habet genus supra se. nec aliquod aliorum trium: ergo sunt plura q̄ quinq̧ vniuersalia.

Margin (right): Vtrum vniuersale sit subiectum huius scientie

¶ In oppositum est cōmunis sentētia oīm logicorum famosorum. In questione erūt tres articuli sicut in ceteris. Quantum ad primū.

Sciendū est primo q̄ p declaratōe primi termini q̄stionis supponit̄ p̄mo q̄ vl̄e est multiplex. quoddam est vl̄e in cāndo: qd̄ pōt esse causa pluriū effectuū: cuiusmōi est deus. aliud ē vniuersale in distribuēdo cuiusmōi sunt signa vniuersalia. τ de istis duobus nō est hic ad ppositum. aliud est vniuersale in p̄dicādo. et de isto est hic sermo. Pro cui⁹ declaratōe supponit̄ secundo q̄ vl̄e in p̄dicādo potest capi dupl̄r. vno mō pro p se significato seu scd̄e intētional̄r. τ h dupl̄r. vno mō general̄r vt est vna scd̄a intētio fundata in aliquo seu attributa alicui qd̄ natū est esse in pluribus. seu cui q̄tū est de se non repugnat esse in plurib⁹. siue illud sit limitatū siue non. et isto mō ens dr̄ vl̄e. s3 sic vl̄e nō ē gen⁹ ad quinq3 vl̄ia. neq3 est subiectū attributionis huius scie. alio mō capit̄ ppriē vt est vna scd̄a intentio attributa alicui limitato. cui q̄tū est d se nō repugnat esse in plurib⁹. τ sic est gen⁹ ad quinq3 vl̄ia. τ est subiectū attributiōis hui⁹ scie. Alio mō capit̄ p denoīato siue prime intētiōaliter: τ hoc dupl̄r. vno mō large: τ sic capitur p oīu illo de quo vl̄e denoīatiue p̄dicatur cuius significato formali nō repugnat esse in plurib⁹ et sic ens pōt dici vl̄e p denoīato. alio mō accipitur ppriē pro illo de quo vl̄e denoīatiue p̄dicat̄. cuius significato formali nō repugnat esse in pluribus. τ dūmō sit limitatū. ¶ Supponit̄ tertio q̄ p̄dicabile dupl̄r capit̄. vno mō p p se significato seu scd̄e intentional̄r. et hoc dupl̄r: vno mō large. vt est vna secūda intētio attributa alicui qd̄ natū est p̄dicari de plurib⁹ siue sit limitatū siue nō: siue vniuoce siue equiuoce p̄dicetur. τ sic ɔuertit̄ cū vl̄i primo mō dicto. alio modo accipit̄ ppriē vt ē scd̄a intentio attributa alicui limitato qd̄ natū est p̄dicari de pluribus vniuoce. τ sic ɔuertit̄ cū vl̄i scd̄o mō dicto capto pro per se significato. τ proportionabil̄r potest capi predicabile p denoīato. s. large τ ppriē.

Uniuersale accepciones.

Uniuersale in p̄dicando dupl̄r capitur.

Predicabile diuiditur.

Sciendū est secūdo q̄ ista ppositio tantū sunt quinq3 vl̄ia pōt exponi gratia alietat̄ et gratia pluralitatis vt visum est in summulis vnde si exponat̄ gratia alietatis est falsa: τ grā plītatis est vera. dūmō capiat̄ vl̄e p p se significato et nō p denoīato. q2 tūc plura sunt q̄ quinq3 p̄dicabilia. nā decē sūt p̄dicamēta quoꝝ qd̄libz est vl̄e. Et aduerte q̄ debet sic exponi. tantū sūt quinq3 intētiōes vl̄iū sp̄e distincte sub quibus oēs intētiōes vl̄iū ɔtinent̄. τ nō sunt plures q̄ quinq3. Et si quis dicat ista est vera tm̄ sūt duo vl̄ia. g ista est falsa: sunt quinq3 vl̄ia. et vltra ista ē falsa quinq3 sunt vl̄ia. g ista erit falsa tm̄ quinq3 sūt vl̄ia. q2 si vna exponētiū sit falsa: exposita erit falsa saltē si exponat̄ copulatiue. τ q̄ ista sit vera tm̄ sunt duo vl̄ia. patz. q2 ei⁹ totalis exponēs ē vera. sic eñ exponit̄. aliq̄ q̄ sunt duo. et nō sunt nō duo. sunt vl̄ia. Itē ista est falsa oīa vl̄ia sunt quinq3. cū eius descēdētes sint false. g ista ē falsa. tm̄ sunt quinq3 vl̄ia. ptz ɔn̄a. quia si exclusiua est vera: vl̄is de termis transpositis est vera. τ si falsa: falsa. Itē termi istaꝝ duaꝝ ppositionū tm̄ quinq3 sunt vl̄ia et oīa vl̄ia sunt quinq3 eodē modo supponūt. g si vna ē vera reliqua erit vera. ¶ Ad p̄mā rōem dicit̄ q̄ si ista ppositio tm̄ sunt duo vl̄ia: sit de subiecto excluso est vera. s3 si sit exclusiua ipa est falsa. Ad scd̄az dr̄ q̄ ppō exclusiua exposita grā plītatis. nō infert vl̄em de terminis transpositis. iō nō sequit̄: tm̄ quinq3 sunt vl̄ia. g oīa vl̄ia sunt quinq3: nisi capit̄ ly oīa collectiue. Ad aliā dr̄ q̄ termi illaꝝ ppositionū nō supponūt eodē mō: nisi ly oīs capiat̄ collectiue. nā subm ppositionis exclusiue exposite grā plītatis supponit determinate. τ p̄dicatū ɔfuse tantū. vt visum est in summulis. Aduerte etiaz q̄ de numero vniuersaliū q̄dā p̄dicant̄ in quid τ quedā in quale. in quid sunt duo. s. genus qd̄ predicat̄ de plibus differētib⁹ sp̄e. τ sp̄es qd̄ p̄dicatur de plib⁹ differētib⁹ nūero. si in quale h est dupl̄r vl̄ in q̄le essentiale τ sic ē dr̄ia. vl̄ accidentale: τ hoc dupl̄r vl̄ ɔuertibil̄r et sic est proprium. vel nō ɔuertibil̄r. τ sic est accidēs.

Quinq3 sunt vniuersalia. quō intelligitur.

Uniuersalia dupl̄r predicant̄.

Sciēdū est tertio q̄ p declaratione scd̄e partis questionis mouet̄ talis difficultas. Utrū vl̄e sit genus ad quinq3 vl̄ia. s. ad gen⁹: sp̄ez differentiā: ppriū τ accidēs. ¶ Et arguit̄ q̄ nō. vniuersale nō est vniuocū ad illa quinq3: g nō est genus ad illa. patz. q2 nihil est gen⁹ ad aliq̄: nisi sit vniuocū ad illa. τ añs probat̄. q2 nihil est vniuocū ad substantiā: τ ad accidēs. s3 sic est q̄ aliquod vniuersale est substantia. vt hō. aliqd̄ accidens vt color: igit̄ τc. ¶ Scd̄o sic. nullū vl̄e est genus ad ista quinq3. g vl̄e nō est genus ad quinq3 vl̄ia. antecedēs pz inductiue. q2 nec genus ē genus ad quinq3 vl̄ia: nec species nec differentia: τ sic de alijs. ¶ Tertio sic. si vl̄e eēt gen⁹ ad quinq3 vl̄ia sequeretur q̄ esset genus ad seipsum. ɔn̄s est falsuz et impossibile. ɔn̄a pz. q2 esset gen⁹ ad oīa vl̄ia: τ ipsummet est vl̄e igit̄ τc. ¶ Quarto sic si vl̄e esset gen⁹ ad quinq3 vl̄ia: vl̄ esset genus ḡnalissimum vl̄ gen⁹ subalternū. nō ḡnalissimū quia iam eēnt plura generalissima q̄ decē. nec subalternū. q2 gen⁹ subalternū debz ɔtineri sub aliquo genere ḡnalissimo. s3 nō est aliqd̄ ḡnalissimum sub quo ɔtineat̄ vl̄e. igit̄. ¶ Quinto sic si vl̄e esset genus ad quinq3 vl̄ia sequeret̄ q̄ gen⁹ et differētia essent sp̄es vl̄is et sic sp̄es p̄dicaretur de genere et de dr̄ia qd̄ est falsum. quia mēbra bone diuisionis nō p̄nt de se inuicē p̄dicari neq3 vna sp̄es videtur p̄dicari de alia. ¶ In oppositū arguit̄. q2 illd̄ est genus qd̄ vniuoce τ in quid predicat̄ de pluribus differētib⁹ specie. s3 vniuersale respectu quinq3 predicabiliū est huius modi. igit̄. q̄ p̄dicet̄ vniuoce pz. q2 p̄dicat̄ vno noīe et vna rōne de ipis. q̄ p̄dicet̄ in qd̄. ptz. q2 ad interrogationē factā p quid de genere τ sp̄e cōuenienter respōdet̄ vl̄e. igit̄. Et q̄ illa quinq3 differāt sp̄e. patz. q2 notū est q̄ plus differūt genus τ sp̄es q̄ gen⁹ et genus. s3 gen⁹ τ genus differunt nūero. g genus τ sp̄es differūt plus q̄ nu

Ule an sit genus ad quinq3 vl̄ia.

Quid est genus.

Univer-salis ac-ceptiões

mero et nō nisi spē igitur ⁊c. ¶ Sed ꝓ maiori declaratione supponit ꝙ vl'e potest capi dupl'r Uno mō prime intentional'r seu pro denoīato: et sic nō est genꝰ ad illas quinqȝ intētōes. Alio modo capitur pro ꝑ se significato seu scđe intē tionaliter. ⁊ sic est bene genus ad illas quinqȝ intentiones. ¶ Et si quis dicat vniuersale ꝓ ꝑ se significato est vna scđa intentio. sed quelibȝ secunda intētio est vna nūero igit̄ nō erit genus. ¶ Respōdetur ꝙ licet quelibȝ scđa intentio ꝑ se vl' per accn̄s sit vna nūero. tn̄ a multis seu ab aliquibus potest abstrahi cōceptus qui erit genus vl' spēs sicut in primis intētionibꝰ. ideo restat soluere ratōes. ¶ Ad primā dicitur ꝙ nullū vl'e captū pro ꝑ se significato est substātia vl' accidēs sed est ens rationis iō presupponit vnuȝ falsum. presupponit etiā ꝙ vl'e sit genꝰ ad vl'ia capta pro denoīato quod est falsum. ¶ Ad secundā dicit̄ ꝙ ibi est fallacia figure dictionis arguendo a suppōe personali ad simplicē nec ibi arguit̄ ab vl'i ad indefinitā qȝ vl'is et sua indefinita debēt semꝑ habere subiecta in eodē genere suppositiōis mō quando dicit̄ vl'e est genus ly vl'e supponit simpl'r sicut in ista aīal est genꝰ ¶ Ad tertiā dicit̄ negando cōsequētiā ⁊ ad ꝓbationē dicit̄ ꝙ vl'e est bene vl'e sed nō ꝯtentuȝ sub ipso vl'i. ¶ Dicit̄ vlterius ꝙ genꝰ qđ ē spēs ad vl'e pōt bene denoīatiue predicari de ipo vl'i quod est eiꝰ superius nec hoc est incōueniēs in istis scđis intētionibꝰ. ¶ Ad quartā dicit̄ ꝙ est genus subalternū et ad improbationē dr̄ ꝙ cōtinetur sub genere generalissimo quod est secūda intentio seu ens rationis quod est vnū generalissimū intētiōale: ideo potest poni ordinatio in istis secūdis intētionibꝰ suo mō sicut in intētionibꝰ primis nec hoc videt̄ esse inconueniens ¶ Ad quintā dr̄ ꝙ oēs iste cōceduntur: genus ē spēs: spēs est species: vl'ia est spēs ⁊ sic de alijs nec est incōueniēs vnā spēm denomiatiue predicari de alia. vnde qn̄ dicit̄ genus ē spēs. spēs ibi denomiatiue ꝑdicat̄ de genere sicut in ista homo est spēs. et si quis dicat. ergo idem denomiatiue predicabit̄ de seipo: nā sicut ista est denoiatiua: genus est spēs: ita ista spēs est spēs cū species sit spēs vl'is sicut genus. Respōdet̄ ꝙ iste intentiones pn̄t capi dupl'r. vno mō vt quid qn̄ ipsis aliquid attribuit̄. alio mō vt modus quādo attribuunt̄ alijs. vnde qn̄ dicit̄ genꝰ est spēs genus accipitur vt quid qȝ est illud cui attribuitur spēs. ⁊ species accipitur vt modus quia attribuitur alteri ⁊ tunc dico ꝙ nō est incōueniēs in istis intentionibus idē predicari de seipo denomiatiue dummō in subiecto accipiatur vt qđ et in predicato vt modus vel ecōtra.

Univer-sale de q̄ porphiri-us loqui-tur. an sit sub̄a vel accidēs.

Sciendū est quarto ꝙ circa textū incidit talis difficultas vtrū vl'e de quo loquitur porphirius: sit substātia vel accidens. Pro cuius declaratione supponitur ꝙ porphiriꝰ ꝑncipaliter intendit loqui de vniuersali ꝓ per se significato quod non est nisi vna secunda intentio et ens rationis. et de tali ponunt̄ aliquę ꝓpositiones. prima vniuersale pro per se significato de quo intendit porphiriꝰ non est substantia nec accidēs: neqȝ creatū: neqȝ increatū. nam oīa ista cōtinentur sub ente reali. et diuidunt ipm ens reale. ⁊ nō ens in omni sua cōitate. sed vniuersale pro ꝑ se significato. seu scđe intētionaliter captuȝ nō cōtinetur sub ente reali. neqȝ iste secūde intētiones diuidūt ens reale. sȝ cōtinentur sub ente rōnis quod nō est creatuȝ neqȝ increatum. nō enī est increatū. quia solus deus est increatus. neqȝ creatū. qȝ quod est creatū hȝ verū esse quia creari est de nihilo in effectu produci. i. in verū esse produci. mō iste secūde intētiones nō habēt aliqđ verum esse sed solum habent esse obiectiue in intellectu. qȝ secūde intentiones nō attribuunt̄ nisi rebus cognitis vt cognite sunt. mō res cognite vt cognite sūt nō habent verū esse. ergo scđe intentiōes nō possunt hr̄e verū esse. ideo sequit̄ ꝙ sicut res q̄ producitur in esse cognito. nō producunt̄ ꝓductione reali. sic etiā iste secūde intētiones. q̄ non sunt nisi respectus ratiōis nō producunt̄ ꝓductione reali sed solū ꝓductiōe rationis seu fm̄ qđ. qȝ oportet illud qđ producit̄ productione reali esse verum ens reale. cū sit terminus ꝓductiōis real'. ideo quādo innuit̄ ꝙ iste scđe intētiōes causantur. debȝ intelligi capiēdo causari large vt se extendit ad produci fm̄ quid. ¶ Ex isto sequitur sicut dictū est prius ꝙ iste scđe intentiōes non sunt proprie in aliquo subiectiue neqȝ inhesiue nisi forte fm̄ quid et improprie: neqȝ habēt esse proprie in pmis nisi denoīatiue. i. denoīant ipsas primas intētiones. Et qn̄ dicitur omne ens vel est deus vel creatura: sed iste scđe intētiōes non sunt deꝰ. ergo sunt creature: ⁊ per ꝯsequēs substantia vl' accidēs. Respondeo ad maiorem quando dr̄ omne ens vl' est deꝰ vl' creatura. ibi accipit̄ ens ꝓ ente reali. ⁊ nō vt est cōmune enti reali et ente rationis. qȝ tunc esset fallacia equiuocationis cum ens dicat̄ equiuoce de ente reali ⁊ ente ratiōis. ¶ Et si quis dicat iste secūde intentiōes sunt respectus rōnis. ergo erunt accn̄s negatur ꝯsequentia. quia non oportet tale ens rationis esse substantiā vel accn̄s. Et si iterum dicat inter cōtradictoria nō est dare mediū. sed ens et nō ens ꝯtradicūt. ergo vl'e pro per se significato erit ens vl' nō ens. sed nō est ens. ergo erit nō ens. et vltra erit nō ens. ergo erit nihil. ⁊ ꝑ cōsequēs scīa de vniuersali erit de nihilo. Respondetur ꝙ ens et nō ens cōtradicūt capiēdo ens pro ente reali vt cōmuniter accipitur. qȝ si caperetur pro ente quod diuiditur in ens reale ⁊ in ens rationis nō essȝ ꝯtradictio. cū in equiuocis non sit contradictio. ⁊ tunc conceditur ꝙ est nō ens: et etiam ꝙ est nihil. vt ly nihil conuertitur cum non ente quod est contradictoriuȝ de ente reali. et ista nō habeo pro inconuenienti. imo in bona logica oportet istā concedere nec est mirū nam multi concedunt ꝙ rosa non existens non est substantia neqȝ accidens: et ꝙ non est ens. Et tamen multi concedunt ꝙ de ipsa rosa existente sit scientia

Ens et non ens quō ꝯtradicunt.

An tres q̄stiones a quarū terminatiōe porphirius se abstinet sint termiabiles p habitū logices.

Quantum ad secunduʒ articulū queritur vtrꝫ tres questiones a quarū terminatiōe voluit se abstinere porphirius sint termiabiles per habitū logices. Pro cui⁹ solutione supponitur primo ꝙ predicte q̄stiones differūt inter se. Nam prima questio querit vtrū vl'ia sint in intellectu.i.querit de esse ipsoꝝ vl'ium scꝫ vbi habeant se. ¶ Secūda querit de q̄ditate siue entitate.ipsoꝝ vniuersaliū.s.vtrꝫ sint corporea vl' incorporea. ¶ Et tertia q̄rit qual'r se habeant ad singularia.i.vtruꝫ sint separata a singularibus vl' vtrū sint in singularibus suis. Et aduerte ꝙ porphiri⁹.mouendo istas questiones mouet solum de generib⁹ ⁊ speciebus⁹.intelligendo tū per illa alia vniuersalia de quib⁹ eodē modo est dicendū. Et si quis querat quare porphiri⁹ illas mouet cum tamen nō soluat. dicit̄ ꝙ hoc est ꝓpter tres causas. prima ne aliq̄s crederet ꝙ de vniuersalib⁹ nō possint moueri difficiles questiones. secūda est vt reddat auditores attētos. tertia est ne videatur ignorare illas questiones

Quare porphirius has tres mouet ⁊ nō soluit.

¶ Supponit̄ secundo ꝙ aliquē artificē teriare aliquas ꝓpositiōes nō est aliud q̄ ostendere veritatē illarū. Et possunt alique questiōes ostendi dupl'r. vno mō analetice.i.demōstratiue ⁊ sic solū illa sci̅a habet termiare illas questiōes demonstratiue. ⁊ a priori que cōstituunt̄ ex terminis. et passionibus pertinentibus ad illā sciam vt logicus a priori ⁊ demōstratiue habꝫ solū terminare questiōes logicales cōstitutas ex teris logicalib⁹ quorū terminorū significatiōes non ignorat. alio modo possunt questiōes termiari dyaletice seu per rationes ꝓbabiles et a posteriori. Tunc respōdetur ꝙ logicus nō habet terminare illas tres questiones a priori et demōstratiue. q: tales q̄rūt de generib⁹ ⁊ speciebus pro denominato q̄ non hꝫ cōsiderare logicus nisi secūdario pro q̄to eis attribuunt̄ intentiōes logice. sed methaphisicus habꝫ de illis cōsiderare. ideo talis habꝫ terminare illas questiōes analetice et a priori. logicus tū ꝓbabiliter ⁊ dyaletice pōt terminare illas questiones cū ipe habeat viā ad oīa principia methodoꝝ et p ipam possumus inquirere de principijs vniuscuiusq; scientie. ¶ Aduerte finaliter ꝙ tales questiōes mouentur de vniuersalib⁹ ꝓ denoīato et nō de ipsis secunde intentional'r captis: q: de vl'ibus secūde intētional'r captis nō est magnū dubiuʒ Nam vniuersalia secunde intētionaliter capta sunt in intellectu vel obiecto cognito cū nō sint nisi secūde intentiones. Unde aliquid d̄r esse in intellectu tripl'r. vno mō obiectiue: et sic omne vniuersale habꝫ esse in intellectu. Unde esse obiectiue in intellectu nō est aliud q̄ illud cognosci ab itellectu. Alio mō aliquid dicit̄ esse in intellectu subiectiue sicut sunt intellectiones species intelligibiles ⁊ sci̅e. Alio mō aliquid dicit̄ esse in intellectu q: habet esse p̄cise in cōsiderato.i.in obiecto cognito vt cognito. vnde nihil dicatur esse p̄cise in cōsiderato vt considerato nisi illa cōparatio qua cōparatū cōpatur ad aliud per actum cōparantis .i.intellectus. et sic videtur esse mēs scoti in quarto. ꝙ secūda ītētio nō est nisi cōparatio qua vnū obiectū cognitū comparatur ad aliud. et talis cōparatio seu secūda intentio est in illo compato seu obiecto cognito saltem denominatiue vel q̄si subiectiue. Et aduerte ꝙ ad cōsiderandū ⁊ cognoscēdū tale ens rationis seu scd'as intentiones oportet intellectum moueri a re ad extra. Et quo sequit̄ ꝙ si quis petat vbi sunt iste scd'e intentiōes. Respōdetur ꝙ sunt primario in cōsiderato.i.obiecto cognito comparato ad aliud. et secūdario sunt obiectiue in intellectu. ꝓ q̄to secūdario cōsiderantur ab intellectu. Secundo dico ꝙ talia vniuersalia nō sunt corporea neq; incorporea nisi capiatur incorporeum negatiue vt tm̄ valet sicut nō corporeū. tertio dico ꝙ talia vl'ia nō sunt in rebus singularibus saltem s̄m aliquod verū esse in suis singularib⁹ sic̄ subi⁹ in suo inferiori

Aliquid tripl'r d̄r esse in intellectu. Obiectiue in intellectu eē q̄d sit.

Scd'a intētio s̄m scotū.

Vbi sint iste scd'e intētiōes

Dubitatur secundo vtrum vniuersalia sint ponenda in rerū natura. Pro cuius solutione supponitur p'io ꝙ de hoc dubio sunt due opiniones. prima est opinio nomialiū q̄ stat in aliquibus dictis. ¶ Primū. oīs res est singularis et nulla est cōis in pluribus existēs: saltē que sit creata. Secūdū dictū. oīe vl'e est terminus cōmunis. q: quicquid p̄dicatur est termin⁹. vl'e p̄dicatur. g̃ vl'e est terminus. Tertiū dictuꝫ. sicut triplex est termin⁹ cōmunis. s. mētalis: vocalis: et scriptus. ita triplex est vl'e. s. mentale: vocale et scriptum: mentale est cōceptus vniuoce plurium rep̄ntatiuus. vocale est terminus cōis vocalis ⁊ vniuocus. scriptum est termin⁹ cōmunis scriptus et vniuocus. Quartū dictū. aliq̄d posse dici vl'e pōt intelligi dupl'r. vno modo in essendo: sic ꝙ sit realiter in plurib⁹. ⁊ sic nullū est vniuersale. alio mō in significando: nō ꝙ significet aliquid cōe vl' aliquā naturā cōem. sed q: plura imediate singularia significant. sicut iste terminus homo de primario suo significato significat oēs homiēs mundi. ⁊ sic ponēda sunt vl'ia et cū hoc multa alia dicta ponūt que in eorū libris possunt videri. ¶ Sed cōtra istam opinionem que nō videt̄ esse de mēte aristotel' arguit̄ auctoritatibus ⁊ rōnibus. P̄mo auctoritate aristotelis. in primo p'iarmenias dicētis ꝙ res vniuersalis est q̄ nata est esse in pluribus. d' etiā ꝙ vniuersale est q̄ nata est esse in pluribus. et tū hoc volunt negare. ¶ Secūda est ipsius aristotelis in antep̄dicamētis dicētis ꝙ scd'e substantie dicunt̄ de subiecto: ⁊ in subo nullo sunt: q̄ tū essent in subiecto si vl'ia non essent nisi termini quia ipse scd'e substantie sunt vl'ia. probat̄ etiā auctoritate aristotel'. i. phisicoꝝ dicētis. ꝙ illud quod vere est vt homo. diuiditur in aliquod q̄d vere est: vt in aīal ⁊ bipes. sꝫ nō diuidit̄ in aliq̄d animal sigulare. igit̄ oportet ponere aliq̄d cōe reale. Itē auctoritate anselmi in epistola de incarnatione verbi dicētis. ꝙ cōmouēdi sūt illi vtiq; nostri temporis dyaletici qui nō nisi flatum vocis vl'ia appellant. ⁊ multe alie auctoritates

Vl'ia an ponēda sint in rerū natura.

Opinio noialiū q̄tum ad vniuersalia p aliq̄ dicta.

Vl'e mētale q̄d sit. Vocale quid sit. Scriptū quid sit. Aliquid eē vl'e q̄drupl'r itelligit̄.

Opinio realiū cōtra noiales. Vl'e q̄d sit.

possunt cōtra eos adduci: que successiue in aristotele videbunt. ¶ Sed rationibus arguit̄ cōtra eos probando q̄ in re sit ponēda natura vl̄ res: q̄ de se nō est vna nūero. prima secluso omni actu intellectus plus cōueniūt sortes: et plato: q̄ sortes: et brunellus. sed illud in quo conueniūt non est nūero et singulare. q: in nullo singulari conueniūt: nec est terminus: q: circūscripto omni termino adhuc sortes et plato conueniūt. Item sm̄ phm̄. 7. phisicoꝝ in spē athoma. i. indiuisibili per differentias formales fit cōpatio: et nō in genere: q: genus nō habet talē vnitatem. q̄ spēs habebit aliā vnitatē q̄ genus. et sic iam omnia nō erūt singularia. et talis vnitas speciei nō est vnitas numeralis: q: in illa nō fit cōpatio. ¶ Item obiectū adequatū potētie visiue est aliqd̄ vnū et non vnitate numerali: q: vel esset hec albedo vel hec nigredo. qd̄ est falsum. Item animal diuiditur p rationale et irrationale: sz non est aliqd̄ animal singulare quod sic diuidat. igit̄ et c. Relicta ergo ista opiniōe tanq̄ falsa et nō de mēte aristotelis: ponitur opinio scoti: tam in secūdo sententiaꝝ q̄ in septimo methaphisice q̄ stat in aliquibus dictis. ¶ Primū: vl̄e capitur dupl'r: vno modo secūde intētionaliter vt est vna secūda intentio. et sic nō est hic ad ppositū: alio mō capitur prime intētionalr seu p denoīato. et hoc dupliciter. prio p denominato remoto et sic cōiter dicit̄ q̄ est natura absolute accepta quēadmodū dicamus q̄ hō est vl̄e et de isto etiā pprie nō est hic ad propositū. alio mō pro denoīato ppinquo scz pro illo qd̄ dicit̄ actu vl̄e. Et de isto est vnū dubiū. vtrū sit ponēdum in rerū natura: vel nō. ¶ Secundū dictū: vl̄e in actu. i. qd̄ actu denominat̄ vl̄e est cōceptus obiectualis seu obiectum cognitū: habens vnitatē indifferētie seu indeterminationē indeterminatiōe contraria sm̄ quā ipm̄ idē est in potentia ppinq̄ vt dicat̄ de quolibet supposito. ¶ Tertiū dictū. ad hoc q̄ aliquid dicat̄ actu vl̄e oport3 q̄ sit vnū in multis et de multis nō actu: s3 in potētia propinqua sic q̄ nō sibi repugnet dici de pluribus et esse in plurib⁹. ¶ Quartū dictū. nihil dicit̄ esse in potentia ppinqua vt dicatur de multis p̄dicatiōe dicēte hoc est hoc sm̄ vnitatē precisam quā habet in re. ¶ Quintū dictū l3 alicui existēti in re nō repugnet esse in alia re ab illa in qua est illd̄ tñ non p̄ōt dici de quolibet eius inferiori p̄dicatione dicēte hoc est hoc. ¶ Sextū dictū3 illud quod dr̄ sic de multis p̄dicatiōe dicēte: hoc est hoc: seu qd̄ dr̄ vl̄e actu est vnū obiectū numero seu hab3 vnitatē numeralē obiecti q: vnica itellectiōe cognoscit̄: et sm̄ illā indifferētiā seu indeterminationē 3riam dicit̄ esse in potētia ppinq̄ seu predicabile de qualib3 singl'i dicēte hoc ē h. ¶ Septimū dictū3. l3 in re sit aliqd̄ cōe qd̄ nō est de se hoc et cui nō repugnat esse non hoc tale tamē nō est vl̄e in actu q: deficit sibi illa indr̄ia seu indeterminatio 3ria sm̄ quā ipm̄ idē vl̄e predicabile est de plurib⁹ aliqua idētifica p̄dicatione dicēte hoc est hoc. ¶ Et si quis dicat q̄ ē ista indeterminatio seu indr̄ia. dico q̄ est indeterminatio ptraria qua hoc sic est indeteriatū vt vnica intellectione sm̄ cōceptū quiditatiuū insit oī quale indeterminatione 3riā tale obiectū est idē huic et illi. Et si quis perat q̄ est causa illius indeterminationis q̄ obiectū h3 eē cōplete vl̄e in intellectu. Rūdet̄ q̄ p̄mo est itellectus agēs pcurrēs tñ natura aliquo mō indeterminata ex se ē cā totalis illius indeterminatiōis p q̄to causat spēm intelligibilē in intellectu possibili q̄ est rep̄senta tiua tal' obiecti. ¶ Et si quis q̄rat q̄re intellect⁹ agēs et nat̄a faciūt talē indeterminationē. Rūdetur q̄ intellect⁹ agēs est tal' potētia et nat̄a ē tal' natura. Ex oīb⁹ istis p3 q̄ nō sunt ponēda vl'ia in reꝝ natura q̄tū ad eē cōpletū vl'itati sic multi putāt q: nullū tale ponim⁹ actu nisi p itellectū.

Arguit̄ ptra nominales p rōnes

Opinio nolaliaz falsa probat̄ d̄ vl'i
Opinio scoti de vli.

Vl'ia an sint ponēda in reꝝ nat̄a

Dubitatur tertio vtru3 postq̄ non sunt ponēda vl'ia in actu p̄ter intellectū ponēde sint nature cōes. ¶ Pro respōsione ponuntur alique ppōnes. Prima sub̄a material' vt hūanitas eq̄nitas et lapideitas nō est de se vna nūero q: intellect⁹ nō posset eam intelligere sub opposito nec sub rōne repugnante sibi qd̄ est fl'm. Ex quo sequit̄ q̄ tali nature sic hūanitati q̄ d̄ se nō est vna nūero nō repugnat determiari p aliam differentiā idiuidualē ab illa p quā determiat̄. Pro quo aduerte q̄ l3 talis natura nō sit de se hec et vna nūero: tñ nunq̄ est qui sit vna nūero denoīatiue et p accñs puta p d̄riam indiuidualē ipsam sic determiantē. Vñ aliq̄d dr̄ esse vnū numero tripl'r. vno mō p se prīo vt sunt d̄r̄e indiuiduales. alio mō p se: s3 nō prīo vt indiuidua alio mō denoīatiue. et p accñs sicut sūt tales nature cōes seu significata formalia p̄riaria terminorum cōmuniū. Vñ q̄lib3 termin⁹ cōis in creaturis de significato p̄mario signī aliq̄d qd̄ d̄ se nō est hoc. s3 solū denoīatiue et p accñs. ¶ Et si q̄s dicat si illa nat̄a sic humanitas nō est de se vna nūero habebit aliā vnitatē. ¶ Rūdet̄ q̄ ex natura rei et in re ponēda ē aliq̄ vnitas mīor vnitate nūerali q̄ d3 vocari vnitas nat̄e sm̄ seq̄ est ppria passio ipsius nat̄e q̄ ppue nō d3 dici vnitas specifica neq3 gn̄ica q: tales vnitates nō sūt nisi p itellectū. ¶ Et si q̄s iterū dicat nōne illa nat̄a q̄ de se nō est vna nūero est cōis. Rūdet̄ q̄ aliq̄d dr̄ esse cōe dupl'r. vno mō p realē exntiā sic q̄ realiter existat in plurib⁹. et sic dico q̄ in creaturis nihil ē tale cōe: nihil enī ē in me qd̄ sit in petro. iō qñ gn̄at̄ petr⁹ nihil ei⁹ in alio p̄suit: nisi forte ei⁹ materia. alio mō aliq̄d dr̄ cōe p indr̄iam: q: q̄tū est d̄ se nō repugnat determiari p quācūq3 d̄riam indiuidualē etiā aliā ab illa a q̄ determiat̄ et sic humanitas dr̄ eo mō cōis q: q̄tū ē de se sibi nō repugnat determiari p plures d̄rias indiuiduales. nō ponim⁹ q̄ nat̄as cōes p realē exntiam in mult' sic multi putāt. imo q̄lib3 supposi tū h3 suā ppriā nat̄am. vt q̄lib3 hō h3 suā ppriā hūanitatē quo corrupto corrūpit̄ ei⁹ hūanitas. iō fatua ē illa imaginatio aliquoꝝ ponētiū idē esse in inferno et i padiso. Et l3 sint tot hūanitates quot sūt hoīes tñ tm̄ est vna spēs hoīs: puta vnū obiectu3 qd̄ denoīat̄ spēs ab intellectu. Et

An sint ponende nat̄e cōmunes.

Aliquid esse vnu3 nūero dr̄ tripl'r.

si quis dicat illi nature qͣtum est de se nō repugnat determinari ꝑ aliam dr̄iam indiuidualem. cōcedo: ergo de⁹ posset facere ꝙ determinaret ꝑ aliam ⁊ sic posset facere ꝙ natura mea determinaretur ꝑ aliā dr̄iam indiuidualē. dico negādo cōsequētiā: qꝛ est falsa ſm qd ad simplr. lȝ enī nature ſm qd .i. qͣtum est de se nō repugnet determinari ꝑ aliā dr̄iaȝ indiuidualē: tñ sibi simplr repugnat puta ex ꝑte dr̄ie indiuidualis idētificate sibi realiter ꝑ quā determiāt. Ex quo seqtur ꝙ illa natura ex se nec est vna vnitate nūerali nec plꝛes pluralitate sibi opposita. nec vlis nec ꝑticularis. lȝ tñ nūq̄ sit sine aliquo istoruȝ. nō tñ de se est aliqd istoꝝ: sȝ est pri⁹ natura quolibet istoꝝ. ⁊ ſm istā prioritatē naturalē est qd qd est ⁊ obiectū intellect⁹ ꝑ se ⁊ vt sic ꝯsideratꝛ a methaphisico ⁊ exprimit ꝑ diffinitionē. ⁊ ꝓpōnes vere p̄mo mō sunt de rōne quiditatis sic accepte qꝛ nihil dr̄ de q̄ditate p̄mo mō nisi ꝙ eētialiter includit in ea ſm ꝙ abstrahit ab oī illo qd est posteri⁹. ¶ Ex oībus istis seqtur ꝙ tot sunt hūanitates quot sunt singlaria hoīs: lȝ tñ nō sit nisi vna spēs hoīs. Sed ꝯtra hoc arguit p̄mo auctē boetij dicētis. oē qd est id est qꝛ vnū nūero est. Dicit etiā auicēna ꝙ illud qd est sepatū ab intellectu est singulare. Rñdet ꝙ iste auctoritates nihil aliud ꝓbāt nisi ꝙ omne qd est: est singulare vl ꝑ se vel denoīatiue seu ꝑ accn̄s. vt hūanitas ⁊ aīalitas denoīatiue ⁊ realiter est vna nūero: sȝ nō ꝑ se: ⁊ sic pn̄t solui oēs auctoritates q̄ videnꝛ idē sonare q̄s accipiunt

Opinio nominalium de vli reprobatur

noīales. Rōnes etiā eoꝝ nihil ꝯcludūt qꝛ probant ꝙ nō sint ponēda vlia in reꝝ natura p̄ter intellectū. ⁊ hoc ꝯcedim⁹. vel ꝓbāt ꝙ nulla sit res vel natura in plurib⁹: ⁊ hoc etiā ꝯcedimus ꝙ nulla est res creata in plurib⁹ ꝑ realē exn̄tiā.

An vlia sint corporea: vl incorporea

¶ Ex oībus istis pn̄t faciliter solui alie qōnes porphirij. Prīa in q̄ qrit vtꝝ vlia sint corporea vel incorporea. nā vlia ꝓ denoīato ꝓpinquo ꝓprie nō sunt corporea neqȝ incorporea cū talia solū habeāt esse ꝑ intellectū. sȝ vlia ꝓ denoīato remoto sic se habēt ꝙ aliq̄ sunt corporea et

Aliquid dupl'r dr̄ esse corporeum

aliq̄ incorporea hoc est ipm corpus. ¶ Un̄ aliqd dr̄ corporeuȝ dupl'r. vno mō actualiter. alio mō aptitudinal'r. actual'r qꝛ actu hȝ trinam dimensionē .s. longitudinē: latitudinē: ⁊ ꝓfunditatem. ⁊ sic oīs res q̄ hȝ extēsionem est corporea. aptitudinal'r qd natum est hr̄e illā extensionē.

Aliquid dupl'r dr̄ esse incorporeum

et ꝑ ꝯtrariū aliq̄ dr̄r incorporea dupl'r. vno mō qꝛ actu nō habēt extensionē. scd̄o qꝛ nō sunt nata extendi. ¶ Et si q̄s dicat. de subā ⁊ de ente q̄ sunt vlia ꝓ denoīato. Rñdet ꝙ talia ꝑ se nō sunt corporea neqȝ incorporea: sȝ solū ꝑmissiue qꝛ inueniūtur in aliq̄bus corporeis: ⁊ in aliq̄b⁹ incorporeis. Et ꝑ hoc facil'r soluit tertia q̄stio in q̄ qrit porphiri⁹ vtrū vlia sint in singlarib⁹ vl sepata a singularib⁹. Rñdet ꝙ vlia capta ꝓ denoīato remoto realiter sunt in singularib⁹ cū sint idē real'r cū ipsis: tñ ex se nō sunt in singlaribus neqȝ extra singularia: sȝ vlia ꝓ denoīato ꝓpinquo: puta ꝓ illo qd actu dr̄ vle qd hȝ solū esse per intellectuȝ nō sunt in singularib⁹ neqȝ extra singlaria nisi forte ſm rōnē ⁊ intellectuȝ

Conclusio responsalis ad dubia de vli

Quantum ad tertium sit conclusio respōsalis. subm attributionis hui⁹ scīe est vle scd̄e intētional'r acceptū attributū alicui limitato vt est in potētia ꝓpinqua dici de pluribus ⁊ esse in plurib⁹. ¶ Ad rōnes. Ad p̄mā dr̄ ꝙ oīs scīa realis est de vli capto ꝓ denoīato: sed non capto scd̄e intētional'r. ¶ Ad scd̄am dr̄ negando minorē qꝛ vle hȝ passiones vles q̄ dr̄r ꝓpꝛa denoīatiue. Et dico vltra ꝙ nō est incōueniens aliq̄d ꝯtentū sub spē denoīatiue esse ꝯuertibile cū gn̄e vt p̄dicabile qd dr̄ esse ꝓpriū denoīatiue est ꝯuertibile cū vli. ¶ Ad tertiā dr̄ ꝙ nec inq̄ntum intētio nec inq̄ntū denoīatiuū p̄me intētionis est subm hui⁹ scīe: sȝ inq̄ntuȝ vle ⁊ sub rōne vlitatis. ¶ Ad quartā dr̄ ꝙ vle cōparat ad hȝ quinqȝ vlia sub rōne gn̄is: qꝛ p̄dicatur in q̄d de ipsis ⁊ ipa differunt specie. ¶ Ad quintam pȝ solutio in p̄mo articulo. Sequit textus.

Uidetur aūt neqȝ gen⁹ neqȝ spēs simpliciter dici. genus enim dicitur ex aliquorum ⁊c.

Ista est ꝑs executiua hui⁹ libri in q̄ porphirius determinat de quinqȝ vlibus. Et diuidit in duos tractat⁹ ꝑtiales. In

Diuisio hui⁹ partis

p̄mo determiāt de quinqȝ vlibus ſm se diffinitiue ⁊ diuisiue: in scd̄o determiāt de ipsis cōpatiue. p̄mus tractat⁹ ꝯtinet quinqȝ capitula ſm ꝙ sunt quinqȝ vlia. ¶ In p̄mo capitulo determiāt de gn̄e. Et diuidit in duas ꝑtes principales. In p̄ma ponit tres acceptiōes gn̄is ponendo istā ꝯclusionē. Uidet aūt neqȝ gen⁹ neqȝ spēs simplr dici .i. vniuoce. sȝ equiuoce. ¶ Secūdam ꝑtem hui⁹ ꝯclusionis .s. de equiuocatione et multiplicitate spēi relinquit porphiri⁹ vsqȝ ad sequēs capitulū. Et ꝙ gen⁹ dicat equiuoce probat ponēdo tres acceptiōes ipius gn̄is. Prima

Generis acceptiones

vero est ſm quā gen⁹ dr̄ collectio multoꝝ quodāmodo se habentiū ad aliq̄d vnū ⁊ ad se inuicem. vt collectio romanoꝝ dr̄ genus isto mō ꝓpter affinitatē ⁊ habitudinē adinuicē ⁊ ad vnū ꝑncipiū .s. ad romulū ꝑ qd collectio romanoruȝ ab oīu alia collectiōe distinguit. Scd̄a acceptio generis est ſm quā gen⁹ dr̄ vniuscuiusqȝ generationis p̄ncipiū siue sit ab illo q̄ genuerit videlicȝ a pr̄e vel a loco in quo quis genitus est. ⁊ de vtroqȝ dat porph. duo exempla. primū d̄ patre vt Orestē dicim⁹ hr̄e gen⁹ a tantalo pr̄e suo. secūdum vt illū dicim⁹ hr̄e gen⁹ ab hercule. Primum exemplū de loco vt pindaꝝ dicim⁹ thebanorum genere qꝛ natus est ex thebis. scd̄m vt platonem dicim⁹ athenienſem genere qꝛ nat⁹

Loc⁹ an sit gen⁹

est athenis. Quod aūt locus sit genus probat porph. dicendo. Est enī patria principiū generationis quēadmoduȝ pater. Unde comparat porph. istas duas acceptiones adinuicē dicēs ꝙ scd̄a acceptio generis est prōptissima .i. perfectior ⁊ magis vsitata q̄ prima: probat dupl'r primo qꝛ genus primo mō dictū causatur ⁊ denoīatur a gn̄e scd̄o mō dicto. vt romani q̄ sunt genus primo modo dictū descendūt ⁊ denomi-

nantur a romulo qui est genus secundo mō dictum. romani enim dicunē qui ex genere romuli descēderunt: ꝛ cicropide q̄ ex genere cicropis Secūdo. quia genus secūdo modo dictum est distinctiuū generis primo mō dicti. vna enī collectio genitoꝝ distinguitur ab alia p principiū illius collectionis quod est genꝰ secundo mō dictū. vt collectio romanorū distinguiē per romulum ab alijs collectionibus nāqꝫ nos diuidētes et ab alijs separantes dicebamus enī illā collectionez esse romanoꝝ genꝰ. ¶ Tertia acceptio generis est fm quā genus dr cui supponiē spēs ad similitudinē duorū p̄morū modorū. Et p̄io ponit similitudinez cū genere scd̄o mō dicto. qꝛ sicut genus secūdo mō dictū est principiū multorum genitorū. ita ꝛ genus tertio mō dictū est principiū multarū specierū. ¶ Deinde ponit similitudinē cuz genere primo mō dicto. nā sicut primo mō dictū importat collectionē multoruz genitoꝝ: ita genus tertio modo dictuz continet multitudinē specierū. In secūda parte p̄ncipale huius capituli elegit porphirius. acceptionez generis de qua est hic ad propositū dicēs qꝫ cū genus dicatur multiplr sez p̄dictis tribus modis. de genere tn̄ tertio modo est hic sermo apō p̄hos quod sic describiē. Genus est qd̄ predicaē de pluribus differentibꝰ spē in eo qd̄ quid. Pro cuius declaratiōe p̄mittit porphiriꝰ hāc diuisionem. Eorū que predicanē quedā predicātur de vno solo vt socrates et hic ꝛ hec ꝛ hoc. Alia predicātur de pluribus vt genera: spēs: differētie: propria. ꝛ accidētia. genus quidez vt aīal: spēs vt homo. differentia vt rōnale. propriū vt risibile. accidēs vt albū nigruz. Deinde declarat porphirius dictā diffinitionez. per hoc enī qꝫ poniē predicaē de pluribus differt genꝰ ab indiuiduo quod de vno solo p̄dicatur. ꝛ differt a spē p hoc qꝫ dicit de pluribus differentibus spē. spēs enī vt homo solū de indiuiduis predicatur. a p̄prio differt qꝛ p̄priū de vna sola specie ꝛ indiuiduis que sub ipa sunt predicatur. vt risibile de hoīe. et indiuiduis eius. a differētia vero ꝛ accn̄te differt per hoc qꝫ ipsa p̄dicatur in quale. genus vero in quid. primā partē p̄bat: qꝛ per differētiaz et accidēs cōueniēē r̄ndetur ad interrogationem factaz per q̄le: vt si queratur qualis est hō conuenienter r̄ndetur qꝫ est rationalis. ꝛ si q̄raē qualis est coruus cōueniēter r̄ndetur niger: io predicatur in quale. ¶ Secūdā partē p̄bat qꝛ per genꝰ cōuenienter respōdetur ad interrogationē factā per quid d̄ specie. vt si queraē quid est homo cōuenienter respōdetur qꝫ est animal Ex istis concludit porphiriꝰ. qꝫ predicta descriptio generis nihil superfluum cōtinet nec diminutuz quare ipsa est bona.

Genꝰ de quo porphiriꝰ intēdit qd sit,

Queritur vtruz acceptiones generis ꝛ diffinitiones gn̄is sint sufficienter assignate.

Argumē ta ꝛ diffinitionez generis.

Arguiē primo cōtra primā partē. nulliꝰ vniuoci sunt plures acceptiones: sed genꝰ est vniuocū alias nō esset vl'e p̄prie dictū. g ipsius non sunt plures acceptiones: sꝫ qꝫ sint insufficiēter assignate probatur qꝛ p̄hs. 5. metha. ponit plures acceptiōes: generis qꝫ tres. g. ¶ Scd̄o sic. ꝯtra primā diffinitionē. Illud qd̄ cōtinetur equalr cū altero sub aliquo tertio nō supponiē illi alteri: sed spēs cōtineē equalr cum genere sub vli. cū sit spēs vl'is vt dictū est. nō spēs eiusdē generis equaliter ꝯtinenē sub genere. g. ¶ Tertio sic. p̄ma diffinitio gn̄is cōuenit alijs a diffinito. g nō est bona. Añs p̄batur quadruplr. primo cōuenit enti qꝛ enti supponiē spēs. secūdo d̄ne etiā supponitur spēs. tertio. qꝛ diffinitiōi supponiē spēs. quarto qꝛ celo supponunē oēs spēs istorū inferioꝝ et tn̄ nullū istoꝝ est genus. g. ¶ Quarto si scd̄a diffinitio generis esset bene assignata vel p eaz diffiniret intētio gn̄is vl' res subiecta intētioni. vl' aggregatū ex vtroqꝫ. nō tertiū qꝛ ē ens p accn̄s cuiꝰ nō pōt esse diffinitio nec scd̄m qꝛ logicus nō habꝫ diffinire primas intētiones seu res subiectas qꝛ alias esset artifex realr: nec primū qꝛ intētio gn̄is nō p̄dicatur de pluribus dr̄ntibus spē cū sit spēs sp̄alissima. Itē cū dr genus est qd̄ p̄dicaē ibi talis terminꝰ genꝰ cuz sit terminꝰ cōcretiuꝰ debet supponere de vi logices pro re subiecta. g videē qꝫ res subiecta ibi diffiniatur. ¶ Quinto sic. scd̄a diffinitio gn̄is cōuenit alijs a diffinito: nā cōuenit enti: etiā nō conuenit oī cōtēto sub gn̄e cuz spēs cōtineatur sub gn̄e cui talis diffinitio nō cōuenit. ¶ In oppositum arguiē auctoritate porph̄. ponētis illas acceptiones gn̄is ꝛ diffinitiones. In q̄stione sicut in alijs erunt tres articuli. Quantū ad primū.

Sciendum est primo qꝫ pro declaratione acceptionū gn̄is supponiē p̄io qꝫ genꝰ accipiē duplr. vno mō gn̄alr pro quodā cōi ad tres acceptiōes positas in textu. ꝛ sic genus dr multiplr seu equiuoce de illis tribus acceptiōibus. alio mō capitur sp̄aliter ꝛ hoc maxie p tertio mēbro seu p tertia acceptiōe gn̄is in q̄ dicitē genus est cui supponiē spēs. ꝛ sic nō est equiuocum sꝫ vniuocū. ¶ Scd̄o supponiē qꝫ ad genus primo mō dictū tria requiruntē. primo qꝫ sit collectio multoꝝ. scd̄o qꝫ illa multa habeāt h̄itudinem affinitatis ad inuicē ꝛ ad vnū aliquid. i. ad vnū principiū eoꝝ: defectu cuius cumulus lapidū nō dr genꝰ primo mō. qꝛ lapides nō h̄nt affinitatem adinuicē neqꝫ ad vnū principiū. tertio requiriē qꝫ talis collectio distinguaē ab alijs generibus per ip̄m principiū. Ex quo sequiē qꝫ in genere p̄io mō dicto reperiunē tres respectus seu tres h̄itudines. primus est respectꝰ equiparantie q̄ est illoꝝ multoꝝ adinuicē. scd̄s est suppositiōis q̄ est ipius principij ad illa multa. tertius est suppōis q̄ ē illoꝝ multoꝝ ad ip̄m p̄ncipiū. ¶ Tertio supponiē qꝫ ad hoc qꝫ aliquid sit genus scd̄o mō dictū requiriē qꝫ sit p̄ncipiū effectiuū vl' cōseruatiuū illiꝰ geniti. Et notanē dr principiū cōseruatiuū: nā locꝰ nō est p̄ncipiū p̄ductiuū rei genite: sꝫ bn̄ sit p̄ncipiū ꝯseruatiuū rei genite rōne q̄litatū ꝛ influētiaꝝ celestiū. Ex quo sequiē qꝫ nō accipiē locus p superficie corporis cōtinētis rē locatā. sꝫ magis pro aggregato

Generꝰ duplex acceptiō

Tria req̄sita ad genus p̄io mō dictū

Tres respectus ipiꝰ gn̄is

Requisita ad genus scd̄o mō dictū

ex illa superficie et qualitatibus seu influentijs corpor celestiũ. Sequit̃ secũdo q̃ materia et forma nõ debent ꝓprie dici genus scd̃o modo neq̃ etiã finis cũ non sint ꝑncipia effectiua. Tertio ptz q̃ temp⁹ nõ est gen⁹ hoc scd̃o mõ q̃ est magis cã corruptionis q̃ gñationis ꝑ q̃to diuratio rei facit ipsam elongari a suo principio et appropinquare finẽ suũ. ¶ Quarto sequit̃ q̃ mater dr̃ bene gen⁹ scd̃o mõ q̃ est principiũ actiuũ generationis. ¶ Quarto supponit̃ q̃ a porph. ꝑter acceptionẽ gñis logici. solũ enũerantur acceptiones gñis ad quaꝝ similitudinẽ sumit̃ gen⁹ logicũ et que magis ꝓpinque faciũt ad ei⁹ cognitionẽ. ¶ Ex istis sequit̃ q̃ acceptiones generis sunt sufficient̃ assignate et q̃ gen⁹ tertio mõ dictũ est vniuocũ: sz genus cõe ad tres acceptiões est equiuocũ et tale nõ diffinitur.

Generi aliquid supponitur dupliciter

Intellectus prime diffinitionis generis.

Sciendum est secundo q̃ pro declaratiõe ꝑme diffinitiõis ponit̃ scd̃o hec distinctio. Aliq̃d supponit̃ gñi dupl̃r. vno mõ directe vt spẽs: et indiuidua: et aliq̃d indirecte: vt d̃ria. Directe adhuc dupl̃r. s. mediate et imediate. mediate vt sunt indiuidua. imediate vt spẽs. Tũc dicit̃ q̃ intellect⁹ ꝑme diffinitiõis gñis est iste. ¶ Genus est vl̃e cui directe et imediate supponit̃ spẽs. sz eiũ d̃ria indirecte supponat̃ gñi nõ tñ directe. sz etiã idiuiduũ supponat̃ gñi mediate nõ tñ imediate. ¶ Sz ꝓ declaratiõe scd̃e diffinitionis supponit̃ p̃io q̃ hoc nomẽ q̃d põt tripl̃r sumi. vno mõ relatiue q̃admodũ in diffinitiõe generis capit̃. alio mõ indefinite. tertio mõ interrogatiue. ¶ Supponit̃ scd̃õ q̃ hoc nomẽ pluribus põt capi dupl̃r. vno mõ positiue. et sic idẽ ẽ q̃ multis: et sic capit̃ in diffinitiõe qñ dr̃ gen⁹ ẽ q̃d predicat̃ de plurib⁹. i. de multis. Alio mõ ꝯparatiue vt ĩportat excessuz. et sic nõ capit̃ hic. q̃ tũc sensus esset q̃ gen⁹ ꝑdicaret̃ de aliquib⁹ d̃ntibus plusq̃ spẽ: vl̃ de aliquib⁹ et nõ de tot q̃n de alijs. ¶ Tertio supponit̃ q̃ hec ꝯiunctio et põt teneri dupl̃r. vno mõ copulatiue. alio mõ expositiue: vt idẽ est q̃ id est et sic capit̃ hic. ¶ Quarto supponit̃ q̃ iste ablatiu⁹ spẽ accipit̃ in diffinitione prime intẽtionalr̃. Ex quo seq̃t̃ q̃ diffinitio gñis est data ꝑ addit̃amẽtũ cũ in ea ponat̃ aliq̃d q̃d nõ sit de rõe gñis itrĩseca. Ex istis dr̃ q̃ intellect⁹ scd̃e diffinitiõis est iste. Gen⁹ ẽ vl̃e q̃d ꝑdicat̃. i. natũ est ꝑdicari ꝑdicatiõe signata immediate et directe de plurib⁹ id est de multis d̃ntibus spẽ in eo q̃d q̃d. Et aduerte q̃ iste due diffinitiões diuersimode dant̃ de gñe. ꝑma dat̃ de gñe s̃m q̃ est gen⁹ q̃d vt sic dicit respectũ ad spẽm. scd̃a dat̃ de gñe s̃m q̃ est vl̃e et vt sic respicit spẽm sub rõne subijcibil̃. Ex quo seq̃t̃ q̃ iste due diffinitiones dant̃ de gñe s̃m diuersas hitudines. nõ est aũt incõuenĩẽs aliquã scd̃am intẽtionez s̃m diuersas hitudines habere duas diffinitiones saltem datas per additamentũ.

Quid nomẽ tripliciter capit̃

Nomen pluribus dupl̃r accipitur.

Hec coniũctio et dupl̃r capitur

Intellect⁹ secunde diffinitiõis.

Sciendum est tertio q̃ circa predictas diffinitiões incidũt aliq̃ difficultates. Prima an diffinitio gñis data in rõne vl̃is sit quiditatiua vl̃ descriptiua. ¶ Pro cui⁹ solutiõe supponitur primo q̃ diffinitio q̃ditatiua est duplex quedam est pure quiditatiua cui⁹ omnes ptes ꝑtinẽt ad quiditatẽ diffiniti sicut ista hõ est aĩal rationale. ¶ Alia est quiditatiua data ꝑ additamentũ in q̃ua addit̃ aliq̃d extrĩsecũ diffinito: et talib⁹ diffinitionib⁹ diffiniunt̃ oẽs scd̃e intentiones. et etiã oĩa accñ̃a respectiua et etiã absoluta: nã accñ̃s absolutũ siue in cõcreto siue in abstracto nõ põt diffinire cõpleter diffinitiõe quietante intellectũ sine termino sue depẽdẽtie qui est subm. Et si quis dicat hz gen⁹ et differentiaz cõcedo. et põt intelligi q̃tũ ad q̃dlibz eius nihil intelligẽdo de sua depẽdẽtia vl̃ termino illi⁹ dependẽtie: ꝯcedo. q̃ põt habere diffinitionez quiditatiuã nõ datã ꝑ additamẽtũ. Respondeo q̃ põt bene assignari aliqua ratio ꝑ essentiã indicans totã essentiã illius. sz illa ꝓprie nõ essz diffinitio quia nõ esset expressiua ꝑfecti cõceptus eius: neq̃ quietatiua intellectus. Et aduerte q̃ duplex est diffinitio pure quiditatiua. q̃dam est cuius oẽs ptes ꝑtinent ad quiditatẽ diffiniti. sz non vt genus et d̃ria. vt diffinitiões gñm gñalissimorum. que dantur ꝑ ens et modũ intrinsecuz ipsoꝝ. Alia est q̃ datur per gen⁹ et d̃riam et de illa cõiter dr̃ q̃ sola spẽs diffinit̃. et ibi capit̃ spẽs tam ꝑ spẽ spẽalissima q̃ subalterna. ¶ Secũdo supponit̃ q̃ s̃m scotũ i quarto sentẽtiaꝝ ad hoc q̃ aliq̃d sit ꝓprie diffinibile diffinitiõe quiditatiua q̃nq̃ ꝯditiões req̃runt̃. ¶ Prima q̃ sit ens positiuũ et ꝑ hoc excludunt̃ nõ entia et etiã ꝑuatiua. ¶ Scd̃a q̃ sit ens ꝑ se vnũ. et ꝑ h̃ excludũtur entia ꝑ accñ̃s. vt hõ alb⁹: hõ niger. q̃ nõ hñt ꝓprie diffinitionẽ quiditatiuaz. ¶ Tertia q̃ sit ens reale. i. cui nõ repugnet habere verũ eẽ. et ꝑ hoc excludunt̃ entia rõnis: cuiusmõi sunt scd̃e intẽtiones q̃ solũ diffiniũt̃ diffinitiõe data ꝑ additamẽtũ. ¶ Quarta q̃ sit vl̃e. et per hoc excludunt̃ oĩa singl̃aria quoꝝ d̃rie nõ pñt dici quiditates cũ de rõne quiditatis sit q̃ sit cõicabil̃. ¶ Quinta q̃ sit cõpositũ. i. q̃ nõ sit ens simpl̃r simplex et ꝑ hoc excludunt̃ simpl̃r simplicia cuiusmõi est ens d̃rie vltime et etiã ꝓprie passiones. Ex his dr̃ primo q̃ diffinitio gñis data in rõne ꝑdicabilis est q̃ditatiua data ꝑ additamẽtũ: q̃ in ea ponitur ille ablatiũs spẽ q̃ supponit ꝑ fundamẽto correlatiui gñis q̃d nullo mõ ꝑtinet ad q̃ditatẽ gñis. Ex quo sequit̃ q̃ diffinitiones scd̃aꝝ intentionũ semp dantur ꝑ additamentũ. Et si q̃s dicat porphiri⁹ dicit q̃ diffinitio generis est descriptiua. debet intelligi nõ est pure quiditatiua.

Quiditatiue diffinitionis acceptio

Diffinitio pure quiditatiua duplex est.

Conditiões requisite s̃m Scotuz diffinibili diffinitiõe quiditatiua

Sciendum est quarto q̃ circa textũ incidit vna difficultas quõ intelligit̃ q̃ gen⁹ ꝑdicet̃ de plurib⁹ d̃ntibus spẽ et q̃ gen⁹ saluat̃ in vnica spẽ. Et ar̃ primo q̃ genus nõ ꝑdicat̃ de plurib⁹ d̃ntib⁹ spẽ. ista est falsa. gen⁹ de oĩ spẽ ꝑdicat̃. q̃ ista est falsa. gen⁹ ꝑdicat̃ de pluribus d̃ntib⁹ spẽ. pz ꝯña: q̃ iste ꝓpones sunt sinonie cũ sint de eisdẽ teris eodẽ mõ suppõẽtib⁹. Respõdet̃ q̃ ille termin⁹ de plib⁹ nõ tenet̃ ꝯparatiue. sz positiue vt visuz ẽ. et ly spẽ nõ regit̃ de ly plib⁹ sed de ly d̃ntibus. Et est regl̃a q̃ qñ ꝯparatiuus

Intellect⁹ diffinitionis generis in q̃ dr̃ q̃ gen⁹ ꝑdicatur de plib⁹ diffe. &c.

Plus in diffinitiõne generis q̃ tenetur

ponitur in oratiõe sine ablatiuo recto ab eo tũc tenet positiue: iõ ly spẽ regit̃ de ly diuitib⁹. Et si quis dicat ꝙ supponit confuse ⁊ distributiue: qꝛ termin⁹ rect⁹ ab ista dictiõe dĩt et differẽs supponit cõfuse ⁊ distributiue dꝛ ꝙ verũ ẽ si regat̃ mediante ꝑpõne a vl' ab. Sꝫ quo ad scdãm prẽ in qua ꝙrit̃ vtrũ gen⁹ possit saluari in vnica spẽ r̃ndet̃ ꝙ saluari in vnica spẽ põt tripl'r intelligi vno mõ fm existẽtiã. alio mõ fm potẽtiam. alio mõ fm aptitudinẽ. fm existẽtiã dico ꝙ gen⁹ potest saluari in vnica spẽ. ptꝫ. qꝛ destructis oĩbus spẽb⁹ dẽpto hoĩe adhuc hõ ẽ aĩal: ⁊ bñ seq̃t̃ hõ ẽ ꝙ aĩal est. ❡ Sꝫ dubiũ ẽ ꝙd diceret Aristo. vtrũ oẽs spẽs possent destrui dẽpta vna cũ sint de integritate vniuersi. ❡ De scdõ dꝛ ꝙ gen⁹ fm potẽtiã põt saluari in vnica spẽ. nã de⁹ põt facere ꝙ oẽs spẽs destruãt̃ dẽpto hoĩe ⁊ tũ ibi erit aĩmal: ꝙ gen⁹ fm potẽtiã põt saluari in vnica spẽ. ❡ De tertio dꝛ ꝙ gen⁹ fm aptitudinem nõ põt saluari in vnica spẽ saltẽ termĩatiue sic ꝙ non sit aptũ natũ esse in plurib⁹ spẽb⁹. nã in q̃libet spẽ de se natũ est esse in plurib⁹: et ꝑdicari de plib⁹ et dꝛ notant̃ termĩatiue. qꝛ fundamental'r talis aptitudo põt saluari ĩ vnica spẽ cũ aĩmalitas a qua nõ distinguitur talis aptitudo possit saluari in vnica spẽ. Et hec de primo articlo.

Generis intentio an bic diffinat̃

Quantum ad secundum dubitatur

p̃mo vtꝝ hic diffiniat̃ intẽtio gñis siue res subiecta intẽtiõi. Et arĩ p̃mo ꝙ diffiniat̃ gen⁹ ꝓ denomĩato qꝛ illud hic diffinit̃ qõ ꝑdicat̃ in q̃d de plib⁹ diñtibus spẽ: sꝫ res subiecta seu gen⁹ pro denoĩato ẽ hmõi. vt pꝫ de aĩali qõ ꝑdicat̃ in q̃d de hoĩe et de boue. ꝙ hic nõ diffinit̃ intẽtio gñis sed res subiecta. Scdõ sic illud qõ hic diffinit̃ ꝑdicat̃ de plib⁹ diñtib⁹ spẽ: sꝫ gen⁹ ꝓ ꝑ se significato nõ ꝑdicat̃ de plib⁹ diñtib⁹ spẽ: sꝫ solũ diñtib⁹ nũero cũ sit spẽs spẽalissima vlis. ❡ Tertio sic genus ⁊ spẽs sunt species dispatẽ. ꝙ vnũ nõ debet diffiniri ꝑ reliquũ cũ vna spẽs dispata nõ diffiniatur ꝑ aliã. ꝯfirmat̃. qꝛ totus ꝓcessus porphirij nõ videt̃ esse nisi de re subiecta intẽtioni vt pꝫ ex suis exemplis. In oppositũ arguit̃ p̃rio sic. illud diffinit̃ a logico qõ ꝑ se ꝯsiderat ab eo sed res subiecta intẽtioni nõ ꝯsiderat̃ per se a logico. sꝫ solũ ꝑ accñs ꝓ quanto sibi attribuit̃ aliq̃ intẽtio. Scdõ sic illud qõ hic diffinit̃ dꝫ esse vniuocũ. sꝫ nulla res subiecta intẽtioni gñis ẽ vniuoca ad oĩa illa que dĩr genus. igit̃. Item si hic diffiniretur res subiecta intẽtioni quero de illa vel esset aĩal vl' color vl' substãtia vl' quãtitas ⁊ sic de alijs. sꝫ nullũ istoꝝ est dicẽdũ. qꝛ qua rõne diceretur vnũ: eadẽ rõne dicẽdũ essꝫ et reliquũ. si dicas ꝙ quodlibꝫ istoꝝ diffinit̃. ꝓbatur ꝙ nõ. qꝛ tũc diffinitũ nõ esset cõuertibile cũ diffinitõe cũ diffinitũ non esset aliquid vnũ: ⁊ tñ diffinitio esset vna. Pro solutiõe ponuntur aliqua dicta. ❡ Primũ hic diffinitur genus ꝓ per se significato ꝯcretiue designato vt ꝓbãt iste rões. Pro cui⁹ declaratõe dꝛ scdõ ꝙ gen⁹ põt accipi tripl'r sicut ⁊ alia concreta scꝫ ꝓ ꝑ se significato vt est secunda intẽtio causata per actũ comparatiuũ

Aliq̃ dicta rñdẽtia ad dubia d' diffinitõne generis

intellectus. secũdo accipitur genus pro denoĩato quod est prima intẽtio. vt animal de quo verum est dicere ꝙ est gen⁹. tertio accipit̃ pro aggregato ex prima intentiõe et secũda. et iste acceptiones sunt per intellectũ. et istis duob⁹ modis vltimis non accipitur ibi genus. sed primo modo. vbi tamẽ forte de rigore logices deberet accipi pro re subiecta. cuꝫ concreta de rigore logicea supponãt pro rebus subiectis. ❡ Dicitur tertio ꝙ predicari per se cõuenit secũdis intentionib⁹ ⁊ per accidẽs rebus subiectis. qꝛ ꝑdicari est termin⁹ scdẽ intentionis importãs scdãꝫ intẽtionẽ ideo per se nõ potest dici de primis intentionib⁹. esse tñ per se conuenit primis intentionibus ⁊ exercet illud in primis qõ ꝑdicari signat in secũdis. Ex quo sequit̃ ꝓbabil'r ꝙ noĩa cõcreta scdẽ intẽtionis respectu hui⁹ predicari predicatur supponũt ꝓ denoĩato vl' subiecto respectu hui⁹ qõ est esse. Pro cui⁹ declaratiõe dꝛ quarto ꝙ ꝑdicatio est duplex. s. exercita ⁊ signata. ❡ Exercita que fit mediãte isto verbo est. vt hõ est animal. Signata que fit mediantib⁹ istis verbis dꝛ: ꝑdicat̃: affirmatur: dicit̃. vt cũ dicitur gen⁹ ꝑdicatur de specie superius affirmat̃ de suo inferiori. Et aduerte ꝙ ꝑdicatio signata in intentionib⁹ scdis nõ potest exerceri in eisdẽ nisi forte in his que se hñt sicut superi⁹ et inferius vl' vt subm et ꝓpria passio. ❡ Primũ patꝫ qꝛ ista predicatio signata gen⁹ ꝑdicatur de specie male exercetur per istã spẽs est gen⁹. ❡ Secũdũ patꝫ quia ista genus ꝑdicatur de hoc gñe cõuenienter exerceret̃ per istã hoc genus est genus: ⁊ ista ꝑdicabile predicatur de vl'i per istaꝫ vniuersale est ꝑdicabile. ❡ Ex hoc infert̃ ꝙ predicatio signata in intentionibus secũdis despatis exercetur in primis vt ista gen⁹ ꝑdicatur de specie exercetur per istam homo est aĩal. ❡ Secundo infertur ꝙ a ꝑdicatiõe signata in secundis intẽtionib⁹ ad ꝑdicationem exercitam in p̃mis nõ ẽ ꝯsequẽtia formalis: qꝛ stat antecedẽs esse verũ ꝯñte falso vt predicabile ꝑdicatur de vl'i est signata ⁊ tñ non exercetur in primis. His suppositis dꝛ primo ꝙ illud qõ hic diffinitur nõ est res subiecta intẽtioni gñis vt ꝓbatũ est. scdõ dꝛ ꝙ hic diffinit̃ intentio gñis ꝯcretiue designata quia illud hic diffinitur cui per se inest diffinitio. sꝫ hoc est tantum intentioni scdẽ eo ꝙ in diffinitiõe ponunt̃ predicata intẽtionalia que per se primo insunt intentioni: et rei subiecte ꝑ accidẽs. iõ dꝛ tertio ꝙ res subiecta intentioni est illud in quo exercet̃ diffinitio intẽtiõis. ❡ Ad rationes alterius opinionis. ❡ Ad primã dicitur ꝙ res subiecta bene ꝑdicatur ĩ quid de specie predicatione exercita: tñ genus bene potest predicari predicatiõe signata. ❡ Ad secũdam dicit̃ ꝙ licꝫ intẽtio gñis non predicet̃ ꝑdicatiõe exercita nisi de diñtibus numero: tamen predicatiõe signata bene predicatur de differẽtibus specie. Ad tertiam dꝛ negãdo añcedens: maꝫ in respectu vl'ium dispatum bñ põt diffiniri ꝑ suũ terim seu per fundamentum alterius disparati et hoc saltem diffinitiõe data per additamẽtuꝫ

Generis acceptio ẽ triplex

Noĩa cõcreta secũde intentionis quo supponũt

Predicatio duplex est

¶ Ad quartam dr̄ q̄ ꝓcessus porphirij datur de manifestioribus nobis ideo illa exēplificat ꝑ ꝓmas intentiones nō qꝛ de ipsis dedent diffinitiones: sed qꝛ per eas exercentur que per se cundas intentiones importantur.

Dubitatur secundo vtrum illa sit

Gen⁹ ē gen⁹ an sit ꝯcedēdum

ꝯcedenda gen⁹ est genus: τ vtruȝ de rigore sermonis ille debeant ꝯcedi aĩal est genus: hō est spēs: rōnale est dr̄ia. ¶ Ad primū r̄ndet per distinctionē qꝛ hec ꝓpositio genus est genus pōt habere sex sensus. ¶ Prima est ſm queȝ ille terminus gen⁹ tenet vtrobiqȝ ꝓ denominato. ¶ Scd̄us est ſm quē tenet vtrobiqȝ ꝓ per se significato. ¶ Tertius est ſm quē gen⁹ in subiecto accipit ꝓ denoīato τ in predicato ꝓ ꝑ se significato: τ tūc talis ē denoīatiua sicut ista aīal est gen⁹. ¶ Quartus est ſm quē gen⁹ a parte subiecti sumit ꝓ per se significato τ in predicato ꝓ denoīato: τ talis ꝑdicatio ē similis huic. genus est aīal. ¶ Quintus est ſm quem genus vtrobiqȝ sumit ꝓ ꝑ se significato: ſȝ a pte subiecti sumit vt q̇d: τ in ꝑdicato vt modus. ¶ Sextus est ſm quē gen⁹ accipitur ꝓ ꝑ se significato sed in subiecto accipit vt modus: τ in ꝑdicato vt q̇d. ¶ Ex istis sequit ꝓmo q̄ hec ꝓpō genus est gen⁹ in q̄ttuor ꝓmis sensib⁹ pōt ꝯcedi. dicit scd̄o q̄ hec ꝓpō genus est gen⁹ in quinto τ sexto sensibus est falsa: qꝛ tunc denotat q̄ gen⁹ ꝓ per se significato ꝑdicatione exercita ꝑdicetur de pluribus differētib⁹ spē qd̄ est fl̄m. cū sit species spālissima. ¶ Ad scd̄am partē dubij dr̄ ab aliq̄bus q̄ tales ꝓpōnes hō est spēs aīal est genus sunt distinguēde penes scd̄m modū equiuocationis. eo q̄ subiecta eoꝝ pn̄t supponere personaliter τ simpliciter. vnde dicunt q̄ si supponant ꝓ re ad extra sunt false. Sed ꝓ intētione aīe seu cōceptu aīe sunt vere τ supponūt materialiter. Aliter tñ r̄ndet q̄ tales ꝓpōnes sunt simplr̄ ꝯcedende ſm q̄ subiecta eoꝝ supponūt simplicit̄ ꝓ significato adequato ſm se capto termini cōis. vñ data est regula in summulis q̄ termin⁹ acceptus respectu ꝑdicati vel subiecti ponētis dr̄iam inter superi⁹ τ inferius suppōit simplr̄ ꝓ significato adequato: ideo subiecta istaꝝ ꝓpōnum supponūt simplr̄ neqȝ de rigore sermonis sunt distinguēde: nā talia ꝑdicata intentionalia faciūt subiecta supponere ꝓ significatis adequatis vt sunt in potētia ꝓpinqua vel remota de plurib⁹ ꝑdicari vel nō ꝑdicari et hoc virtute illius regule. talia sunt subiecta q̄ lia pmittunt a ꝑdicatis suis. Sed quereret aliquis qualiter supponit spēs in ista hō est spēs similiter gen⁹ in ista ꝓpōne aīal est gen⁹. r̄ndetur cōiter q̄ supponūt ꝑsonaliter ꝓ quibusdā scd̄is intētionib⁹ ꝯcretiue designatis. Sed contra hoc argr̄ ꝯcretū debet supponere ꝓ significato materiali sed isti termini sunt termini ꝯcretiui. igr̄. Item dicēdo hō est pater. hō est albus: ibi ꝑdicata supponūt ꝓ significato materiali. Item cuiuslibet ꝓpōnis affirmatiue vere subm̄ τ ꝑdicatum debet supponere ꝓ codeȝ: ḡ

Sex sensus hui⁹ ꝓpōnis gen⁹ est gen⁹

Q̄ō sup pōit spēs in ista ꝓpōe hō ē species

Q̄ō supponit ge n⁹ in ista propōne aīal ē ge nus

etiā ibi supponēt ꝓ codē. Item si spēs supponeret ꝓ scd̄a intētione ꝯcretiue designata ista eēt ꝯcedenda hō est scd̄a intētio ꝯcretiue designata: qꝛ qñ aliquis termin⁹ suppōit ꝓ aliquo sub aliquo mō tunc termin⁹ illius ꝓ quo supponit sumptus cū illo mō verificat̄ de illo de quo verificatur ille termin⁹: sed spēs supponit ꝓ scd̄a intētione ꝯcretiue designata: ḡ scd̄a intētio cuȝ isto mō ꝯcretiue designata v̄ificat̄ de illo de quo verificat̄ spēs: ꝓpter istas rōnes dicūt aliqui τ magis logicaliter τ de rigore sermonis q̄ spēs supponit ꝓ illo ꝓ quo supponit subm̄ ꝯnotando illud subm̄ hr̄e taleȝ scd̄am intentionē sicut dicēdo petrus est albus: ly albus supponit pro petro ꝯnotando ipm̄ habere albedinē. Ex isto seqtur q̄ isti termini sunt cōcretiui gen⁹: spēs: dr̄ia. τc. τ ideo ista nō est ꝯcedēda de rigore. spēcies est scd̄a intētio. nisi caperet istud cōplexuȝ scd̄a intētio ꝯcretiue: ſȝ dȝ dici spēs est vnū intentionale: τ q̄ sint ꝯcretiui pȝ. qꝛ nullus terminus abstractiue sumptus videt̄ ꝑdicari denoīatiue de aliquo subiecto. nūq̄ em̄ ꝯceditur ista. petrus est albedo: petrus est filiatio: simr̄ iste nū q̄ conceduntur hō est spēs aīal est genus: si tales termini essent abstracti: ideo necesse ē q̄ sint termini ꝯcretiui τ etiam sint cognotatiui.

Dubitatur tertio vtrum natura cō

munis quā ponim⁹ cōem per indifferentiam et determinatam ꝑ dr̄iam indiuidualē distinguat realiter a dr̄ia indiuiduali per quā sic determinatur τ ꝯtrabit̄. r̄ndetur breuit̄ q̄ nō: ſȝ sūt idē realiter ſȝ formaliter distinguant̄. ¶ In oppositum ar̄ qñcūqȝ aliqua duo sic se hn̄t q̄ aliqd vere affirmat̄ de vno τ illud idē vere negat̄ de alio illa distinguūt̄ realit̄: ſȝ sic est q̄ aliqd vere affirmat̄ de natura cōi τ illud idē negat̄ de differētia indiuiduali: ḡ illa distinguūt̄ realit̄. minoꝝ ꝓbatur qꝛ de natura cōi affirmat̄ cōicabile et idē negatur de dr̄ia indiuiduali: qꝛ ista est vera dr̄ia indiuidualis nō est cōicabilis. Pro solutione ponūtur aliq̄ ꝓpōnes. ¶ Prima quecūqȝ distinctio alicui⁹ rei sufficit ad hoc q̄ de illo possint verificari ꝯtradictoria. ¶ Scd̄a ꝓpositio quecūqȝ distinctio sufficit ad hoc q̄ cōtradictoria nō verificent̄ de codē. ¶ Tertia ꝓpō: ad hoc q̄ ꝯtradictoria debeāt verificari de eodem requirit̄ q̄ verificētur de codē singulari oīmoda idētitate idem. τ ideo posset negari simpliciter maior. Sed ꝯtra hoc replicat̄. inter cōtradictoria est equalis repugnātia: ſȝ aliq̄ ꝯdictoria includūt distinctionē realē aliquoꝝ duoꝝ: ergo et oīa: minor ꝓbat̄ qꝛ bñ sequit̄ a. est ens: τ b. ē nō ens: ḡ a. τ b. distinguūtur realit̄: ḡ etiā bñ sequit̄ natura cōis est cōicabilis. dr̄ia indiuidualis est nō cōicabilis: ḡ natura cōis et dr̄ia indiuidualis distinguūt̄ realiter. ¶ R̄ndetur q̄ inter ꝯtradictoria est equalis repugnātia respectu alicui⁹ singularis oīmoda idētitate ideȝ. ſȝ nō oportet q̄ sit equalis repugnantia respectu aliquoꝝ adinuicē salt̄ē in inferēdo distinctionē illoꝝ. ¶ Tertio sic, qñcūqȝ aliquod oppositum

An natura cōmunis distinguatur a dr̄ia indiuiduali

Propositiōes de supradicta dubitatione

dicitur de aliquo siue p se siue p accñs reliquũ nõ põt de eodẽ v̄ificari: sȝ vnitas nũeralis realiter ɔuenit nature: ergo ei⁹ oppositũ videlicet cõicabilitas nõ ɔuenit ipi nature: ꝛ p ɔñs ista ẽ falsa. natura est cõicabilis. ¶ Et si dicat̃ singularitas seu vnitas nũeralis ꝛ cõicabilitas non opponitur nec repugnãt eidẽ. Cõtra si ɔña ad aliqua antecedentia repugnant. et antecedentia repugnabunt: sed bene sequitur hec res est vna vnitate minori vnitate numerali: ergo est multiplicabilis vt bene seqtur hec res est vna vnitate nũerali. ergo nõ est cõicabilis: ḡ sequitur ꝙ vnitas minor vnitate nũerali ꝛ vnitas numeralis opponuntur. ¶ Rñdetur ꝙ nõ sequit̃ grã forme hec res est vna numero: ḡ nõ est multiplicabilis. sȝ bene seqtur. hec res est p se vna nũero. ḡ nõ est multiplicabilis. Etiã nõ est incõueniens opposita dici de aliquo vnũ p se ꝛ aliud per accñs q2 tũc nõ sunt opposita. ¶ Quarto sic. natura cõis multiplicat̃ ad multitudinẽ suppositoꝝ ꝛ determinat̃ p huiusmõi d̄ñas: ergo erũt tot spẽs spãlissime hoĩs quot erũt hũanitates. ¶ Respondet̃ negãdo ɔñam ꝛ rõ est q2 lȝ natura ſm eius ꝓpriã vnitatẽ quã hȝ in re sit cõicabilis tñ nõ est vl̃e neqȝ spẽs: sȝ requirit̃ ꝙ sit p̄dicabilis ꝛ ꝙ sit sub indñia q̄si ɔtraria ad omnes alios ɔceptus mõ ista nõ hȝ nisi in intellectu ungit̃. ¶ Quinto sic. oĩs natura cõis est cõicabilis sȝ d̄ña indiuidualis est natura cõis: ergo d̄ña indiuidualis est cõicabilis. Respõdet̃ ꝙ si maior sit de oĩm ɔña est bona. sȝ sicut ɔclusio est falsa ita ꝛ maior cũ sit sensus de quocunqȝ verũ est dicere ꝙ est natura cõis de illo verũ est dicere ꝙ est cõicabile qđ falsum est. possȝ et negari minor: ꝛ hoc si natura cõis ꝛ d̄ña indiuidualis accipiãtur abstractiue. ¶ Sexto sic. bene sequit̃ hoc est cõicabile demõstrando per ly hoc naturã cõem ꝛ hoc est differẽtia indiuidualis: ergo d̄ña indiuidualis ẽ cõicabilis: ɔña ptȝ per sillogismũ expositoriũ. Resp õdetur ꝙ non est bonus sillogismus expositorius q2 a maiore ad vnam de omni nõ est bona consequentia qđ tamen requiritur ad bonum sillogismum expositorium. Et hec de scđo articulo.

Generis diffinitõ ꝓbat̃ sufficiẽs p aliq̄s cõclusiones

Quantum ad tertium sit conclusio respõsalis: acceptiones ꝛ diffinitiões gñis sũt sufficienter assignate in textu vt pȝ ex dictis in duobus articulis. ¶ Ad rõnes ante oppositũ questionis. ¶ Ad primã d̄r ꝙ lȝ genus tertio mõ dictum siue acceptũ sit vniuocũ: nõ tamen gen⁹ acceptũ vt est cõe ad tres eius acceptiões immo est sic equiuocũ. ꝛ ad illud qđ subiũgitur dicitur ꝙ porphirius noluit hic enumerare omnes acceptiões gñis: sȝ solũ illas enumerat ad quaꝝ similitudinẽ sumit̃ genus logicũ. ¶ Ad scđam d̄r ꝙ spẽs in actu exercito nõ subijcitur generi capto ꝓ per se significato lȝ bñ in actu signato. ¶ Ad tertiã d̄r negãdo añs ꝛ ad p̄mã ꝓbationem d̄r ꝙ d̄ñe non supponũtur directe generi: sȝ indirecte. ¶ Ad aliã ꝓbationẽ d̄r ꝙ lȝ spẽs supponat̃ illi diffinitioni tanq̄ ɔtentũ sub suo diffinito tñ denoĩatiue nõ tamẽ tanq̄ inferius sub suo superiori. ¶ Ad quartã ꝓbationem d̄r ꝙ oĩa supponũtur celo suppositione locali: sȝ nõ suppõne formali ꝛ logicali ſm quã spẽs supponit̃ generi. ¶ Ad quartã pȝ solutõ in p̄mo dubio. ¶ Ad quintã d̄r negando añs ꝛ ad p̄maȝ ꝓbationẽ dicit̃ ꝙ ens excludit̃ per primam particulam diffinitionis: q2 nõ est vl̃e saltem ꝓprie captũ neqȝ pro p se significato. Ad scđam ꝓbationem antecedẽtis d̄r ꝙ bene ɔcludit ɔtra illos qui ponũt primã intentionẽ diffiniri. nam si aĩal diffiniret̃ tali diffinitione oporteret ꝙ talis diffinitio competeret cuilibet contento sub animali quod est falsum.

¶ De specie sequitur textus.

Spẽs q̄d sit

Species aũt dicitur quidem ꝛ de vniuscuiusqȝ forma ſm quã dictũ est priami quidẽ spẽs digna est imperio. d̄r aũt spẽs ꝛ ea que est sub assignato genere ſm quã solem⁹ dicere hominem quidem animalis speciẽ esse cum sit genus animal.

Istud est scđm capitulũ hui⁹ tractat⁹ i in quo porphiri⁹ determĩat de scđo p̄dicabili. s. de spẽ: ꝛ diuidit̃ in duas ptes p̄ncipales. ¶ In p̄ma ponit acceptiões ipius spẽi. in scđa ei⁹ diffinitiones. Primo igit̃ põit duas acceptiões spẽi dicẽs ꝙ spẽs p̄mo d̄r vniuscuiusqȝ forma vel pulchritudo ſm quã aliq̄s d̄r speciosus. ſm quẽ modũ dictũ est ab antiq̄s ꝙ spẽs priami digna est imperio. ꝛ hoc mõ capit̃ spẽs ab Aristo. i. ethico. cũ dic̃. nõ oĩno felix ẽ q̄ spẽ turpissim⁹ ẽ aut sine ple. Scđo mõ accipit̃ spẽs vt ponit̃ sb assignato gñe. i. determinato dat porphirius tria exẽpla. Primũ est vt hõ ẽ spẽs aĩalis. Scđm vt albũ. i. albedo est spẽs coloris. Tertium vt triangulus est spẽs figure. Consequẽter remouet dubiũ: nã superius gen⁹ diffinitum est per spẽm: ergo spẽs nõ dȝ diffiniri p genus. Respõdet porphirius ꝙ genus ꝛ spẽs correlatiue se habent ideo possunt diffiniri p se inuicem: ideo opȝ in vtrorũqȝ rõnibus vtrisqȝ vti. ¶ In scđa parte ponit tres diffinitiões speciei scđo modo capte quas postea declarabit. Prima est: spẽs est que ponit̃ sub assignato genere. Scđa. spẽs est de qua gen⁹ p̄dicat̃ in eo qđ q̄d. Tertia est: de qua d̄r spẽs solum p̄dicat̃ de pluribus ꝛ differentibus nũero in eo qđ quid. ꝛ differt ista diffinitio a duab⁹ primis: q2 solum conuenit speciei specialissime sȝ alie due cõueniũt tam speciei specialissime q̄ subalterne. Deinde declarat istas diffinitiones ꝛ primo primaȝ ponens talem ɔclusionem: in vnoquoqȝ p̄dicamẽto sunt quedã generalissima. i. quodam generalissimum capiendo plurale pro singulari. ꝛ quedam specialissima: ꝛ quedam intermedia. ¶ Pro declaratione supponitur ꝙ generalissimuȝ est supra quod nõ est aliud superueniens genus. ꝛ specialissimũ post quod nõ est alia inferior species: sȝ intermedia sunt genera ꝛ spe-

Diuisio isti⁹ capituli

Spẽi duplex acceptio

Tria exẽpla d̄ spẽ

An spẽs diffiniat̃ p genus

Spẽs triplex

Generalissimum q̄d sit

Spãlissimũ q̄d sit

cies ad aliud τ aliud sumpta .i. cōparata. Hoc supposito ꝓbat ꝑdictam cōclusionem duplici exemplo. pro primo constituit. ordinationē ꝑdicamentalem substantie dicens ꝙ ꝑdicta cōclusio est manifesta in predicamento substātie in quo substantia est genꝰ sub quo ponit corpus: sub corpore corpus aīatum. sub corpore aīato aīal sub animali aīal rationale sub quo ponit homo sub homīe sortes τ plato q̄ sunt particulares homīes. τ inter illa substātia est generalissimum qꝛ est genus τ nulliꝰ est spēs. homo vero specialissimū qꝛ est spēs solum τ nō pōt esse genus. Corpus aūt est spēs substantie τ genꝰ corporis aīati. corpus aīatū est spēs corporis τ genus aīalis: aīal est spēs corporis τ genꝰ aīalis rationalis. aīal rationale est spēs aīalis τ genꝰ homīs. hō vero est spēs aīalis rōnalis nō autē est genꝰ ꝑticularium hoīm qꝛ omē qđ est ꝑximum ante indiuidua solum erit spēs τ nō genus cū sub se nō hēat nisi indiuidua. ¶ Ex his infert porphirius duo correlaria. ¶ Primū sicut substantia est genus gnālissimū eo ꝙ supra eā nihil est supple qđ sit genus ad eā: sic hō est species specialissima eo ꝙ est spēs postq̄ nō ē alia inferior spēs: que v̄o sunt in medio. s. inter generalissimū τ spālissimum sunt spēs eorū que sunt supra ipa τ gnā eorum que sunt sub ipsis. ¶ Scdm correlariū ꝙ intermedia habēt duas habitudines. s. vnam ad superiora fm quā dnr spēs eorum τ aliā ad posteriora fm quā dicunt gnā eoꝝ: extrema vero habent tm̄ vnā habitudinē: qꝛ gnālissimū nō hꝫ habitudinē ad superiora quoꝝ sit spēs: sꝫ habet habitudinē ad posteriora quoꝝ tm̄ est genus. spālissimū vero hꝫ solum habitudinē ad superiora. quoꝝ est spēs: nō eīn habet habitudinē ad posteriora quorū sit genus. Cōsequēter ex oībus ꝑdictis colligit porphirius duas diffinitiones gnālissimi τ tres spālissimi τ vnā intermedioꝝ. Prima generalissimū est qđ cum sit genꝰ nō est spēs. scda est supra qđ nō est aliud genus superueniēs. Prima diffinitio spālissimi est qđ cum sit spēs non est genus. Scda est qđ cum sit spēs nūq̄ diuiditur in spēs. Tertia est qđ de pluribus τ differētibꝰ nūero in eo qđ quid sit ꝑdicatur. Intermedia vero sunt gnā τ spēs ad aliud quidē τ ad aliud sumpta. i. cōparata. Deinde declarat porphiriꝰ exemplo naturali τ ciuili ꝑdictā cōclusionē sic. sicut est in coordinatione ciuili ita videt esse in coordinatione ꝑdicamentali. Sed in coordinatione ciuili aliqđ est tm̄ pater vt iupiter. aliud vero tm̄ filius vt agamenō: aliud vero pater et filius vt atrides pelopides τ tantalides. igitur ꝓportionabiliter videt esse in coordinatione predicamentali scꝫ ꝙ in ea est aliquid tm̄ genꝰ generalissimū τ aliquid tm̄ species. Et quedā vero genera τ species sicut intermedia. Deinde ne aliquis credat esse oīno simile de coordinatione predicamētali τ ciuili ponit porph. differentiam inter eas. nam in coordinatione ciuili ꝯtingit oīa reduci ad vnū primū. s. ad iouem q̄ est pater: sꝫ in coordinatione ꝑdicamentali nō ita est ꝙ omia ad vnum ꝑmū qđ sit genus reducantur. qđ ꝓbat porphi. qꝛ maxime esset ens: sꝫ hoc nō: qđ ꝓbat dupliciter. ꝑmo qꝛ fm Aristo. ponūtur decem gnā. ꝑma qđ nō esset si ens eēt genus ipoꝝ. scđo ꝓbat: qꝛ omē genꝰ est vniuocū ad ea quoꝝ est genus: sed ens nō est vniuocum ad decem ꝑdicamēta: ergo nō est genꝰ eorum minorē ꝓbat duplr. ꝑmo auctoritate Aristote. dicentis: Si q̄s omia entia vocet equoce inquit nūcupabit. Scđo ꝓbatur rōne: qꝛ omne vniuocum ad aliq̄ ꝑdicatur de ipsis fm idē nomen τ eandē rōnem sꝫ ens nō ꝑdicatur de omnibus fm idē nomē neq̄ eandem rōnem: ergo nō est vniuocū ad oīa. minorem ꝓbat dicendo neq̄ eīn est vnum cōe genus oībꝰ ens nec omia eiusdem generis sunt fm vnū genus supremū. ¶ Consequēter determīat porph. incidentaliter de numero generalissimoꝝ τ spālissimoꝝ dicēs ꝙ decem sunt gnālissima: spālissima vero sūt in numero certo τ determīato fm naturā: licet nobis indetermīato: plures eīn species latēt nos. sed indiuidua sunt infinita τ ab arte relinquenda. ¶ Ex quo infert duo correlaria. Primū est descendentē per diuisionē a gnālissimis ad specialissima in spālissimis iubꝫ nos plato quiescere: qđ ꝓbat duplr: primo qꝛ descensus a generalissimis ad specialissima fit per differentias formales ꝑ quas nō fit descensus sub spē ad indiuidua licꝫ possit fieri descēsus ꝑ differentias indiuiduales seu materiales. Scđo ꝓbat qꝛ indiuidua q̄ sunt sub spē sunt infinita: mō infinita sunt relinquēda ab arte. ¶ Scđz correlariū ascēdentē a specialissimis ad generalissima necesse est ire ꝑ collectionē multoꝝ in vnū. scđam ꝑtē ꝓbat qꝛ ascensus a specialissimis ꝓcedit a singularibꝰ ad aliq̄d cōe eis. mō cōe est collectiuum pluriū in vnū. collectiuū eīn multoꝝ in vnam naturā species est. qđ ꝓbat porphiriꝰ de hac specie hō. participatione eīn spēi plures homines sunt vnus hō sꝫ ꝙ descensus fiat ꝑ singularia ꝑꝫ: singulare eīn semꝑ est diuisiuū alicuiꝰ cōis. vñ singularia ecōtrario diuidūt qđ vnum est. Consequēter porphiriꝰ declarat scđam diffinitionē spēi ꝑ tres ꝓpōnes. Prima gnē existe vno spēs sūt multe: qꝛ diuisio gnis semꝑ est in plures spēs. Scđa genꝰ semꝑ de spē ꝑdicat τ vīr oīa supiora d̄ inferioribꝰ. Tertia: spēs neq̄ de genere sibi ꝓximo neq̄ de supioribꝰ ꝑdicat ꝓbat qꝛ opꝫ equa de equis id est conuertibilia de couertibilibꝰ ꝑdicari vt risibile de homine: aut maiora de minoribꝰ. i. superiora de inferioribus: vt aīal de hoīe: minora vero minime. i. inferiora de maioribus nūq̄ ꝑdicatur: nō eīn dicimus aīal esse hoīem q̄admodū dicimꝰ hominē esse aīal. ¶ Deinde declarat tertiam diffinitionem speciei sic. oīa superiora de inferioribꝰ predicātur: species aūt est superius ad indiuidua igitur de ipīs ꝑdicatur. maiorē declarat inductione τ exemplo. vñ qꝛ genus est superius ad speciē τ ex ꝯsequenti ad indiuidua eius. de q̄buscūq̄ ꝑdicatur species de illis ꝑdicat genus illius speciei τ genus illius generis vsq̄ ad ge-

Correlaria de generalissimo τ specialissimo

Acceptiones generalissimi

Spālissimi acceptiones.

Intermedia que sint

Dña inter coordinationē ciuilē et ꝑdicamētalem

Gnālissima quot sunt

Spālissima quot sunt

Correlaria de eisdem

Declaratio secunde diffinitionis spēi ꝑ ꝓpōnes

Declaratio tertie diffinitionis spēi

dicabile: imo solum diffinit differētiam gūicaz ¶ Et si quis dicat. ista est falsa. rōnale est differentia. ꝗ dr̄ia nō est ꝑdicabile. aīs patz qꝛ dr̄ia. est nomē abstractū qđ de nullo pōt denominatiue predicari. Rn̄detur ꝙ dr̄ia pōt capi dupliciꝉ vno mō vt est nomē prime intētiōis: ꝛ sic est abstractum de differēs: sed sic nō capitur hic. alio mō capitur vt est nomē secūde intētionis: ꝛ sic ē cōcretū sicut alia nomina quinqꝫ vl̄ium vt gen⁹ spēs. ¶ Et si quis dicat conerectum debet habe re aliqđ abstractū: sed dr̄ia nō habet: igitur ꝛc. Respōdeo ꝙ abstracta quinqꝫ vl̄ium supplenꝉ per aliqua cōplexa vt abstractū de gn̄e supplenꝉ per istud cōplexū intentio generꝭ: ꝛ de spē intētio spēi: de differētia intētio dr̄ie. ¶ Sed restat vna parua difficultas. vtrū mortale sit dr̄ia hominis. vt videꝉ dicere porphirius. Respōdeꝉ ꝙ non est dr̄ia hoīs neqꝫ alicui⁹ alteri⁹. vnde mortale nō dicit nisi aptitudinem ad dissolutionem et corruptionem. ideo non videtur esse nisi aptitudo quedam. Itē mortale non conuertitur cū homine: igitur non potest esse differētia homis

Itez dr̄ia duplex accepcio dr̄ie

Vtrum mortale sit differētia hominis.

Dubitatur secundo vtrum quelibz quiditas cuiuslibz spēi ꝑdicamētalis sit cōposita ex duabus realitatibus puta ex realitate gener⁹ ꝛ differētie. Et videꝉ ꝙ nō. qꝛ nullū simplex pōt esse ꝯpositū ex plibus saltē ex natura rei distinctis: sed multe sunt spēs simplices sicut sūt species angeloꝝ igitur. Itē sequereꝉ ꝙ q̄ditas specie: id est illud qđ denoīatur spēs: esset ꝯpositū plib⁹ cōpōnib⁹. et etiā ꝙ esset plra ꝯposita pꝫ ꝯn̄s. quia species plura gn̄a includit: ꝛ etiaz plures differētias. vt homo includit plura genera et etiā plures differentias. etiā hō est aīal. et aīal est quid cōpositū ex realitate sui sup̄ioris ꝛc. Itē si spēs esset cōposita ex realitate gn̄is et dr̄ie: sequereꝉ ꝙ genus nō posset predicari d̄ spē. qꝛ esset pars spēi. modo ps nunꝙ ꝑdicatur de toto. ¶ Pro solutiōe dubij ponunꝉ aliq̄ ꝓpositiones. Prima quelibz spēs predicamētal' cōtenta sub gn̄e est cōposita ex realitate potētiali gn̄is et realitate actuali dr̄ie: siue talis spēs sit suba materialis siue īmaterial': siue suba: siue acadēs. sic videlicꝫ ꝙ genus ꝛ differētia nō importāt eundē ꝯceptū obiectualē supple nec formalē. nā intellectus habens certitudinē de aliquo: ꝛ dubitans de oībus terminātibus illud. hꝫ aliū ꝯceptū de illo de quo est cert⁹ a ꝯceptib⁹ de quibus est dubi⁹: sed intellect⁹ est cert⁹ d̄ aliquo quod est animal: dubitādo vtꝝ sit rōale vl' irrationale: igiꝉ habebit ꝯceptū aliū de genere a cōceptu dr̄ie. ¶ Ex quo sequiꝉ ꝙ cū spēs includat illa erit cōposita ex ipsis. vn̄ hō cōponiꝉ ex rōnalitate ꝛ aīalitate. ꝛ est idez realiter ipsis distinctū tn̄ formalr̄ et nō sola rōne. ¶ Secunda ꝓpositio: spēs intelligibil' spēi formādo duos cōceptus. s. gn̄is: ꝛ differētie. nō tn̄ causat duos act⁹ in intellectu. sꝫ causat duas noticias habētes duo obiecta ꝓpria distīcta. ꝛ hoc ita distīcta sicut si illa obiecta essent due res extra. quia vl' illis duabus noticijs quas habet intellectus de genere ꝛ differētia correspōdet aliquid in re vl' nō. si sic habeo propositū. si nō. ꝗ erit aliq̄d precise fictum. qđ est falsum. ¶ Ex quo sequiꝉ ꝙ q̄libet essentia vna spē q̄ntūcunqꝫ sit simplex vt albedo. nata est facere duas noticias q̄b⁹ in re ex natura rei correspōdēt duo obiecta. s. obiectum generis et differentie. ideo quelibz talis componitur ex talibus duobus obiectis. ꝛ sic talis eēntia nata est facere tres conceptus. vnū sibi adequatum et alios duos sibi inadequatos et tota causa huius est. quia talis essentia est talis eēntia. Dicit etiam aristoteles ꝙ oportet diffinitionem esse orationem longam. quod nō esset si genus et differentia importarent eundē conceptū. Et aduerte ꝙ sicut species potest vnica intellectiōe cōcipi. ita ꝛ genus. qꝛ sicut minus cōe vnica intellectione nūero cōcipitur: ita ꝛ magis cōmune. Aduerte tn̄ ꝙ genus pōt dupl'r concipi. vno mō primo ꝛ ꝑ se vt est adequās intellectionem. alio mō ꝑ se. sꝫ nō p̄io q̄n cōcipiꝉ in inferioribus. in qui b⁹ ipm includitur. primo mō genus est vn⁹ cōcept⁹ nūero seu obiectū: sicut sua intellectio. sꝫ secūdo mō illi cōceptus sunt multū diuersi: sicut inferiora generis. omnes tamē includunt vnū cōceptū nūero. nō qui sint vnus numero vt ibi cōcipitur. sꝫ tot nūero quot sunt in quibus includitur. quia nō est alia intellectio circa includēs: ꝛ inclusum. sꝫ dicunꝉ habere vnū cōceptū numero. qꝛ talis nat⁹ est esse vn⁹ nūero q̄n primo cōcipiꝉ ꝛ indifferēs ad oēs alios cōceptus. ¶ Ad rōnes. Ad primaz diciꝉ ꝙ nō est inconueniēs simplex esse cōpositū: compositiōe realitatum. s. realitate gn̄is: ꝛ differētie: vl' realitate sup̄ioris ꝛ realitate ꝯtrahēte illā realitatē superioris. ¶ Simil'r ad scd̄am diciꝉ ꝙ non est incōueniēs aliquid esse aliq̄ formaliter distīcta quorū quodlibet est cōpositum ex realitate potētiali ꝛ actuali seu determiante. ¶ Ad aliā diciꝉ ꝙ pars in abstracto non predicaꝉ de toto. tn̄ bn̄ in concreto. vt animal potest predicari de homine. licꝫ animal nō significet nisi partē hominis qꝛ nō ratiōe sui significati ꝓcise ꝑdicatur de homine. sꝫ ꝓpter modū significādi cū sit ꝯcretum. vn̄ lꝫ cōcretū ꝛ abstractū idē significēt de significato formali tn̄ cōcretū pōt ꝑdicari de aliquo d̄ quo nō ꝑdicatur abstractū. ꝛ hoc est quia cōcretum propter suū modum ꝑdicandi semꝑ dat intelligere totuz in quo est illa pars. vel in quo significatū formale includiꝉ. vt caput ꝛ capitatū idē significāt. tamē capitatū ꝓpter modū ꝑdicādi dat intelligere totū et supponit pro toto. q̄d enim est capitatum nisi habens caput: et oculatum nisi habens oculum: et animal nisi habēs sensuz: ꝛ rationale nisi habens aīam rōnalem.

An quelibet q̄ditas speciei ꝑdicamētalis cōponaꝉ ex duab⁹ realitatibus.

Propōes de dubio ꝑdicto.

Gen⁹ dupl'r ꝯcipi potest.

Dubitatur tertio vtrum differētia sit species. Pro cuius solutione supponitur primo ꝙ differentia potest capi dupliciter. vno mō secunde intentionaliter. ꝛ sic dico ꝙ differentia est species vniuersalis. tamen in ordine ad fundamentū cui attribuiꝉ est accidēs ratōis potēs facere ꝑdicabile accidentis. Alio mō capiꝉ pro

An dr̄ia sit spēs. Dr̄ia dupl'r capiꝉ

denomiato: puta ꝑ realitate diuidēte genus et ꝯstituente spēm: ꝛ faciēte differre spēm a quolibet alio: cuiusmodi est rōnale. ꝛ de tali dubium ē an sit spēs. Pro quo supponiẜ scd̄o ꝙ duplex est spēs. s. subijcibilis ꝛ p̄dicabilis. subijcibilis que poniẜ directe sub aliquo determinato gn̄e. cuiusmodi est hō. ꝛ de tali intelligebat dubium p̄cedens: puta ꝙ talis cōponiẜ ex duabꝰ realitatibꝰ. s. ex realitate gn̄is ꝛ dr̄ie. ꝛ isto mō dr̄ia nō pōt esse spēs: cū nō ponaẜ sub determinato gn̄e neqȝ cōponiẜ ex duabꝰ realitatibꝰ: sȝ importat ꝯceptum simplr̄ simplicē. sȝ p̄dicabilis est q̄ de pluribꝰ nūero differētibus in qd p̄dicatur: siue ponatur sub determiāto gn̄e siue nō. et isto mō materia ꝛ forma dicūtur spēs. nam materia p̄dicatur de hac materia ꝛ de hac: sicut aīa predicaẜ de hac aīa ꝛ de illa: ꝛ tn̄ non ponūtur sub aliquo gn̄e. ꝛ isto mō posset dici ꝙ dr̄ia eēt spēs p̄dicabilis: vt rōnale qḋ p̄dicaẜ de hoc rōnali ꝛ hoc rōnali. ¶ Quantum ad tertiū articulū sit conclusio responsalis ad quesitum. Diuisiones et diffinitiones dr̄e sunt in textu sufficienẜ assignate: vt patet in textu. ¶ Ad rationes sił patet solutio in primo articulo in quo sunt solute ille rationes. ¶ Sequitur tex.

Species duplex ē

Proprij q̄drupler diuisio.

Proprium vero quadrifariā diuidunt. nam ꝛ id quod soli alicui speciei accidit: sed nō omni ꝓprium dicitur: vt homini medicuȝ esse vel geometrē. ꝛ qḋ omni accidit sed nō soli queādmodum homini esse bipedem Et qḋ soli ꝛ omni ꝛ aliquando vt homini in senectute canescere. Quartū vero in quo ꝛ omni ꝛ soli ꝛ semꝑ quēadmodum homini esse risibile.

Quadrupler proprij acceptio.

Istud est quartū capitulum huiꝰ tractatus in quo porphiriꝰ determiat de q̄rto p̄dicabili. s. de ꝓprio qḋ p̄dicatur in quale accn̄tale ꝑ se. Et p̄mo ponit multiplicitatem eius: dicens ꝙ ꝓpriū dr̄ quattuor modis. ¶ Primo dr̄ ꝓpriū qḋ ꝯuenit soli spēi ꝛ nō oī indiuiduo illius spēi vt esse medicū inest hōi et nō omni. ¶ Scd̄o mō dr̄ ꝓpriū qḋ inest oīi indiuiduo alicuiꝰ spēi: sȝ nō soli spēi. vt esse bipedem inest oīi hōi: sȝ nō soli: q2 ꝯuenit auibus: ¶ Tertio mō dr̄ ꝓpriū qḋ inest soli spēi ꝛ oīi indiuiduo supple cōplexionato ꝯtento sub illa spēi: sȝ nō semꝑ. vt canescere respectu hois cui solum ꝯuenit in senectute. ¶ Quarto mō dr̄ ꝓprium qḋ inest omni: soli: ꝛ semꝑ. vt risibile inest omni hoī. ꝛ hinnibile equo. ¶ Deinde remouet dubiū ꝙ cū nō semꝑ hō rideat non videẜ ꝙ sit semꝑ risibilis. Ad hoc rn̄dȝ ꝙ hō nō dr̄ semper risibilis: q2 semꝑ actu rideat. sȝ q2 semꝑ est aptus natus ad ridēdū. Aptitudo eīn ad ridēdum: naturale est homini. ꝛ hinnibile equo.

Homo ē risibilis: quō intelligitur.

Propriū ad ꝓprie dr̄ esse.

¶ Consequēter eliciat modū ꝓprij quod est predicabile ab alijs distinctum: dicens ꝙ sola propria quarto modo sunt ꝓprie propria. q2 illa solum ꝯuertuntur cū illis quorum sunt ꝓpria: vt hinnibile respectu equi. quicquid eīn est hinnibile: est equus ꝛ econtra. ¶ Sequitur tex.

Accidens vero est quod adest et abest preter subiecti corruptionem. Diuiditur autem in duo: in separabile et in inseparabile.

Quid est accn̄s.

Accidentis diuiso.

¶ Istud est quintum capitulū huiꝰ tractatꝰ in quo porphiriꝰ determiat de q̄nto p̄dicabili qḋ est accn̄s: ꝑm sic diffiniēs. Accn̄s est qḋ adest ꝛ abest subō p̄ter subi corruptōnē: vt albū. nigrū Deinde diuidit ipm dicēs ꝙ accn̄s diuiditur in duo. s. in sepable ꝛ in inseꝑabile. nāqȝ dormire ē accn̄s sepabile: sȝ nigrū esse accidit inseꝑabiliẜ coruo ꝛ ethiopi. ¶ Cōsequēter remouet dubiū q2 dicat ꝙ accn̄s adest ꝛ abest: nūc aūt dicit ꝙ nigrū esse accidit coruo ꝛ ethiopi. ideo videẜ sibi ꝯdicere. Soluit dicēs ꝙ coruꝰ pōt intelligi albꝰ et ethiops nitēs candore: p̄ter subi corruptionem. ¶ Cōsequenter ponit duas alias diffinitiones accidētis. ¶ Prima est. accn̄s est qḋ cōtingit eidē inesse ꝛ nō in esse. ¶ Scd̄a. accn̄s est qḋ nec est genꝰ: nec spēs: nec dr̄ia: nec ꝓprium. semꝑ aūt est in subō subsistēs. Finalr̄ recapitulat oīa dicta de q̄nqȝ vlibus dicēs ꝙ determiatis oībus q̄ dicta sunt. s. d̄ gn̄e: spē: dr̄ia: ꝓprio. et accn̄te. Deinde dicendū est de his q̄ sunt cōmunia ad ipsa quinqȝ vniuersalia: puta de communitatibus ipsorum ꝛc.

Accidēs dupliciẜ diffiniẜ.

Queritur vtrum ꝓprium ꝛ accn̄s sint predicabilia ab alijs ꝛ a se inuicem distincta: et a porphirio sufficiēter determiata. ¶ Arguitur primo ꝯtra p̄mam partem. q2 ꝓprium ꝛ accidens nō sunt predicabilia: igiẜ nō sunt p̄dicabilia ab alijs nec a se inuicem distincta. Prima pars antecedentis patet. q2 oē p̄dicabile est cōe. ꝓprium nō est cōe: igitur. Scd̄a pars antecedentis patet. q2 hoc album ꝛ hoc nigrū sunt accidentia: ꝛ tamen nō sunt predicabilia: cū nō possint de pluribus predicari. ¶ Scd̄o sic. omne ꝓprium est accidens: ergo ꝓpriū ꝛ accidens nō distinguunẜ. Antecedens ꝓbatur quadrupliciter. p̄mo q2 omne ꝓprium est in scd̄a specie qualitatis: igitur. Scd̄o. q2 ꝓprium est substantia vel accidens. sed nō est substantia: cum habeat esse in subiecto: igiẜ. Tertio. q2 in diffinitione ꝓprij ponitur accidēs: sȝ cōuenit: igiẜ. Quarto. q2 ꝓprij ꝛ accidētis sunt eadē subijcibilia: igitur. ¶ Tertio sic. diffinitio ꝓprij cōuenit alijs a diffinito: ꝛ nō cōuenit omni contento sub diffinito: igitur nō est sufficiens. Prima ꝑs antecedentis patet. q2 conuenit colori seu colorato respectu corporis. nam oē corpus est coloratum: ꝛ solū corpus est coloratū ꝛ semꝑ: igiẜ ꝛc. Scd̄a pars patet: q2 passiones cōuertibiles cum ente: ꝛ etiam ꝯuertibiles cū substantia sūt ꝓpria. ꝛ tamē nō accidūt soli speciei: sȝ pluribꝰ igiẜ. ¶ Quarto sic. diffinitio accidētis nō ꝯuenit omnini accidenti nec soli: igiẜ non est bona. prima pars patet. q2 nō cōuenit combustioni.

An ꝓprium ꝛ accidēs sint p̄dicabilia. a se ꝛ ab alijs distincta

et morti que sunt accidentia cum nō possint adesse ⁊ abesse preter subiecti corruptionē. secūda pars patet. q: conuenit forme substantiali. cum ipsa possit adesse et abesse p̄ter subi corruptionem. ¶ Quinto sic. per nullā diffinitionē accidentis diffinitur accidēs in rōne p̄dicabilis. nec similr̄ ꝓpriū. igit̄ ille diffinitiōes nō sunt bone. añs patʒ. q: in nulla illarū ponit̄ aliq̄d denotās predicationē. ¶ Itē secūda diffinitio accidētis datur p ↄtradictionē et tertia p negationē: igit̄ nō sunt bone. ¶ In oppositū est porph in textu In questiōe sicut in alijs erūt tres articuli.

Triplex modus ꝓprij assignatur a phō,

Quantum ad primum sciendū est primo q̄ ꝓ declaratiōe modoꝝ ꝓprij supponit̄ primo q̄ phs in primo libro thopicoruʒ tm̄ assignat tres modos ꝓprij. s. ꝓpriū ad aliquid sub quo cōprehēdit duos primos modos. ⁊ ꝓpriū qñ sub quo cōprehendit tertiū modū. ⁊ propriū simpliciter sub quo cōprehendit quartū modū. ¶ Supponit̄ secūdo q̄ esse medicū in p'o mō ꝓprij dicit actum: ⁊ nō aptitudinē. q: esse medicū s'm aptitudinē ↄuenit omī homini. etiā accipitur esse medicū ꝓ habente medicinā p studiū et labores ⁊ nō per infusionē. sed esse bipedem in secundo modo dicit aptitudinē ⁊ nō actū. q: actu habere duos pedes nō cōuenit omī homini: sed bñ apto nato hr̄e duos pedes. ⁊ canescere in tertio mō in senectute dicit actū: ⁊ nō aptitudinē. q: tunc est ꝓpriū q̄rto mō. ¶ Et si quis dicat ergo tūc nō ↄueniret omni homini et soli cuʒ multi sint hoīes qui nō senescūt. Respōdetur q̄ nō cōuenit omī homini simplr̄. i. sub qualibet dr̄ia temporis. sʒ cum determinatione importante certū tempus. s. tempus senectutis vt canescere cōuenit omī homini in senectute seu senescenti ⁊ bene cōplexiōato. ¶ Causatur eñ canicies qñ calor nō pōt ↄsumere humores frigidos ⁊ putrefactos ꝓpter nimiā frigiditatē existentē in illo. Et licʒ alia animalia ab hoīe dicātur grisescere. nō tñ dicuntur canescere. sed proprium quarto mō importat aptitudineʒ. ridere enim est ꝓpriū primo modo homini: cum conueniat soli ⁊ non omni. cum multi sint homīes nō ridentes. oportet ḡ q̄ dicat aptitudinē. ideo dicit porphirius q̄ licet multi homines nō rideāt tamē omīs homo aptus natus est ridere. ¶ Ex omnibus istis sequitur q̄ modi ꝓprij sunt sufficiēter assignati a porphirio. quia complectunt̄ modos ꝓprij: quos ponit Arist̄. in. 1. thopicoꝝ.

Proprij acceptiones,

Sciendum est secundo q̄ propriuʒ potest esse nomen prime intentiōis. ⁊ sic importat aliquam proprietatem rei. quemadmoduʒ dicimus q̄ male loqui est ꝓpriū petro: ⁊ sic non est hic ad propositum. alio modo accipitur vt ē nomen secunde intentionis. et hoc dupliciter. vno modo large ꝓ intentione secunda attributa alicui ꝓprie passioni siue illa passio sit limitata siue transcēdens et sic nō est species vniuersalis. q: spēs vniuersalis nō attribuitur nisi rebus cognitis limitatis. alio mō accipitur ꝓprie et stricte vt importat secundam intentionem attributam passiōi proprie limitate. et sic est spēs vniuersalis: et de isto est hic ad propositum. ita q̄ ꝓprium vt est species vlis attribuitur ꝓprijs passiōibus limitatis. cmōi est risibile: sensibile: flebile. ita q̄ quelibet passio limitata dicitur eē propriū ꝓ denominatō. Et aduerte q̄ sicut ē duplex differentia. scʒ generica: ⁊ specifica. ita duplex est ꝓprium. s. genericum quod conuertitur cum genere. vt sensibile cum animali: ⁊ specificum quod conuertitur cuʒ specie: vt risibile cū homine. Et eodē modo dicenduʒ est de ipsis respectu vlis: sicut dictum est de differētia generica et specifica. ¶ Et si quis querat vtrū diffinitio ꝓprij data a porphirio detur de ꝓprio in ratione p̄dicabilis. Respōdetur q̄ nō: sed magis in ratione ꝓprij vel p̄dicati. vt videbit̄ in thopicis. sed in rōne p̄dicabilis debet sic diffiniri. proprium est qd̄ predicatur in q̄le accidētale per se secundo mō vel intransmutabiliter. q: non pōt vere negari de suis subiicibilib⁹ et conformiter posset diffiniri ꝓprium genericum ⁊ specificum sicut differentia generica ⁊ specifica.

Duplex est ꝓpriū

An diffinitio proprij det̄ i rōe p̄dicabilis.

Proprij diffinitio in rōne p̄dicabilis

Sciendum est tertio q̄ circa predica incidūt aliq̄ difficultates. Prima quomodo risibile sit predicabile ꝓprij cum nō predicetur de pluribus immediate. q: risibile p̄dicatur de sorte et platōe mediante hoīe. ¶ Respōdetur ad hoc duplr̄. primo q̄ nō est de ratione predicabilis q̄ p̄dicetur imediate de pluribus. sʒ q̄ soluʒ predicetur de pluribus siue mediate siue immediate cū nullū tale ponatur in eius diffinitione. Alio mō potest dici q̄ aliquid dicit̄ p̄dicari de aliquib⁹ imediate duplr̄. vno⁰ imediatione modi p̄dicandi sic videlʒ q̄ inter ipm̄ et sua subicibilia nihil mediet qd̄ habeat talē moduʒ predicandi respectu illorū subiicibiliū. ⁊ sic risibile dicit̄ p̄dicari imediate d̄ petro ⁊ guillermo q: nihil est inter ipm̄ ⁊ petrū ⁊ guillermū. quod habeat talem modum p̄dicandi. s. in quale accidentale et intransmutabiliter. Alio mō immediatione cause vel subiecti: et sic nō predicatur immediate. sed talis medietas nō impedit aliquid esse predicabile ꝓprie sumptum. Et si q̄s dicat. proprium debet predicari cōuertibilit̄ de suis subiicibilibus: sed risibile nō p̄dicatur conuertibiliter de petro et iohanne: igit̄ ⁊c. ¶ Respondet̄ q̄ nō oportet ꝓpriū in ratione p̄dicabilis predicari de suis subiicibilibus cōuertibiliter: licet bene in ratione ꝓprij. ¶ Aduerte vlterius q̄ risibile potest capi dupliciter. vno mō vt idem est q̄ potens ridere: ⁊ sic proprie nō est ꝓpria passio hominis. cū cōueniat alijs ab homine. q: ista cōiter ↄcedit̄ populus est risibilis et tn̄ popul⁹ nō est hō. alio mō accipit̄ vt idē est q̄ animal potēs vel aptū natum ridere. ⁊ sic est passio hominis et cōuertitur cuʒ homine: ⁊ hoc siue sit terminus ampliatus siue nō.

Risibile quō dr̄ p̄dicabile ꝓprij.

Risibilis acceptiones,

Sciendū est quarto q̄ pro declaratione diffinitionū accidentis. ¶ Supponitur p̄mo q̄ accidēs aliq̄n est nomē prime intētionis valens tn̄ sicut inherēs. et sic est indeterminato

Acceptō accidentis ē duplex,

genere scz actionis vel passionis quod predicatur denominatiue de nouē pdicamētio puta de quantitate:qualitate. vt ista est mere denoīatiua. quātitas est accidēs. albedo est accidēs. et tales valēt tm̄ sicut albedo est inherēs. alio mō vt est termin⁹ scd̄e intētionis importās secūdam intētionem que attribuitur alicui qd̄ sine implicatione potest separi ꝛ negari de subiecto. et sic est hic ad propositū. ¶ Supponitur scd̄o ꝙ adesse ꝛ abesse in diffinitiōe accidētis possunt capi dupl'r. vno mō phisicaliter. et tūc abest idem est ꝙ separi. ꝛ adest idē est ꝙ inherere. ꝛ sic nō capitur hic. nisi capetur accidēs prime intētionalit̄ et sic esset sensus accidēs est forma q̄ pōt inherere ꝛ non inherere subiecto. alio mō capitur logicaliter: ꝛ tūc adest idē est ꝙ affirmari. et abest idem est ꝙ negari. ꝛ sic capitur hic ita ꝙ est sensus: accidēs. est vniuersale qd̄ adest ꝛ abest subiecto: id est sine implicatiōe pōt affirmari: ꝛ negari de subiecto preter subiecti corruptionez. i. sine repugnantia subiecti vel subiecto nō designante suppōnem. i. dato ꝙ subiectū supponat sicut pri⁹ ante sepationē accidētis supponebat

Adesse ꝛ abesse in accidētis diffinitiōne acceptiones.

obiectio

Et si quis dicat si ista diffinitio esset bona seqretur ꝙ nullū accidēs esset inseparabile cū qd̄libet sine implicatiōe pōt separi. i. negari a subiecto

Solū

Respōdetur negādo ꝯsequētiam. ꝛ ratio est qꝛ accidēs nō dicit̄ inseparabile quin non possit simpliciter abesse seu separi vel negari de subiecto sed quia natural'r ꝛ fm̄ cōem cursum nature nō pōt vere negari ꝛ separari a subiecto. sil'r debet intelligi secūda diffinitio accidētis. Sed de tertia dicit̄ ꝙ nō dat̄ ꝑ purā negationē cū talis negatio ꝑsupponat affirmationem. s. vl'e ita ꝙ est sensus. accidēs est vl'e: quod nec est gen⁹: spēs: dr̄ia: nec proprium. Et simil'r debet dici de multis alijs diffinitionibus in quibus ponitur negatio puta ꝙ tales negationes presupponūt positiuū. Ex omnibus istis diffinitionib⁹ pōt elici diffinitio accn̄tis in rōne predicabilis sic. Accidens est qd̄ accidētaliter ꝛ transmutabilit̄ predicatur de plurib⁹: vt albū nigrū. Ex quo sequitur ꝙ multa sunt que dicunt̄ accidētia que non faciūt vl'e accidētis vt hoc albū hoc nigrum. Et hec de primo articulo. Quantū ad secundū.

Accn̄tis in rōe ꝑdicabil'is diffinitiō

Dubitatur primo vtruz aliquod accidens sit separabile ꝛ aliquod inseperabile. Pro solutiōe supponit̄ ꝙ aliqd̄ accn̄s dr̄ posse separi a subiecto dupl'r. vno mō ꝙ possit esse ꝛ existere sine subiecto sic videlicz ꝙ sit et nō sic in subiecto. tūc dico ꝙ nullū accidēs siue absolutū siue respectiuū pōt separi a subiecto naturaliter neqꝫ facilit': neqꝫ difficiliter. vnde nullū est ens creatum qd̄ possit facere aliquod accidēs sine subiecto. Dico secundo ꝙ omne accidēs absolutū potest sic separari a subiecto per potentiam diuinam. nam deus potest facere ꝙ quodcunqꝫ accidens absolutum esset ꝛ existeret sine subiecto. ꝛ dicitur notanter absolutum. quia deus non potest sic separare accidens respectiuū saltē a suo fundamento vt non posset de⁹ separe paternitatem a petro ipsa remanēte neqꝫ similitudinē ab albedine: ꝛ hoc est propter depēdētiā vl' exigentiam quā habet accidēs respectiuū ad suū fundamentū: vl' propter idēptitatē realē quā habz cuz actuali inherētia. alio mō accidēs pōt separari a subiecto quia pōt destrui subiecto remanente vl' saltē subiectū pōt esse sine eo. ꝛ sic dico ꝙ multa sunt accidētia separabilia per naturā quia agēs naturale pōt multa accidētia destruere subiecto: vl' subiectis eoꝝ remanētibus. et sic capit̄ separabile in diuisione accidentis. ¶ Dico tertio ꝙ deus pōt sic separare omne accidēs realiter distinctū a subiecto vl' fundamēto siue sit absolutū siue respectiuū. vt pōt de⁹ sic separare paternitatē a petro ꝙ corrūpendo filiū petri corrūpit paternitatē ipsius petri. ¶ Supponitur secūdo ꝙ accidēs dicit̄ etiā inseparabile dupliciter. vno mō qꝛ nō potest existere sine subiecto vel fundamēto et sic om̄e accidēs dicitur inseparabile quo ad potētiā naturalē. qꝛ nullum est agens naturale vel creatū quod possit facere accidēs existere sine subiecto. tn̄ quo ad potētiam supnaturalē solū accidētia respectiua dicūt̄ inseparabilia saltē a suo fundamento. qꝛ deus nō pōt sic ea separare a fundamēto. alio mō dicitur inseparabile qꝛ nō potest destrui subiecto remanente. ꝛ sic dico ꝙ naturalr ꝛ fm̄ coēm cursum nature aliqua sunt inseparabilia. vt nigredo corui: albedo cigni. que fm̄ cōem cursum nature nō possunt sic separari a subiecto. sed quo ad potētiam supernaturalē nullū est accidens siue absolutū siue respectiuum distinctū a subiecto vel a fundamento quod dicat̄ sic inseparabile: potest tamē accidēs separi a subiecto vl' non separari. capiendo separari vl' insepari logicalit̄. vnde illud dicit̄ separi logicaliter qd̄ sine ꝯtradictione pōt vere negari de subiecto. Sed illud dicitur inseparabile a subiecto qd̄ vere nō pōt negari de subiecto fm̄ cōem cursum nature. et sic aliqua sunt inseparabilia vel quia simpl'r nō possunt negari de subiecto per quācunqꝫ potentiā et sic nulla sunt inseparabilia.

An sit aliqd̄ accidēs separabile ꝛ aliud inseparabile.

Accn̄s posse separari a subo dupl'r intelligitur.

Accidēs dr̄ inseparabile dupliciter.

Quid dr̄ separi logicaliter

Quid dicatur inseparabile a subiecto

Dubitatur secundo vtrum inherentia distinguatur realiter ab accidēte. Pro cuius solutione supponitur ꝙ accidēs vt est nomē prime intētionis potest capi dupl'r. vno mō ꝑ ꝓ se significato. ꝛ sic idē est ꝙ inherens. ꝛ sic nō q̄rit questio. qꝛ tūc accn̄s est ipmmet inherēs et accidentalitas est ipsamet inherētia. Alio modo capitur pro denominato. i. ꝓ illo quod denominatur accidens em̄oi est q̄ntitas qualitas. et sic de alijs. ꝛ de isto est hic ad ꝓpositū. ita ꝙ dubiuz nō vult nisi vtrū inherētia qua albedo vel nigredo vl' aliquod aliud accidēs dicitur īherere sit res distīcta ab ipsa albedine vel nigredine. ¶ Supponitur scd̄o ꝙ inherentia qua aliqd̄ accidens dicatur inherere subiecto vl' fundamento est duplex. s. actualis qua accn̄s actualiter dicit̄ inherere suo subo et de tali ponunt̄ alique ꝓpositiones. Prima inherētia actualis qua accidēs absolutū actual'r dicit̄ inherere subiecto ē realiter

An inherētia distinguat̄ real'r ab accidēte

Accidēs prīe intentionis capitur dupliciter.

Inherentia ē duplex.

distincta ab illo accidente absoluto vt inherentia qua albedo actualiter dr̄ inherere subiecto distinguitur realr̄ ab albedine. qꝛ talis albedo per potētiā diuinā pōt esse sine tali inherētia vt patz in sacramēto altaris vbi est sine inherētia actuali ad subiectū. Scd̄a propositio. inherentia actual' qua aliqḋ accñs respectiuū dicit̄ actualiter inherere suo fūdamento est eadē realiter cū tali accidēte respectiuo vt inherentia q̄ paternitas inheret sorti est eadē realiter ipsi paternitati. iō implicat paternitatē esse ⁊ nō actualr̄ inherere. ¶ Ex quo sequit̄ ꝙ cum quelibꝫ inherentia sit accñs respectiuū ipa nō inheret alia inherentia. sꝫ ipamet īheret. Sequitur scd̄o ꝙ quelꝫ relatio in creaturꝭ ē suamet accidētalitas vl' inherētia ad suū fundamētū. vt similitudo. vl' paternitas est metipa inherētia: alia est inherētia aptitudinalis ꝑ quā accidēs dr̄ aptum natū inherere vl' accidere: ⁊ de tali dico ꝙ oīs inherētia aptitudinal' ē eadē realr̄ illi cuꝰ ē inherētia vt inherētia q̄ albedo nata est inherere subo est eadē realr̄ ipsi albedini ⁊ simil'r dicit̄ de alijs.

Utrum ppria passio distinguat realr̄ ab absoluto cuius est passio.

Dubitatur tertio vtrum ꝓpria passio distiguat̄ realiter ab illo cuiꝰ est passio. Pro cuius solutiōe supponit̄ primo ꝙ duplices sunt passiones. quedā sunt dis,iūcte que cōponūtur ex duobus cū coniunctiōe disiunctiua. vt necessariū vl' ꝯtingēs respectu entis: vt oīe ens est cōtingēs vel necessariū. et de talibus nō querit dubiū. alie sunt simplices q̄ nō importāt ꝑ disiunctione. sꝫ ꝑ terminū simplicē vl' ꝑ aliqḋ supplēs vt risibile flebile. et sic de alijs. ⁊ iste sunt multiplices. quedā sunt transcēdētes ⁊ cōuertunt̄ cū ente vt vnū bonū verū. quedā sunt limitate ⁊ iste sunt adhuc multiplices. qdaꝫ couertunt̄ cū gn̄e gn̄alissimo vt susceptibile ꝯrioꝝ respectu substātie. qdaꝫ ꝯuertunt̄ cū gn̄e subalterno. vt sensibilē cū aīali. ⁊ quedā cū spē spālissima. vt risibile cū hoīe: et de talibus solū est hic ad ꝓpositū.

Duplices sunt passiões

Passio simplex qd sit.

¶ Supponitur tertio: ꝙ passio simplex non est aliud ꝙ aptitudo seu respectus aptitudinalis ad aliquid. vt risibile formal'r nō importat nisi aptitudinē seu respectū aptitudinalē ad risum et sil'r dicatur de oībꝰ alijs passionibus. ¶ Aduerte tñ ꝙ passio aliqñ accipit̄ ꝓ accñte naturaliter ⁊ extrinsece ꝯsequēte ꝯplexionē vel naturā sicutꝰ q̄dmodū dicimꝰ ꝙ frigiditas est passio aque ⁊ caliditas est passio ignis. sꝫ de talibꝰ nō querit dubiū. ¶ Istis suppositis dr̄ primo ꝙ q̄libet ꝓpria passio simplex ⁊ ꝓprie dicta est eadē realr̄ cū illo cuꝰ est passio licꝫ tñ formal'r distinguat̄. Scd̄o dr̄ ꝙ quelibet ꝓpria passio simplex proprie dicta est in eodē ꝑdicamēto cū illo cuiꝰ est passio saltē reductiue. vt risibile est in illo ꝑdicamēto cuiꝰ est homo. sed vt magis appareat probatur primū dictū. Primo sic. aliqua ꝓpria passio est eadem realiter cuꝫ suo subiecto. ergo omnis. qꝛ eadem ratio videtur esse de vna et de omnibus. antecedēs patꝫ. quia vnum quod est ꝓpria passio entis est idem realiter enti. vt vult aristoteles quarto methaphisice. Secundo sic, illud qḋ scitur necessario inesse alicui subiecto ita ꝙ oppositū eius inesse eidē subiecto implicat. est idē realr̄ illi. sꝫ quelibꝫ ꝓpria passio scit̄ necessario īesse suo subō sic ꝙ implicat ꝯdictionē oppositū sibi inesse: ergo. maior patꝫ. minor ꝓbatur. qꝛ si ꝓpa passio nō sciret̄ necessario ineē suo subō. sequeretur ꝙ cōclusio demōstrabilis esset cōtingens ⁊ ꝙ sciā esset de ꝯtingentibus. igit̄. Sed cōtra illud primū dictū ar̄. oīe qḋ scitur inesse alicui ꝑ aliquod medium distinguitur realiter ab eo de quo scit̄: sꝫ ꝓpria passio scit̄ inesse suo subiecto per medium .i. per diffinitionē subiecti. igitur. maior patꝫ. quia alias idē sciretur esse in se ipso ⁊ de seipso. Secundo sic. oīs causa realiter distinguitur a suo effectu. sꝫ subiectū est causa sue passionis. igit̄. Tertio sic. quicquid est in aliquo instanti in quo nō est aliud est distinctū realiter ab eo: sed subiectuꝫ est in aliquo priori instanti nature in quo nō est sua ꝓpria passio. igit̄. Quarto sic. quicquid potest a nobis intelligi a deo potest ꝑduci. sed subiectū potest intelligi sine sua passione. igit̄ deus potest ꝑducere subiectum sine passione. ¶ Ad istas rationes respondetur priō ad primā negando maiorem et ad probationē dicitur ꝙ nō est incōueniēs ideꝫ realiter distinctū tamē formaliter sciri de seipō. Ad secundaꝫ dicit̄ ꝙ lꝫ subm sit cā passionis in esse cognito nō tamē in esse reali. Ad tertiā dicitur negando maiorē qꝛ esse prius natura alio nō est aliud ꝙ ab illo nō cōuerti subsistēdi cōsequētia: vel quia illi quātū est de se nō repugnat esse sine illo posteriori. vñ homini quātuꝫ est de se non repugnat esse sine risibili tamē simpliciter sibi repugnat ꝓpter idēptitatem realē quā habet cū illo posteriori puta cū propria passiōe. Et si quis querat an homo in illo primo instāti seu priori nature in quo precedit risibilitatē sit risibilis vel nō. Respondeo ꝙ in illo instāti non est risibilis neqꝫ non risibilis. Et si quis dicat. ꝙ duo ꝯdictoria vere negabūtur de aliquo. respōdeo ꝙ licet duo ꝯdictoria absolute sumpta non possint vere negari ď aliquo tñ bene sumpta cū aliquibus determinationibus vt cū ista determinatione in primo instanti quiditatiue ꝑ se primo modo. Ad quartam dicitur ꝙ maior est simpl'r falsa. nam intellectus noster pōt aliqua intelligere que deus nō potest producere cuiusmodi sunt impossibilia. Et hec de secundo articulo.

Quantum ad tertium sit conclusio responsalis. propriuꝫ et accidens sunt predicabilia ab inuicem distincta sufficienter diffinita: et assignata a porphirio vt patet in primo articulo. ¶ Ad rationes. ad primam dicitur negando antecedens pro vtraqꝫ parte. et ad probationem prime partis dicitur ꝙ proprium bene est proprium respectu speciei cū qua conuertit̄. est tñ cōe respectu suoruꝫ subiicibilium. vel potest dici ꝙ ꝓpriū aliquādo capit̄ ꝓ singulari ⁊ sic ꝓprium nō esset cōmune. ¶ Ad secūdā partē dicitur ꝙ licet accidens singulare sicut hoc albuꝫ non sit predicabile: tamē bene accidēs cōmune

Cōclusio respōsal de ꝓprio et accñti

concretiue designatū. Ad scdam dr negādo antecedēs. ad ꝓbationes dico pmo ꝙ ꝓpriuz est bene accidēs per se: sed nō accñs p accidēs. Dico etiā ꝙ nō omē est in scda spē qualitatis. Dico tertio ꝙ nō est substantia formalr. Dico qrto ꝙ in diffinitione ꝓprij ponit accidens large captum. ꝛ nō spāliter. Dico quinto ꝙ licet ꝓprij et accidentis sint eadē subiecibilia. tamē ꝓpter hoc nō sequit quin nō sint distincta vlia cū vlia nō distinguātur ex pte subiecibiliū. ❡ Ad tertiam negatur antecedēs ꝑ vtraqꝫ sui parte. ad primā ꝓbationē dico ꝙ hoc nō sufficit sꝫ requiritur ꝙ per se sibi ꝯueniat ꝛ intrāsmutabiliter et ad scdam ꝓbationē dr ꝙ sicut ens nō est predicabile ꝓprie dictū neqꝫ eiꝰ passiones. ❡ Ad quartā dr negando añs. Ad pmam ꝓbationez pꝫ solutio ex dictis. Ad scdam ꝓbationē negatur antecedens. nam in diffinitione accidentis subiectū debet accipi pro ente cōpleto ꝛ pfecto cuiusmodi nō est materia. Etiam forma non inest materie oīmode sicut accidens subiecto.

❡ Ad quintam patet solutio in pmo articulo.

❡ Sequitur textus.

Cōuenientia ꝯ dña ǭnqꝫ pdicabilium

Commune quidē est oībꝰ de pluribus predicari: sed genꝰ quidē de speciebꝰ ꝛ indiuiduis: ꝛ differentia similiter. species aūt ꝛ de his que sub ipsa sunt indiuiduis.

Iste est scdus tractatus huius libri in quo porphirius ponit ꝯueniētias ꝛ differentias ǭnqꝫ predicabiliū adinuicez.

Tractatus diuisio

Et diuidit iste tractatꝰ in ǭnqꝫ capitula. in primo ponit vnā ꝯuenientiā generalē ǭnqꝫ vliū dicens ꝙ cōe est quinqꝫ vlibus de pluribus id est de multis predicari ꝗuis genꝰ de magꝭ multis predicetur. hanc ꝯclusionē ꝓbat inductiōe et exemplo. inductiue sic: qꝛ genus de spēbus ꝛ de indiuiduis eaꝝ predicat. Similiter ꝛ differētia. spēs aūt de indiuiduis que sunt sub ipa. ꝓprium vero de spē cuiꝰ est ꝓprium ꝛ de oībus eius indiuiduis: ꝛ accidens de spēbus ꝛ indiuiduis. exemplo ꝓbat: nam aīal quod est genꝰ de eqs ꝛ de bobus que sūt spēs predicat. ꝛ de hoc equo ꝛ de hoc boue que sunt indiuidua. irrationale etiā qđ est differentia predicat de equis ꝛ bobus. ꝛ de his que sunt particulares eq̄ ꝛ boues: homo qui est spēs de particularibꝰ hominibus pdicatur. ꝛ risibile qđ est ꝓprium de hoīe et de particularibus hoībus predicatur: sed nigrum qđ est accidens inseparabile corui de specie coruorum ꝛ de pticularibus coruis predicatur. mouere autē qđ est accidens separabile de homine ꝛ equo predicat. vñ accidens predicat tam de spēbus ꝙ de indiuiduis: sꝫ primo ꝛ principaliter de indiuiduis. scđo de spēbus que cōtinet indiuidua cuiꝰ oppositum est de proprio.

❡ Sequitur textus.

Gñis cōꝑatio ad alia pdicabilia.

Cōmune est autem generi ꝛ differentie continentia specierum: continet enī ꝛ differentia species ꝛ si non oēs: quot genera.

Istud est scđm capitulū huiꝰ tractatus in quo cōparat genꝰ ad alia pdicabilia penes cōuenietias ꝛ dñas. ꝛ diuidit in nouē ptes. in pma cōparat genus ad dñam penes ꝯuenietias ponēs tres ꝯuenietias generis ꝛ dñe. quaruz pma est tam genꝰ ꝙ dña ꝯtinent plēs spēs. licꝫ genꝰ plures ꝯtineat ꝙ dña eius diuisiua vt rōnale nō ꝯtinet irrōnale que tñ cōtinet aīal qđ est genus. ❡ Scđa ꝯuenientia sicut quecūqꝫ pdicātur de gñe: vt genꝰ supple ꝑ se ꝛ essentialiter etiā pdicant de spēbus q̄ sunt sub gñe. ita etiā quecūqꝫ predicātur de dña vt dña etiam pdicat de oībus cōtentis sub ea: vt substantia corpus. corpus aīatuz nō solū predicant de aīali: sꝫ etiā de spēbus eius: ꝛ de indiuiduis speꝝ. silr vti rōne pdicat de rōnali. etiam pdicatur de spēbus cōtentis sub rōnali. vñ pdicari de gñe inꝙtum genꝰ: ꝛ de dña inꝙtū dña est pdicari essentialiter ꝛ ꝑ se de gñe ꝛ differentia. ❡ Tertia ꝯuenietia sicut interēpto gñe destruūt oēs spēs q̄ sub ipo sunt: sic dña destructa destruūt oīa sua iferiora. vt si nō sit aīal nō est equus neqꝫ hō. ita si non sit rōnale non erit aīal qđ vtit rōne. Et ꝑ hoc habetur ꝙ argumentum valet negatiue taz a gñe ꝙ a dña ad coꝝ inferiora. ❡ In scđa parte huiꝰ capituli cōpat genus ad dñam penes sex dñas. pma est genꝰ pdicatur de plibus ꝙ differentia qđ declarat ꝑ exemplū: qꝛ aīal pdicat de equo: hoīe: ꝛ boue: ꝛ serpente. quadrupes enī qđ est differētia eiꝰ diuisiua solū pdicat de habētibus ǭttuor pedes. ❡ Scđa differentia est. genꝰ ꝯtinet dñas in potestate sꝫ nō ecōtra. vt aīal ꝯtinꝫ istas duas differentias. s. rōnale ꝛ irrōnale. ❡ Tertia differētia. gña sunt naturalr priora differētys diuisiuis eoꝝ. ideo destructo gñe destruūtur oēs differentie eiꝰ. vt destructo aīali destruunt rōnale et irrōnale. sꝫ nō ecōtra. ❡ Quarta differētia genus pdicat in qđ: dña vero in q̄le. ❡ Quinta dña. vniꝰ spēi est tm̄ vnuz genꝰ: sꝫm tñ illōd genus pñt esse multe dñe eiusdē spēi. vt hoīs sꝫm hoc genꝰ aīal sunt plēs differētie. s. rōnale mortale ꝛ bipes. ❡ Sexta dña. genus hꝫ modū materie in ꝯstitutiōe spēi. dña modū forme: ꝛ licet sint alie ꝯuenietie ꝛ differentie gñis ꝛ dñe tñ q̄ dicte sunt sufficiunt. ❡ In tertia pte huiꝰ capituli cōparat genus ad spēm ponēs tres ꝯuenietias ipsius generis ꝛ spēi. Prima tam genꝰ ꝙ spēs pdicantur de pluribus. Scđa tam genꝰ ꝙ spēs sunt priora his de ǭbus pdicant. Tertia vtrumqꝫ est quodda totū respectu suoꝝ inferioꝝ. s. totum vle. ❡ In quarta pte huiꝰ capituli cōparat genus ad spēm penes differētias assignās sex differentias inter spēm ꝛ genus. Prima genus ꝯtinet spēm sub se ꝛ nō ecōtra. Scđa qꝛ genus natura est prius spē qđ ꝓbat: qꝛ opꝫ gña preiacere: ipa deteriata ꝺ specificis differētys spēm ꝯstituere. Scđo qꝛ interempto gñe interi

Genus ꝛ dña i tribus ꝯueniunt.

Genus ꝛ dña i sex dñt.

Genus ꝛ species i tribꝰ conueniunt.

Genus ꝛ spēs i sex dñt.

mitur spēs: sz nō econtra. Tertia differētia. posita spē ponit genus ꝛ nō ecōtra. vt si homo est aīal est: sz nō ecōtra. Quarta. genꝰ p̄dicatur de spēbus vniuoce ꝛ nō ecōtra. Quinta. genꝰ abūdat a spēbꝰ: qꝛ ꝯtinet plures spēs. spēs aūt nō ꝯtinet spēs sz indiuidua. Sexta. spēs nūꝙ pōt esse gn̄alissimū sz bene spālissimuz. genus vero nūꝙ pōt esse spālissimū: sz bene gn̄alissimum.

Genus ꝛ ꝓpriū in tribꝰ conueniunt.

¶ In quinta pte huiꝰ capituli cōparat genꝰ ad ꝓpriuz penes ꝯuenientiā dicēs: ꝙ tres sunt cōueniētie generis ꝛ ꝓprij. Prima tam genus ꝙ ꝓpriuz sequūtur ea: quoꝝ sunt. s. spēm. vt si homo est: aīal est: ꝛ si homo est: risibile est. Scd̄a genꝰ et ꝓpriuz eq̄liter p̄dicant ꝛ participātur a suis inferioribus ꝛ nō sm magis ꝛ minus. sicut eniz homo ꝛ bos sunt eq̄liter aīal. ita sortes ꝛ plato equaliter sunt risibile. Tertia tam genꝰ ꝙ proprium p̄dicant vniuoce de suis inferioribꝰ. ¶ In sexta pte cōparat genꝰ ad ꝓpriū penes quinꝙ

Genus ꝛ ꝓpriū in quinꝙ differunt.

differētias. Prima. genꝰ est prius ꝓprio: qꝛ genus est priꝰ spē: ꝛ spēs est prior ꝓprio: igitur. Scd̄a genus p̄dicat de pluribꝰ spēbus. ꝓpriuz vero tm̄ de vna spē. Tertia ꝓpriuz p̄dicat conuersim de eo cuiꝰ est ꝓprium. genꝰ vero nō predicatur ꝯuersim de illo cuiꝰ est genus. Quarta. ꝓpriū inest omi soli ꝛ semp genꝰ vero nō inest soli. Quinta ꝓpriū destruit ad destructionē speciei ꝛ nō ecōtra. sz genꝰ nō destruit ad destructionem spēi.

Genus ꝛ accidens in vno cōueniunt.

¶ In septima pte cōpat genꝰ ad accidens penes vnā ꝯuenientiā q̄ talis est. cōe est generi ꝛ accidēti de pluribꝰ p̄dicari. accn̄s eniꝫ siue sit sepabile siue insepabile de pluribꝰ p̄dicatur. ¶ In octaua pte comparat genꝰ ad accn̄s

Genus ꝛ accidens in quattuor differunt

penes quattuor differētias: quaꝝ pma ē. genꝰ est prius. accn̄s vero posterius: qꝛ accn̄s est posterius spē ꝛ indiuiduis. genꝰ vero est prius. secūda qꝛ genera pticipant equaliter ꝛ nō sz magis ꝛ minꝰ. accn̄s aūt intensionē ꝛ remissionem suscipit. tertia accidētia p̄ncipaliter insunt indiuiduis. genera vero speciebꝰ. Quarta genꝰ predicatur in qd. accidēs vero in quale. interrogatus eniꝫ qualis est ethiops: ꝯueniēter respōdet ꝙ est niger. ¶ In nona pte remouet vnā dubitationem circa p̄cedentia ꝛ sequentia. cum eniꝫ

An alioꝝ quattuor p̄dicabiliū quattuor sint cōparatōes sicut gn̄is.

sint quattuor cōparationes generis: dubitaret aliq̄s an alioꝝ quattuor predicabiliū sint quattuor comparationes sicut ꝛ generis ad alia quattuor p̄dicabilia: ita ꝙ sint viginti. Respōdet ꝙ quattuor sunt cōparationes generis ad alia quattuor predicabilia. differētie vero tres. scilz ad spēm ꝓprium ꝛ accidens speciei due: scz ad proprium ꝛ accidens. Comparationes vero eiꝰ ad genus ꝛ differentiaz numerate sunt quādo genus ꝛ differentia comparant ad ipam speciez sed ꝓprij solū est vna comparatio. s. ad accn̄s: quia comparationes eiꝰ ad alia tria dicte sunt cum predicta tria ad ipm propriū comparātur accidenti. nō est comparatio qua comparat ad alia quattuor. ideo cōcludit ꝙ sumptis quattuor comparationibus generis ad alia quattuor videlicet tribus differentie duabus speciei cuz vna proprij nō sunt nisi decem comparationes predicabilium. ¶ Sequitur textus.

Cōparatio differentie ad alia tria predicabilia.

Cōmune vero est differentie ꝛ speciei equaliter participari. hoīe enim equaliter participant particulares homines ꝛ rationali differentia.

Stud est tertium capitulū huiꝰ tractatus in quo porphiriꝰ ponit cōpationes differentie ad alia tria p̄dicabilia. Et diuiditur in sex partes. In prima ponit duas ꝯuenientias differentie ꝛ speciei: quarū prima

Differentia ꝛ spēs in duobꝰ cōueniūt.

est. differētia ꝛ specie s eq̄liter participant ꝑ se a suis inferioribꝰ. Scd̄a. species ꝛ differentia sp assunt his que ipa participant. semp eniꝫ socrates est rationalis ꝛ homo. ¶ In scd̄a pte cōparat differentiā ad spēm penes quattuor differē-

Differentia ꝛ spēs in quattuor diāt.

tias: quarū prima est. differentia p̄dicat in quale: species vero in q̄d. Scd̄a. differentia sepe reperit in pluribꝰ speciebus vt quadrupes in pluribus aīalibus specie differentibꝰ. species vero in solis indiuiduis que sūt sub ipa. Tertia. differentia est prior spē ꝛ nō econtra: vt rōnale est prius homine: qꝛ rōnali interempto interimit homo: sz nō econtra: cuz adhuc sit deus q̄ est rōnalis. Quarta. vna differentia cōcurrit cū alia ad constitutionez vnius speciei sicut rōnale et mortale ad cōstitutionē hoīs: sz vna spēs non cōponit alteri vt simul generet vnā aliā spēm. ¶ Circa hoc mouet vnam obiectionem dicens ꝙ q̄uis equa quidez particulari asino ꝯmisceatur ad muli gn̄ationez: tn̄ eq̄ simpl'r. i. in cōi nō ꝯcurrit cum asino in cōi ad generandū muluz. ¶ In tertia pte cōparat drīam ad ꝓpriuz per

Drīa ꝛ ꝓprium in duobꝰ cōueniunt.

duas ꝯuenientias. Prima: differentia ꝛ ꝓpriū equaliter participant ꝛ nō sm magis ꝛ minus. Scd̄a ꝙ semp assint illis de quibꝰ predicantur. Ubi remouet dubiū dicens ꝙ q̄uis bipes truncetur. tn̄ semp manet aptitudo ad habendū duos pedes. ¶ In quarta pte cōparat drīam ꝛ ꝓ-

Drīa ꝛ ꝓprium in duobꝰ differunt.

prium penes duas differētias. Prima differentia d̄r de pluribꝰ speciebꝰ vt rōnale de homīe ꝛ de deo: ꝓprium vero de vna sola spē cuiꝰ est ꝓprium. Scd̄a drīa sequit ad spēm ꝛ nō ꝯuertibiliter. ꝓprium vero ꝯuersim p̄dicatur de eo cuiꝰ est ꝓprium. ¶ In quinta parte cōparat differē-

Drīa ꝛ accidēs: in duobꝰ cōueniunt.

tiaz ad accidens penes duas ꝯuenientias. Prima: vtrūꝙ predicat de pluribus. Scd̄a: accn̄s inseparabile semp adest illi cuius est sicut differentia. ¶ In sexta pte comparat differentiam

Drīa ꝛ accidēs in tribꝰ differunt.

ad accidens penes tres differētias. Prima differentia continet species ꝛ nō cōtinetur. accidētia vero continēt eo ꝙ sunt in pluribus. ꝛ continentur eo ꝙ subiecta nō solum sunt susceptiua vnius accidentis sed pluriū. Scd̄a: differentia nō est intensibilis nec remissibilis. accidentia vero suscipiunt magis ꝛ minus. Tertia differētie contrarie sunt impmixte: nō eniꝫ permiscentur in eadem spē cuius sunt differentie: sed accidentia contraria bene possunt permisceri in eodem cuius sunt accidentia.

¶ Sequitur textus.

Cōparatio speciei ad proprium.

Speciei aūt ꝛ proprij cōmune est de seiuicem predicari. nam si hō est risibile est: ꝛ si risibile est: homo est.

Stud est quartum capitulū in quo cō i parat spēm ad ꝓprium. ꝛ diuiditur in duas ptes. ¶ In prima comparat speciem ad ꝓprium penes duas cōueniētias. quorum prima est: spēs ꝛ ꝓprium p̄dicant̄ de se inuicem ꝯuertibiliter. vt si homo est: risibile est. ꝛ econtra. Scđa. spēs ꝛ ꝓpriū equaliter ꝑticipātur a quibus participant̄ ꝛ nō ſm magis ꝛ minus. ¶ In scđa parte cōparat spēm ad ꝓpriū penes quattuor dr̄ias: quarū prima est. spēs pt̄ esse genus aliaꝝ spērum. ꝓpriū autē nō potest esse gen⁹ alioꝝ ꝓpriorum. scđa. spēs est prior ꝓprio. Tertia. spēs est semꝑ actu in suis subiecibilibus. sꝫ ꝓpriū nō semꝑ adest actu. nam socrates semꝑ est actu hō. nō tamē semꝑ ridet actu: quāuis natus sit ridere. Quarta. diffinitiones ꝓprij ꝛ spēi differunt. ergo spēs ꝛ propriū differunt. pꝫ ꝯn̄a: q2 quorum termini sunt differentes: ꝛ ipa sunt differētia. an̄s pꝫ: q2 diffinitio speciei est semꝑ poni sub assignato genere. diffinitio ꝓprij est. ꝓprium inest omni soli ꝛ semper.

Spēs et ꝓpriū in duob⁹ cōueniunt.

Spēs et ꝓpriū in quattuor diſſt.

¶ Sequitur textus.

Cōparatio speciei ad accidens.

Speciei vero ꝛ accñtis cōmune quidem est de pluribus predicari.

Stud est quintum capitulū in quo com i parat speciē ad accidēs penes vnaꝫ cōuenientiam ꝛ quattuor dr̄ias. Cōueniētia talis est cōe. est illis ambobus de pluribus predicari. Sed prima dr̄ia est: q2 spēs p̄dicatur in quid. accidēs vero in quale: vel q̄uo se habēt. scđa. viuus indiuidui est vnica species: sꝫ vni⁹ indiuidui plura sunt accidētia tam sepabilia q̄ inseꝑabilia. Tertia. spēs est prior accidente. accidentia ꝯo posteriora spē. opꝫ eñi subm̄ eē. vt ei aliquid accidat. Quarta. spēs participat̄ equaliter ꝛ nō ſm magis ꝛ min⁹ ab his quoruꝫ est spēs. accidens vero ſm magis ꝛ minus participatur. ethiops eñi alio ethiope magis habebit de colore. ¶ Sequitur textus.

Spēs et accidens in vno cōueniunt.

Spēs et accidēt quattuor diſſt.

Cōpatio ꝓprij ad accidēs.

Cōmune aūt ꝓprij ꝛ inseparabilis accidētis est: q̄ preter ea nūq̄ consistant illa in quibus considerantur.

Stud est sextum ꝛ vltimū capitulū hu i ius tractatus in quo cōparat ꝓpriū ad accidens. ꝛ diuiditur in duas ptes. In prima ponit duas ꝯueniētias. quaꝝ prima est: subiectum ꝓprij ꝛ accidentis inseparabilis nū q̄ existit sine illis. vt hō sine risibili. ꝛ ethiops sine nigredine. scđa vtrūq3 eoꝝ semꝑ inest: ꝛ omni contento sub subiecto. ꝛ hoc intelligēdo istas duas ꝯuenientias de accidente inseparabili. In scđa parte cōparat propriū ad accidens penes tres differentias. prima. ꝓprium inest soli speciei quēadmodū risibile homini. sꝫ nō accidens inseparabile. nigrū eñi nō inest soli ethiopi: sed etiam coruo ꝛ etiam carboni ꝛ hebeno. ꝛ

Propriū et accñs in duob⁹ ꝯueniūt.

Propriū et accñs in tribus differūt.

quibusdam alijs. scđa. ꝓprium p̄dicatur ꝯuersim: nō aūt accidēs inseparabile. tertia. ꝓpriū predicatur equaliter. accidēs vero ſm magis ꝛ minus. ¶ Finaliter se excusat dicens q̄ lꝫ sint alie cōitates vel ꝓprietates quinq3 vlium tamen ille que dicte sunt sufficiunt.

Queritur vtrum cōuenientie ꝛ differentie quinq3 predicabiliū sint a porphirio in textu sufficiēter assignate. ¶ Arguitur p̄mo q̄ nō ꝛ primo ꝯtra primā differentiā generis ꝛ differentie: q2 genus non predicat̄ de pluribus q̄ differentia: ergo in hoc gen⁹ ꝛ differentia nō differunt. an̄s patet: q2 sensibile qđ est differentia aīalis predicat̄ de tot de quot p̄dicatur aīal qđ est genus. ¶ Scđo sic. cōtra primā cōueniētiā generis ꝛ proprij: q2 genus est prius specie de qua predicat̄. ergo gen⁹ nō sequit̄ ad speciem: et per cōsequēs genus ꝛ ꝓprium nō ꝯueniunt in hoc quod est sequi ad spēm. Tertio sic. contra cōuenientiam omniū predicabiliū: q2 gen⁹ differt ab alijs predicabilib⁹ per hoc qđ est predicari de plurib⁹: ergo nō est cōe oībus predicabilibus de plurib⁹ predicari. ¶ Quarto sic. genus ꝛ ꝓprium nō predicant̄ vniuoce de suis subiicibilibus: ergo genus ꝛ propriū nō cōueniūt in hoc quod est p̄dicari vniuoce. antecedens ꝓbatur: q2 propriū p̄dicatur denoīatiue: ergo nō predicatur vniuoce. tenet ꝯn̄a ꝑ locū ab oppositis. scđo ꝓbat̄: q2 p̄dicari vniuoce ē p̄dicari vno noīe ꝛ vna rōe: sed ꝓprium nō habet rationem: igitur. Item predicari vniuoce est predicari quiditatiue: sed propriū nō predicat̄ quiditatiue: igitur. ¶ Quinto sic. predicabilia cōueniunt in eisdeꝫ. ergo male ponūtur differentie ipsoꝝ. antecedens paꝫ p̄mo: q2 coloratū est genus albi ꝛ species qualitatis: ꝛ accidens parietis. scđo patet: q2 rationale est differētia hominis ꝛ species hui⁹ rationalis ꝛ illius. Item omīa predicabilia sunt species vniuersalis: igitur. ¶ In oppositū arguit̄ auctoritate porphirij ponēt; illas ꝯueniētias ꝛ dr̄ias in textu. In questione sicut in ceteris erūt tres articuli.

An cōuenientie ꝛ dr̄ie p̄dicabiliū sufficiēt assignēt.

Sciendum est primo q̄ coincidentie predicabilium dicūtur in quibus ipa predicabilia cōueniunt: ꝛ dicūtur communitates: q2 illud in quo cōueniūt aliqua est cōe illis. Et est duplex cōitas p̄dicabiliū vna generalis in qua oīa predicabilia ꝯueniūt. vt predicari de multis. alia est spālis in qua aliqua p̄dicabiliū conueniunt. vt p̄dicari in q̄d in quo ꝯueniūt gen⁹ ꝛ spēs. sꝫ dr̄ie dicūtur q̄bus p̄dicabilia adinuiceꝫ differūt ꝛ vocant̄ tales differētie ꝓprietates: q2 illud per qđ aliq̄d differt ab alio dr̄ quodāmō ꝓpriū cū ꝑ illud nō ꝯueniat cū alio. Sed restat vna difficultas vtrū q̄nq3 vl̄ia cōueniāt in ideꝫ. Rn̄detur q̄ p̄dicabilia cōuenire in ideꝫ pōt intelligi dupl̄r. vno modo in idē. i. q̄ditatiē. ꝛ hoc dupl̄r. vno mō q̄ ꝯueniāt cū aliquo qđ dr̄ q̄ditatiue de ipsis. ꝛ sic dico q̄ coincidunt in ideꝫ vt cōueniūt in vl̄i qđ dr̄ quiditatiue de ipsis, alio⁹

Predicabiliū duplex cōitas.

An q̄nq3 vl̄ia conueniāt in idem.

Ꝺr̄ia in idē cōuenire dupl̄r intelligitur.

Dña in idē coīcidere in aliq̄ dnōīatiue. dupl' itelligit.

modo ꝙ ip̄a q̄nq̄ vl'ia dicant̄ q̄ditatiue de aliquo. ⁊ sic dico ꝙ nō coincidūt: q2 de nullo quiditatiue dicūtur. alio mō pōt intelligi q̄nq̄ vl'ia coincidere in aliquo denoīatiue. ⁊ hoc dupliciť vno mō ꝙ cōueniāt in aliquo qđ đr de ip̄is denoīatiue. ⁊ sic coincidūt: q2 ꝯueniūt in sp̄ē que đr de ip̄is denoīatiue. vt ista est vera. genus est sp̄ēs: dr̄ia est sp̄ēs. Alio mō ꝙ dicant̄ denoīatiue de aliquo: ⁊ sic dico ꝙ aliqua vl'ia coincidūt in idem denoīatiue: q2 aliqua p̄dicant̄ denoīatiue de aliquo respectu tm̄ diuersoꝝ. vt album respectu subiecti đr accidēs: ⁊ respectu suoꝝ inferiorum đr species. ⁊ sic genus ⁊ species dicūtur de aliquo respectu tamen diuersorum.

Intellectꝰ dr̄iarum q̄nq̄ p̄dicabiliū a porphirio assignatur.

Sciendum est scđo ꝙ quādo dicit porphirius in sexta dr̄ia generis ⁊ dr̄ie ꝙ genꝰ hꝫ modum materie: ⁊ dr̄ia modū forme. nō vult dicere ꝙ genus sit materia: ⁊ dr̄ia forma: sed ꝙ genꝰ hꝫ modū materie: ⁊ dr̄ia modū forme. naꝫ sicut materia determinat̄ per formā: ita genꝰ determinatur ꝑ dr̄iam. ¶ Aduerte vltra ꝙ qñ đr in p̄ma dr̄ia generis ⁊ sp̄ēi ꝙ genꝰ cōtinet sp̄ēs et nō ꝯtinetur ab eis dꝫ intelligi ꝙ genus cōtinentia potētiali ꝯtinet suas sp̄ēs: ⁊ tali cōtinentia sp̄ēs nō ꝯtinet genꝰ: lꝫ bñ alia ꝯtinentia: q2 sp̄ēs ꝯtinet genus actu: ⁊ quodlibet inferiꝰ superius. ¶ Aduerte vltra ꝙ qñ đr in tertia cōitate generis ⁊ ꝓprij ꝙ tam genꝰ q̄ ꝓpriuꝫ predicant̄ vniuoce de suis subijcibilibꝰ debꝫ ibi accipi predicari vniuoce large: vt distinguit̄ ꝯtra p̄dicari eq̄uoce: ⁊ nō debꝫ ibi accipi ꝓprie ⁊ stricte vt idem est ꝙ p̄dicari q̄ditatiue: q2 ꝓprium nō p̄dicatur q̄ditatiue de suis subijcibilibus. ¶ Aduerte vlteriꝰ ꝙ qñ đr in scđa differentia generis ⁊ ꝓprij ꝙ propriuꝫ tm̄ de vna sola sp̄ē p̄dicat̄: et genus de pluribꝰ dꝫ ibi capi ꝓprium qđ ꝯuertitur cū sp̄ē sp̄ālissima ⁊ nō debꝫ intelligi de ꝓprio gn̄ico qđ ꝯuertitur cū gn̄e cuiusmodi est sensibile cum tale p̄dicet̄ de pluribus sp̄ēbus: nec est etiā imaginandū ꝙ proprium specificum sic faciat predicabile propriū distinctuꝫ ab alijs: sꝫ propriū qđ est cōe ad propriū gn̄icū et specificū q̄admodū dicebat̄ de differentia.

Accn̄ia p̄dicari sꝫ magis et minꝰ q̄mo itelligit.

facere: quēadmodū dicimus q visus est potentia visiua: auditus potētia auditiua: et sic nō capitur hic. Alio modo capit̄ p qualitate qua q̄s potest aliq̄d facere: siue talis qualitas insuerit nobis a natura siue nō: et sic non capit̄ hic. Alio mō capit̄ p abilitate vel dispositione seu promptitudine inexistente nobis a natura p quā sumus abiles: et prōpti ad aliq̄d faciēdū. Ex quo ptz q cursor insequitur est in ista specie qualitatis dicit nisi illud q̄d habet naturalē abilitatē ad bene currendū et nō q̄d habet artē currendi. Et naturalis impotentia nō est nisi quedā inabilitas vel indispositio inexistēs nobis a natura p quā aliquis est impotēs ad aliquid operandū. Ex quo sequit̄ q illa que reponūtur in ista specie qualitatis nō sunt nisi abilitates vel inabilitates inexistētes nobis a natura. Ex quo sequitur falsitas illorū qui dicūt q in ista specie q̄litatis reponūtur om̄es ꝓprie passiones q̄d falsū est: quia ꝓpria passio est in illo p̄dicamēto reductiue in quo est illud cui⁹ est passio. Sed in prima specie qualitatis reponūtur om̄es actus potentiarū: vt audire: videre: intelligere velle. dicunt tamē aliqui q actus et spēs potētiarū sensitiuarū sunt in tertia specie quod parū est curandū. Item oēs sciētie et oēs virtutes et oēs spēs intelligibiles sunt in prima specie. Ex quo sequitur q isti termini intelligere: audire: videre: velle: import̄ āt veras qualitates licet ꝓpter modū significandi dicantur verba actiua. Ex quo sequitur q multa sunt verba actiua que non significant actionem sed veram qualitatem.

Propria passio in quo reponitur p̄dicamento

Quid important isti termini videre audire intelligere velle etc.

Sciendum est tertio q secundū commune modum loquēdi passio et passibilis qualitas differūt: nam passio importat qualitates appetitus sensitiui vel forte etiā itellectiui, put tales qualitates sunt faciliter introducibiles et remobiles a subiecto: vt timor iracūdia. verecūdia. dolor. delectatio. capit̄ quā tū ly passio large vt se extendit ad qualitates sensibiles vl̄ faciliter remobiles a subiectis. Sed passibilis q̄litas capitur p qualitate sensibili vt est difficiliter remobilis a subiecto. Ex quo sequitur q in ista tertia specie reponūtur om̄es qualitates sensibiles: vt omnes soni: om̄es colores: omnes sapores. om̄es odores: caliditas: frigiditas: humiditas et siccitas. et etiā species sensibiles: vt lumē: om̄es qualitates appetit⁹ sensitiui: vt verecūdia. dolor. timor. et sic de alijs. Sed pro quarta specie qualitatis supponit̄ q forma potest capi dupliciter. Uno modo vt dicitur ab informādo: et sic omne illud quod informat aliq̄d dicitur forma: et sic nō capitur in textu. Alio modo capitur specialiter vt cōuertitur cum figura et sic capitur hic. Unde dicunt aliqui q figura nō est nisi quedam qualitas consequens terminationem et ordinem partium quātitatis ad inuicē: sed probabiliter potest dici q figura nō est nisi ordo partium ad partes loci vel ad totū sic q figura proprie est in predicamēto positionis seu situs: sed dicit̄ poni quarta species qualitatis seu mod⁹ qualitatis: quia habet quēdā modum p̄dicandi qualitatis de prima substantia seu quendam modum essendi in prima substantia: de quo alias in phisica videbitur. Ex quo sequitur q ista quattuor que hic assignant̄ a philosopho debent magis dici modi qualitatis q̄ species. et hoc expresse videtur velle scot⁹. Unde modus differt a specie: quia vltra speciē cōnotat seu importat aliquam accidentalitatē vel in predicando vel in essendo.

In q̄ differūt passio et passibilis q̄litas.

Forme duplex acceptio.

Modus q̄ndo differt a specie.

Sciendum est quarto q vt visum est in textu: tres sunt ꝓprietates qualitatis. Prima: qualitati cōuenit habere cōtrariū: vt iusticia contrariatur iniusticie. Pro quo est aduertēdum q cōtrarietas in ꝓposito capitur dupliciter. vno modo large p repugnātia aliquorū duorū ad esse in eodē subiecto: siue illa sint positiua: siue vnū sit positiuū et reliquū priuatiuū: siue se expellant actione ꝓprie dicta siue non. et sic iusticia et iniusticia cōtrariantur. Iniusticia tamē potest capi tripliciter. vno modo negatiue vt idē est q non iusticia. et sic iusticia et iniusticia opponuntur cōtradictorie. Alio modo priuatiue p negatione iusticie in subiecto apto nato: et sic opponūtur priuatiue vel cōtrarie: capiēdo cōtrarietatē large vt se extēdit ad priuatiuā oppositionē. Alio modo capitur cōtrarie: et sic īportat habitum oppositū habitui iusticie: et fere sic dicatur de om̄ibus talibus terminis. Alio mō capit̄ cōtrarietas ꝓprie et stricte p repugnātia duarū formarū se expellentiū ab eodē subiecto actione ꝓpria cuiusmodi est repugantia inter quattuor qualitates primas. et sic dico q talis ꝓprie cōuenit solum qualitati: sed nō omni. et sic nō capitur in textu: quia tunc iusticia et iniusticia nō contrariarentur: nec albedo et nigredo. quia albedo et nigredo non se expellunt ab eodem subiecto actione propria: sed solum actione suarū causarum. Sed p scd̄a proprietate supponit̄: vt alias visum est q suscipe magis nō est aliud q̄ perfici in sua entitate: que pfectio fit per additionē gradus seu partis perfectionalis ad p̄tem sic q illud quod habet plures gradus seu partes perfectionales in eodem loco et situ dicitur magis tale: et per contrariū dicitur suscipere minus. Ex quo patet q solum qualitates dicūtur ꝓprie primo et per se suscipere magis et minus. Sed pro tertia proprietate est aduertendū q ly s̄m in secūda ꝓprietate dicit circūstantiam fundamentalem et non formalē. quia formaliter s̄m nullam qualitatē dicimur similes: sed similitudine dicatur aliquid formaliter simile: licet bene s̄m qualitates fundamentalr̄ seu tanq̄ a fundamento dicimur similes. Unde proprie similitudo fundatur solum in qualitatibus: nam similitudo proprie non videtur esse aliud q̄ cōuenientia aliquorum in qualitate.

Qualitatis tres ꝓprietates.

Cōtrarietatis acceptiōes.

Iniusticie acceptiones.

Quid est suscipere magis et minus.

Ex quo sequitur q illa que non habent qualitatem non dicantur esse similia. Et residuum debet exponi conformiter sicut fuit expositum in tertia proprietate quantitatis.

Forma q̄ mō dicit̄ suscipere magis et minus.

Quantū ad secūdum articulū dubitatur primo quō aliqua forma dicatur suscipere magis ꝛ minus. de quo dubio sunt diuerse opiniones. ¶ Prima opinio est ꝙ forma intendit̄ et remittit̄: ꝑ hoc ꝙ magis et minus ꝑmiscetur suo cōtrario: ita ꝙ quāto magis ꝑmiscetur suo cōtrario tanto est minus talis ꝛ quāto minus ꝑmiscetur: tāto est magis talis. Et hec opinio ꝓbatur auctoritate philosophi. 3. thopicoꝝ: dicentis ꝙ quecūqꝫ sunt impmixtiora cōtrarijs sunt magis talia: vt albi⁹ est qd̄ ē nigro impmixtius. Sed cōtra hoc arguit̄: q: multe sunt forme que intēdunt̄ ꝛ remittūtur q̄ nō habēt contrarium: igitur. Añs ptꝫ de lumine cui nihil est ꝯtrariū. patet etiā de visione beatifica cui nihil est contrariū: ꝛ de multis alijs q̄ tñ intēdunt̄ ꝛ remittūtur. Item seqretur ꝙ nullus posset acqrere virtutē aliquam: quin acquireret vitium: q: illam in summo non acquirit: ergo erit ꝑmixta cōtrario. Ideo respōdet̄ ad auctoritatē philosophi ꝙ phūs ꝑ permixtionem cōtrarij: intelligit quēdam accessum similitudinis ad contrarium. ita ꝙ sit sensus: quecūqꝫ sunt impmixtiora contrarijs. i. minus accedūt ad contrariū sunt magis talia: vt illud est albius qd̄ est nigro impmixti⁹: id est ad nigrū minus accedens. ¶ Alia est opinio q̄ ponit ꝙ forma intēditur ꝛ remittitur fm dispositionē subiecti in quo est ita ꝙ si subiectū sit magis dispositū: forma erit intensior. ꝛ si sit minus dispositū: forma erit remissior. Sed contra hanc opinionem arguitur. ꝙ forme spirituales intēdūtur ꝛ remittūtur: ꝛ tñ non requirunt aliquā dispōnem preuiā in subiecto. ¶ Itē sequeretur ꝙ forma sepata a subiecto non posset intendi: qd̄ est falsum: igitur. ¶ Tertia opinio est ꝙ forma intēditur et remittit̄ per maiorem vel minorē radicationem quā habꝫ in subiecto. ¶ Sed cōtra hoc arguit̄: quia tunc sequeretur ꝙ vbi forma esset magis radicata: ibi subiectuꝫ esset magis tale: ꝯñs est falsum: ꝛ falsitas apparet in multis ꝑ experientiā: q: videm⁹ aliquos nigros a natura: ꝛ aliquos nigriores ꝑ aliquo tēpore: igitur. Etiā rubedo causata ex verecundia aliqñ est intēsior q̄ rubedo causata a natura: ꝛ tñ rubedo causata ex verecūdia est min⁹ radicata: q̄ rubedo causata a natura. ¶ Ideo relictis istis opinionib⁹ tanq̄ fallis ponit̄ opinio vera: dicēs ꝙ forma dicit̄ suscipe magis ꝛ min⁹ fm ꝙ plures vel pauciores grad⁹ vel partes ꝑfectionales habet in eodē loco: ꝛ situ se penetrātes adinuicē. ita ꝙ bene seqt̄ur: ista forma suscipit magis: ergo hꝫ plures grad⁹ vel partes ꝑfectionales se penetrātes in eodē subiecto ꝛ situ. Et aduerte ꝙ isti grad⁹ seu ptes ꝑ quas aliq̄d dr̄ suscipe magis ꝛ minus sunt semꝑ eiusdem spēi inter se ꝛ cum forma q̄ dr̄ suscipe magis et minus: vt albedo dr̄ maior albedo ꝑ partes ꝑfectionales quaꝝ q̄libet est qualitas. Ex quo ptꝫ ꝙ grad⁹ nō est aliud q̄ ps ꝑfectionalis eiusdē

Gradus diffinitō

speciei cum illa forma cuius est grad⁹. Vñ nūq̄ aliq̄d dr̄ magis tale nisi per aduentū alicui⁹ ptis vel gradus forme. ¶ Et aduerte ꝙ isti gradus nō dicūtur se penetrare indiuisibiliter: sed diuisibiliter. sic ꝙ vnus totalis grad⁹ penetret totū aliū gradū ꝛ ps ptem: sed non quelibet ps qualibet ptem nisi forte essent in subiecto indiuisibili. ¶ Et si quis arguat: nulla forma dicit̄ suscipere magis vel minus: igitur. Añs ꝓbat̄: q: vel esset forma q̄ ꝓfuit ante aduentū gradus vel forma que de nouo acquiritur. Non forma q̄ prius fuit: q: illa non habet plures grad⁹ q̄ prius. nec forma q̄ de nouo acquiritur vt notum est. Respōdetur q̄ de rigore sermonis ista est falsa: forma dr̄ suscipere magis ꝛ min⁹. vt bñ ꝓbat argumentū. similiter ista forma intendit̄. Sed debet capi in isto sensu ꝙ forma cōposita ex gradu de nouo acquisito ꝛ gradib⁹ p̄cedentibus est ꝑfectior q̄ forma q̄ prius fuerat: q: forma q̄ prefuerat non est nisi pars illi⁹ forme q̄ de nouo fm ptem acquirit̄. Et si q̄s dicat quelibet forma q̄ intēditur hꝫ īfinitas ptes: cū qd̄libet diuisibile sit diuisibile in infinitū: ergo vna nō est intēsior nec ꝑfectior q̄ sit alia. Respondetur ꝙ quelibet hꝫ infinitas ptes ꝓportionales. nō tñ infinitas ptes equalis perfectionis inter se fm quas forma dicitur esse intēsior vel remissior.

An ꝑm⁹ grad⁹ corrūpat̄ in intēsione forme in aduentu secundi.

Dubitatur secūdo vtrum in intentione forme primus grad⁹ corrūpatur in aduentu secūdi gradus. Ad hoc respōdent aliqui ꝙ qñ forma intēditur aduenıēte scd̄o gradu: prior gradus corrūpitur qd̄ ꝓbant primo sic: q: termini motus sunt incōpossibiles: sed gradus forme p̄existens ꝛ sequēs sunt termini motus: quia prim⁹ est termin⁹ a quo: ꝛ scd̄us est termin⁹ ad quē. Itē illi grad⁹ sunt eiusdē spēi: ergo nō sunt cōpossibiles in eodem subiecto: qu a accidētia solū numero differentia non possunt esse simul in eodē subiecto. Item si gradus p̄cedens maneret tūc forma mutaretur de gradu in gradū: ꝛ sic esset subiectum transmutationis: quod est falsum ¶ Sed his rationibus non obstantibus: aliter respōdetur scꝫ ꝙ in intēsione forme gradus p̄cedens non corrumpitur in aduentu scd̄i gradus: quod patet per exempla de luminib⁹ duarum candelarum illa duo lumina simul in medio congregata ꝛ simul manentia reddunt medium luminosius q̄ faceret lumē vni⁹ candele. ideo ptꝫ ꝙ per additionem gradus ad gradum in eodem subiecto totū redditur intēsius. Non videtur etiam a quo talis gradus preexistens corrūpatur. Non eñ potest dici ꝙ a gradu seqnti cum sint eiusdem rationis nec ab agente cum ab eodem agente possunt ꝓduci tales grad⁹: ideo ad rōnes prime opinionis. Ad primā dicitur ꝙ termini motus sunt duplices: quidam sunt intrinseci ꝛ īmediati qui non sunt aliud q̄ priuatio et forma seu habitus talis priuatōis. Et isti sunt incōpossibiles. ¶ Alij sunt mediati et extrinseci: ꝛ tales sunt bene adinuicē cōpossibiles: sicut sunt gradus preexistens ꝛ gradus sequēs.

Terminorū motus acceptiones.

¶ Ad secundā patuit solutio alias quomodo duo accidētia solo numero differētia possunt eē

simul in codē subiecto: ꝛ hoc in capitulo ad aliquid. ¶ Ad tertiā dicitur ꝙ aliquid dicit mutari dupl'r. vno mō subiectiue sicut est subiectū qđ recipit aliquā formā. Alio mō terminatiue: q̄admodū forma q̄ acquirit. Dico tn̄ ꝙ gradus ꝑexistēs nullo istoꝝ modoꝝ mutat': q: de rigore ista nō ꝓcedit forma intēdit vt visū est in dubio ꝓcedēti. ¶ Sz restat ꝑuū dubiū vtrū isti grad' ꝑ quos forma dr̄ intendi distinguant' realiter. ¶ Respondetur breuiter ꝙ sicq̄uia qn̄ aliqua sic se habēt ꝙ vnū actualiter ꝓducatur reliquo nō ꝓducto ꝛ vnū pōt corrūpi reliquo remanente illa distinguūtur realiter: sed grad' isti sunt hmōi igitur. Dico tn̄ ꝙ ex ipsis pōt fieri ꝛ de facto fit vna totalis forma: adeo habent vnionē et penetrationem ad inuicem in eodem subiecto ꝛ etiam in eadem parte subiecti.

An gradus quibus forma intendit' realit' distinguāt'

Dubitatur tertio quid sint sex vltima predicamenta de quibus aristoteles parū locutus est. Respōdetur ꝑ aliquas ꝓpōnes. Prima sex vltima p̄dicamēta nō sunt entitates absolute: sed sunt respectus extrinsecus aduenientes. ¶ Scđa ꝓpō. actio p̄dicamentli non est nisi respectus agētis ad passum: et passio est respect' patiētis ad agens: ꝛ nō est actio neq̄ passio illa forma q̄ ꝓducitur ab agēte in passum: vt quando ignis ꝓducit caliditatē in aq̄ illa caliditas nō est actio: sed magis est terminꝰ saltem immediatus actionis. Et si q̄s dicat nullus respectꝰ est prior suo termino: sed actio est prior illa caliditate: q: actio est principiū ꝓducēdi illam caliditatē: igitur actio non est respectus. Respōdetur negādo minorē: ꝛ ad ꝓbationem dr̄ ꝙ neq̄ actio neq̄ ꝓductio est principiū ꝓductiuū caliditatis: licet ꝓductio sit pricipiū denoīandi ꝓducens: ꝛ actio principiū denoīandi agens: ꝛ tō agens nō dr̄ formal'r agens ꝓductiōe: sz actiōe. Unde ipsius ignis ad ipsam caliditatē ꝓductā: est respectus intrinsecꝰ q̄ vocat' ꝓductio vl' eductio: ꝛ ipsius caliditatis ad aquā recipientē illā caliditatē est alius respectꝰ extrinsecus qui vocatur receptio: sed ipsius ignis trāsmutātis ad aquā trāsmutatā: est respectus extrinsecus adueniēs qui vocatur actio. Unde actio pōt bene dici principiū in denoīando: sed nō in efficiēdo saltē illā caliditatē. ¶ Scđo sic. nullꝰ respectus pōt habere plures termīos īmediatos essentialiter distinctos: sed actio hz plures terminos: quia terminatur ad illam formam productā et ad passum. Respondetur ꝙ actio que est p̄dicamentum terminatur ad passum tanq̄ ad terminum totalē ꝛ remotū: pōt etiā terminari ad illā qualitatē tanq̄ ad īmediatū: ꝛ hoc non est incōueniēs. ¶ Tertio sic. oēs respectus mutui sunt in codē p̄dicamēto: sz actio ꝛ passio sūt respectꝰ mutui: igit'. Respōdet' ꝙ illa maior est vera de respectibꝰ intrinsecus aduenientibꝰ: sed nō opz ipam eē vl'iter verā de respectibꝰ extrinsecꝰ aduenientibꝰ: cuiusmodi sunt actio ꝛ passio. ¶ Ex quo sequit' ꝙ actio nō est nisi respectꝰ extrinsecus: a quo agens formal'r dr̄ agēs: ꝛ est in ꝓprio agēte subiectiue. ꝛ passio est respectꝰ quo patiēs formal'r dr̄ patiēs: ꝛ est subiectiue in patiente. ¶ Ex quo sequit' ꝙ qn̄ dicit aristo. in textu ꝙ actioni inest ꝯtrarietas: ibi capit ꝯtrarietatē large. ¶ Tertia ꝓpō. duplex est qn̄. s. actiuū et passiuū. actiuū est respectꝰ extrinsecꝰ tēporis ad rem tpalem. i. mēsuratā ꝛ cōtentā ꝑ tēpus. Sed qn̄ passiuū est respectus extrinsecꝰ rei temporalis ad ipm tēpus. Et aduerte ꝙ nullū istoꝝ facit p̄dicamētū: sed qn̄ qđ est supiꝰ ꝛ cōe ad qn̄ actiuū ꝛ qn̄ passiuū. ¶ Quarta ꝓpō duplex est vbi scz vbi actiuū ꝛ vbi passiuū: vbi actiuū est respectus loci ad rē locatā: sed vbi passiuū est respectus extrinsecus rei locate ad ipm locū: sed nullū illoꝝ est p̄dicamētū: sed vbi qđ est cōe ad vbi actiuū ꝛ vbi passiuū. ¶ Quinta ꝓpō. situs seu positio p̄dicamentū nō est aliud nisi ordo ꝑtium alicuꝰ totius ad ꝑtes loci. ¶ Sexta ꝓpō. habitꝰ nō est nisi respectꝰ extrinsecꝰ alicuꝰ habitus: vt tunice: vel alicuꝰ alteriꝰ hmōi ad rem habituatā. Et de omnibus istis magis ꝓlixe visum est in summulis. Et hec de tertio articulo.

Qn̄ quot mōis capitur.

Ubi q̄t mōis capitur.

Quid est situs seu positio. Quid est habitus.

Quantū ad tertium articulum sit cōclusio responsalis. diffinitio qualitatis ꝛ diffinitio qualis: ꝛ eoꝝ ꝓprietates ꝛ species sunt a philosopho sufficienter assignate in textu. Et hec conclusio relinquitur probata ex primo ꝛ scđo articulis. ¶ Ad rationes patet solutio ex dictis de primo argumēto. ¶ Ad scđam ptz etiā solutio. Et aduerte tamē ꝙ illa diffinitio qualitatis datur ꝑ ly quale tanq̄ ꝑ aliquid notiꝰ nobis: ꝛ ly quā in illa diffinitōe ꝓprie debet referre formā accidentalem subintellectā: ita ꝙ sit sensus qualitas est forma accidētalis fm̄ quā supple formā accidentalē aliquid dicitur quale. ¶ Ad tertiam dicitur ꝙ illa quattuor vt visum est non sunt ꝓprie species: sed modi qualitatis. Dico vlterius ꝙ habitꝰ ꝛ dispositio ꝓprie capta differūt: quia vnum est de difficili mobile Aliud de facili. ꝛ hoc sufficit ad ꝙ coniūgantur per coniunctionem. ¶ Ad quartam dicitur ꝙ forma generaliter capta vt dicitur ab informando: est bene cōmunis ad formas substātiales et accidentia: sed nō forma specialiter capta. vt visum est in primo articulo. ¶ Ad quintam patebit solutio in capitulo de oppositionibꝰ qualiter albedo ꝛ nigredo vel caliditas ꝛ frigiditas dicūtur cōtrariari adinuicē. Ad aliam partem dicitur ꝙ forma dr̄ esse simplex ꝛ indiuisibilis: vt simplex opponitur compositioni ex materia et forma ꝛ non cōpositioni que est ex suis partibꝰ que sunt gradus perfectionales. Ad aliam partem patet solutio in primo articulo.

Cōclusio rñsalis d̄ q̄litate ꝛ q̄li diffinitione ꝛ ꝓprietate.

Opposítio q̄t mōis dicit'

¶ Sequitur textus.

Quotiēs aūt solet opponi dicendū est. Dicitur autē alterum alteri opponi quadrupliciter: aut vt ad aliq̄d: aut vt contraria: aut vt priuatio ꝛ habitus: aut vt affirmatio et negatio.

Opposítionis acceptiōes

¶ Iste est tertius et ultimus tractatus hui⁹ libri in quo phūs determinat de postp̄dicamētis et cōtinet quinq̧ capitula: s̄m q̄ sunt q̄nq̧ post predicamēta. In primo capitulo determīat de primo postpredicamēto scʒ de oppositione: enumerando suas sp̄es dicens q̄ alterū dicitur alteri opponi quadrupliciter. s. relatiue vt duplum opponitur dimidio. cōtrarie: vt malū bono. priuatiue: vt habitus: priuationi. cōtradictorie: vt sedet non sedet. Deinde notificat p̄dicta diffinitiue.

Que dicūr relatiue opposita

Et primo relatiue opposita: dicēs q̄ relatiue opposita sunt q̄ eaip̄a que sunt oppositorū dicuntur: aut quōmō aliter ad aliud: vt duplū dicitur opponi dimidio. Sʒ q̄z aliquis posset obiicere: dicēdo q̄ predicta diffinitio cōuenit ɔtrarijs. q̄z ɔ̄ria videntur dici ad aliud. Hāc obiectionem mouet phūs dicens q̄ cōtraria pro denoīato nullo modo referūtur adinuicē. quod probat duobus exemplis. Primū. vt malū non dicitur boni malū. sed bene dicitur bono cōtrariū. Secundū: vt nigrū non dicitur albi nigrū. sed albo ɔtrariū. sʒ si capiatr̄ p̄ p̄ se significato bn̄ dicunt̄ ad aliud.

Contrariorū diuisio.

¶ Deinde determīat de ɔtrarijs supponēdo diuisionē eorū scilicʒ mediata ⁊ īmediata. Primo diffinit mēbra illius diuisionis dicēs

Que dicūr cōtraria īmediata.

contraria immediata sunt quorū necesse est alterum inesse suo p̄prio susceptibili. vt egritudo et sanitas sunt ɔtraria īmediata corpis animalis. Unde necesse est animal vl̄ esse sanū vel esse lāguidū seu egrū. Similiter par ⁊ impar sunt contraria īmediata respectu numeri. oīs eīn nūer⁹ est par vel impar abūdās vel p̄fectus.

Que dicūr cōtraria mediata

¶ Sʒ cōtraria mediata sunt quorū nō est necesse alterū inesse suo p̄prio susceptibili. de quib⁹ dat duo exempla. Primū. albū ⁊ nigrum sunt duo cōtraria mediata respectu corporis: q̄z nō est necesse oīne corpus esse albū vl̄ nigrū: q̄z pōt esse corp⁹ fuscum ⁊ pallidū. Scdm̄ exemplū: prauū ⁊ studiosum sunt duo ɔtraria mediata: q̄z nō est necesse vnūq̧dq̧ esse prauū vel studiosuʒ.

Cōtrariorū mediatorū diuisio.

Et subdit q̄ duplicia sunt ɔtraria mediata. quedā sūt quorū media sunt nota. vt inter albū ⁊ nigrum quorū media sunt nota: scʒ fuscum ⁊ pallidum. Alia sunt quorū media nō sunt nota: sʒ nominātur p̄ negationē vtriusq̧ extremi. vt īter prauū et studiosuʒ est aliq̄d mediū q̄d scʒ nec ē prauū nec studiosum.

Priuatiue oppositorum diffinitio.

¶ Deinde determīat de priuatiue oppositis: dicēs q̄ priuatiue opposita h̄nt fieri circa idem subm̄: ordine irregressibili ⁊ tēpore determīato a natura. In qua diffinitione

Cōditiones requisite ad priuatiue opposita.

tangūtur tres ɔditiones req̄site ad priuatiue opposita. p̄ma q̄ habeāt fieri circa idem vt visus et cecitas circa oculū. Scd̄a q̄ habeant fieri ordine quodā. Tertio q̄ habeāt fieri tp̄e determīato: q̄z tūc dicim⁹ aliquid priuari q̄n nō h̄z hoc quod natū est habere ⁊ tp̄e determīato: nō eīn

Priuatō ⁊ priuari q̄nō dr̄nt. Habitus ⁊ habere habitum dr̄ia.

dicimus edētulū q̄ nō h̄z dentes nec cecū q̄ non h̄z visum sʒ q̄ nō h̄z q̄n natus est habere. Quedam eīn sunt res genite q̄ neq̧ visum neq̧ dentes h̄nt ⁊ tn̄ nō dicūtur edētate ⁊ cece. Deīn ponit dr̄iāʒ inter priuari ⁊ priuationē. Et int̄ habitum ⁊ habere habitum: dicēs q̄ priuari nō ē priuatio: nec habere habitū est habit⁹: q̄z visus est habitus ⁊ tn̄ nō est habere habitū: habere enīʒ visum nō est habit⁹ scʒ visus licet habere visuʒ sit habere habitū. Similiter cecitas est priuatio et nō est priuari sʒ cecū esse sit priuari. ergo priuatio nō est priuari. Hoc p̄bat etiā ratione. nā si illa essent eadeʒ p̄dicarētur de eodē q̄d est falsuʒ: q̄z hō bene dicit̄ cecus ⁊ priuat⁹ ⁊ nullo modo dr̄ cecitas aut priuatio. Cōueniūt tn̄ priuari ⁊ habere habitū cū priuatione ⁊ habitu. quia priuari ⁊ habere habitū eodē modo opponūtur sicut habitus ⁊ priuatio que sūt sua abstracta.

Cōueniētia dr̄ia affirmationis et negationis.

Consequēter determīat de ɔtradictorijs ponēdo ɔuenientiam ⁊ dr̄iam inter affirmationeʒ ⁊ negationē. Et res que subiacēt affirmationi et negationi dicens q̄ res que subiacent affirmationi ⁊ negationi non sunt affirmatio neq̧ negatio. cum affirmatio sit oratio affirmatiua: et negatio oratio negatiua. Nullū autē illorum que subiacent affirmationi vel negatiōi est oratio.

Quid est affirmatio.

Quid est negatio.

Cōueniētia talis est: quia sicut affirmatio ⁊ negatio opponūtur cōtradictorie: ita res que subiacent affirmationi vel negationi: vt sicut sedet et nō sedet opponūtur cōtradictorie ita res significate que illis subiacent opponūtur cōtradictorie. In scd̄a parte principali p̄onit differētiam inter species oppositionis. Et primo ponit duas differentias inter priuatiue opposita et relatiua.

Dr̄ia contrariorū ⁊ priuatiue oppositorum.

Prima quia relatiue opposita referūtur ad inuicē sub habitudine alicuius casus: non autē priuatiue opposita. Non eīn dicit̄ visus cecitatis visus nec ecōtra. licet bene dicat̄ cecitas visionis priuatio. Scd̄a differētia. quia relatiue opposita sunt reciproca. i. dicuntur ad cōuertentiā: nō aūt priuatiue opposita. Deinde ponit differētiā inter cōtraria ⁊ priuatiue opposita. Et primo p̄bat q̄ cōtraria immediata differant a priuatiue oppositis: quia in ipsis necesse est semp̄ alterum inesse suo p̄prio susceptibili: sed in priuatiuis nō est necesse. Non eīn est necesse aīal esse vidēs vel cecū vt p̄ʒ de catulo ante nonū diē. ¶ Deinde p̄bat de cōtrarijs mediatis q̄z nūq̄ est necesse alterū illorū inesse suo p̄prio susceptibili: nisi alterū illorū insit a natura: vt calidū igni. Nō opʒ eīn oīne corp⁹ esse nigrū vel albū: calidū vel frigidū: licet in illis quorum alterū inest a natura necesse sit vnū determinate in esse: ⁊ īpossibile est reliquū inesse: non eīn est possibile ignē esse frigidum: neq̧ nunc nigram. In priuatiue aūt oppositis aliquādo necesse est alterū inesse. s. post tēpus determīatuʒ. ¶ Deinde p̄bat ratione oīa cōtraria differre a priuatiue oppositis: quia in omnib⁹ cōtrarijs potest fieri mutatio de vno in aliud: ⁊ ecōtra: nisi alterū insit a natura: vt sanus pōt fieri lāguidus: ⁊ studiosus prauus: ⁊ ecōtra. Sed in priuatiue oppositis ꝗ̄uis possit fieri mutatio ab habitu in priuatō em: nō tn̄ a priuatione in habitū q̄z cecus nō est iterū factus videns.

Quō differūt contradictoria ab aliis oppositis.

¶ Deinde ponit differentiam inter cōtradictoria ⁊ alia opposita: quia in solis cōtradictorijs necesse est alterū esse verū ⁊ alterū esse falsum. ⁊ q̄ hoc in alijs

non sit necesse ꝓbat. qꝛ sanitas et languor sunt ꝯtraria et duplum et dimidiū relatiue opposita: visus et cecitas priuatiue opposita. ⁊ nullū isto rum est verū aut falsum. qꝛ omnia illa dicuntur sine complexione. eorum autem que ſm nullaꝫ cōplexioneꝫ dicūtur nihil est veruꝫ aut falsum.

An in cō plexis reperiātur cōtraria,

¶ Deinde remouet vnum dubium. quia posset aliqs dicere ꝙ etiā in cōplexis reperitur cōtraria oppositio ꝓuatiua ⁊ relatiua in quibꝰ necesse est alteꝝ esse verum ⁊ alterū falsum. vt socrates est sanus. socrates est eger: et est languidus. Dicit pħo ꝙ in talibus non est necessariū vnum istoꝝ esse verū et alterum falsum ꝗuis si socrates sit: oportet alteꝝ esse verū et alterum esse falsuꝫ. tñ quādo socrates nō est: ambe sunt false. Sed in cōtradictorijs necesse est alterū esse verū ⁊ alteꝝ falsum. qꝛ si socrates sit siue nō: necesse est ipm languere vl' nō languere. ¶ Ex quibus concludit ꝙ propriū est cōtradictorijs semꝑ vnuꝫ esse verum et alterū falsum. ¶ In tertia pte principali ponit qnqꝫ proprietates ꝯrioꝝ.

Cōtrariorū qnqꝫ sunt ꝓꝓetates,

Prima est ꝙ bono de necessitate malū est ꝯrium. malo aūt aliqñ bonū est ꝯriū aliqñ malū. Primā partem ꝓbat inductiue vt sanitati ꝯtrariatur languor et iusticie iniusticia. ⁊ fortitudini debilitas. Secūdam partē probat. egestati cōtrariatᷓ supabūdantia: licꝫ hoc sit in paucis. qꝛ in pluribꝰ malo contrariatᷓ bonum. ¶ Secūda non est necesse si vnū cōtrariorum sit: reliquū esse. quia omnibus existentibus sanis sanitas erit et non egritudo ¶ Tertia ꝓꝓrietas: sicut non ē possibile ꝓpōes contrarias simul esse veras: ita est impossibile cōtraria simul inesse eidē. vt si socrates sit sanꝰ ipe nō erit languens. ¶ Quarta ꝓꝓrietas. oīa ꝯtraria habēt fieri circa ideꝫ spē vel genere. vt lāguor ⁊ sanitas circa corpus. iusticia vero ⁊ iniusticia circa aīam. ¶ Quinta ꝓꝓrietas. necesse est oīa cōtraria esse in eodē genere vel in contrarijs generibus aut ipa esse cōtraria genera vt album ⁊ nigrum sunt in eodē genere. iusticia et iniusticia sunt in cōtrarijs generibus. sed bonum ⁊ malum sunt contraria genera.

Prius ꝙ druplici ter capiᷓ

Prius aūt alterum altero dicitur ꝗdrupliciᷓ. Primo quideꝫ ⁊ proprie ſm tēpus ſm quod scꝫ antiquꝰ ⁊ senius dicitur. Scd̄o aūt modo qd̄ nō cōuertitur subsistendi cōsequētia. vt vnus duobus prior est.

¶ Istud est scd̄m capitulū huiꝰ tractatꝰ in quo philosophꝰ determiat de scd̄o post p̄dicamēto qd̄ est prius dicēs ꝙ aliquid diciᷓ prius ꝗdrupliciter. Primo dicitur aliq̄d prius ſm tēpus quod est antiquꝰ vel senꝰ altero. Scd̄o modo aliq̄d dicitur priꝰ a quo non ꝯuertiᷓ subsistendi ꝯn̄a. vocaᷓ aūt subsistendi ꝯn̄a qua arguiᷓ ab antecedente de est scd̄o adiacente ad ꝯn̄s de est tertio adiacente. ⁊ ſm istum modū vnuꝫ est prius duobus: qꝛ duobus existētibꝰ necesse est vnū eē. vno aūt existente nō est necesse duo esse. Tertiō modo aliq̄d dr̄ prius alio ordine nature ⁊ cōpositionis vt in geometria elemēta sūt priora his q̄ describūtur vt linee figuris. ⁊ in grāmatica. elemēta id est littere sunt priores sillabis: ⁊ in rhetorica proemiū est priꝰ narratione. Quarto modo aliq̄d diciᷓ prius qd̄ est dignꝰ ⁊ honorabilius ſm quē modum philosophi ꝯsueuerūt dicere honorabiliores ⁊ magis a se dilectos esse priores. Consequēter subiūgit vnū aliū moduꝫ prioris ſm quē aliqua duo ꝯuertunᷓ ſm essendi ꝯn̄am ⁊ vnum est causa alteriꝰ: ita ꝙ illd̄ qd̄ est causa alterius diciᷓ prius natura. vt res et oratio vera de ipa re ꝯuertunᷓ ſm essendi cōsequentiaꝫ: nam si est homo tūc vera est oratio in qua dr̄ homo est. ⁊ si ista homo est sit vera tunc est ita in re ꝙ homo est ⁊ res est cā veritatis orationis. Ab eo eñ ꝙ res est vel nō est oratio dicitur vera vel falsa. ¶ Sequitur textus.

Simlᷓ ꝗe mōis capitur,

Simul autē dicuntur simpliciter q̄dem et proprie quorū generatio est in eodē tēpore: neutrū enim neqꝫ prius neqꝫ posterius est eorum.

Iste est tertius tractatus in quo determinat philosophus de tertio post p̄dicamento qd̄ est simul dicēs ꝙ tres sunt modi simultatis. Primo dicuntur aliqua simul tēpore quoꝝ generatio est in eodē tēpore. Scd̄o modo dicuntur simul nata quecumqꝫ conuertūtur ſm essendi ꝯn̄am ⁊ neutrū est causa alterius: vt duplū ⁊ dimidiū ⁊ oīa relatiua. vt si duplū est dimidiū est. Tertio mō dicūtur simul natura: quecūqꝫ equaliter diuidūt aliqd̄ genus vt gressibile. volatile ⁊ aquatile quibꝰ animal diuidiᷓ ⁊ vnū nō est priꝰ aut posteriꝰ alio: ideo ipsa sunt simlᷓ natura licet genus p̄cedat natura suas differentias: tñ ille differētie inter se sunt simul natura.

Sex sūt spēs motus,

Motus autē sex sunt species: generatio: corruptio: augmētū: diminutio: alteratio: ſm locum mutatio.

¶ Istud est quartum capitulum huius tractatus in quo determinat philosophus de quarto postp̄dicamēto qd̄ est motus cuius assignat sex spēs q̄ sūt. generatio: corruptio: augmētatio: diminutio: alteratio: ⁊ loci mutatio. ⁊ dicit ꝙ manifestū est de alijs motibꝰ ab alteratione ꝙ sunt adinuicem distincti. Sed de alteratione videtur esse dubium an ab alijs distinguatur eo ꝙ illud qd̄ alteraᷓ videtur necessario moueri alijs motibus. Respondet ꝙ nō oportet: qꝛ possibile est aliquid pluries mutari ſm qualitates: vt puta de albedine in nigredinem absqꝫ hoc ꝙ augeatur vel diminuaᷓ aut alio motu moueaᷓ.

An alteratio distinguaᷓ ab alijs motibus

Sequeretur etiam ꝙ oīe quod mutareᷓ alijs motibus necessario alteraretur quod est falsuꝫ. quia quadrāgulus addito gnomone augmētatus est. ⁊ tñ circa ipm nō est facta alteratio. Cōsequēter determinat de cōtrarietate motus dicens ꝙ vniuersaliter motui cōtrariatur quies: licet aliquando motus cōtrariaretur motui: vt generationi ꝯtrariaretur corruptio: ⁊ augmentationi diminutio: sed loci mutationi cōtrariaᷓ

quies secundum locum et etiā sibi cōtrariatur mutatio fm contrarium locū vt mutationi que est sursum cōtrariatur mutatio que est deorsū. Deinde subdit ꝙ motui alterationis non est facile assignare contrarium. non enim videtur aliquid sibi opponi sed potest dici ꝙ alterationi secundum vnam qualitatē cōtrariatur quies fm eandem qualitatem. vl' alia alteratio que est secundum contrariam qualitatem. Textus.

Habere quot modis dicit.

Habere autem multis dicitur modis. aut enī tanꝗ habitum ⁊ affectū aut quamlibet qualitatem aliā. dicimur enim disciplinā habere atq; virtutem. aut quantitatem quod contingit ei qui habet magnitudinem dicit enim bicubitū. aut ea que circa corp⁹ sunt: vt vestimentū vel tunicam.

¶ Istud est quintum capitulum huius tractatus in quo determinat philosophus de vltimo postpredicamento quod dicitur habere dicens: habere dicitur octo modis. ¶ Primus modus est habere affectum: id est qualitatem: vt habere disciplinam vel virtutem. ¶ Secundus modus est habere quātitatem sicut magnitudinē. ¶ Tertius modus est habere ea que circa corpus sunt: vt vestimentum et tunicam. ¶ Quartus modus est habere aliquid in membro p modū ornamenti vt hēre annulū in digito. ¶ Quintus modus est habere membrū siue partem integralem vt manum vel pedem. ¶ Sextus modus est habere contentū: vt lagena habet vinū. ¶ Septimus modus est habere possessionem: vt domū vel agrum. ¶ Octauus modus est habere vxorē et iste modus est alienissimus: quia qui habet habet. Deinde se excusat philosoph⁹ ab enumeratione alioꝝ modorū habere dicēs ꝙ forte sunt alij modi habere ꝙ illi q dicti sunt tamen modi magis cōsueti sunt enumerati.

An diuisiones et spēs q̄ꝗ postp̄dicamentoꝝ sufficient sint assignate

Queritur circa textum vtrum diuisiones et species siue modi q̄ꝗ postpredicamentorum sint a philosopho in textu conuenienter assignate. ¶ Arguit primo ꝙ non. medium opponitur extremis: et non aliquo istorū modorum igitur: minor patet quia non opponitur priuatiue. neq; contradictorie neq; relatiue vt notum est: neq; contrarie: qꝛ ꝯtraria maxime debent distare adinuicem. Itē albedo et nigredo opponuntur adinuicē. et nō aliquo istorum modorum. igitur. Minor probatur. quia maxime essent contrarie: sed hoc nō. qꝛ cōtraria sunt forme actiue et passiue. sed albedo et nigredo non sunt huiusmodi: igitur. Itē vel albedo opponeretur nigredini que est: vl' nigredini que non est. sed nullū istorum est dicendum vt alias visum est: igitur. ¶ Arguitur secundo sic. locus sursum et locus deorsum opponuntur. et non aliqua istarū specierū: igitur. maior patet: quia omnis motus est de opposito in oppositum. sed a loco sursum ad locum deorsū fit motus: igitur opponuntur. minor probatur. quia maxime essent contrarie. sed hoc nō: quia tam locus sursum ꝙ locus deorsum sunt ꝗtitates. modo ꝗtitati nō est contrarium. ¶ Tertio sic arguitur. nulla opponuntur relatiue: igitur. antecedens probatur: quia illa que sunt simul natura ⁊ posita se ponunt non opponuntur adinuicem. sed sic est de relatiue oppositis: igitur. Item pater non opponitur filio: cū pater sit conseruatiuus ipsius filij. ¶ Quarto sic arguitur. nulla sunt priuatiue opposita: igit. antecedens probatur. si enim aliqua essent priuatiue opposita maxime essent ista: visus et cecitas. sed consequens est falsū: igitur. minor probatur. quia vel visus opponeret priuationi que non est: vel priuationi que est. Non primum: quia quod nō est nulli opponitur. nec scd'm: quia visui platōis non opponitur priuatiue cecitas sortis: ex eo ꝙ priuatiue opposita habent fieri circa idē subiectū. ¶ Quinto sic arguitur: ens et nō ens sunt opposita contradictorie: et tamen non oportet ꝙ si vnum sit verum ꝙ reliquū sit falsum. quia neutrum est verū neq; falsum: cum sint ambo incomplexa. ¶ Item chimera est ens. chimera est non ens. sunt contradictorie opposita. et tamen sunt ambo cōplexa et sunt ambo falsa. cū vtraq; sit affirmatiua cuius subiectum pro nullo supponit. ¶ In oppositum est phs in textu. In questione sicut in ceteris erūt tres articuli.

De q̄ oppositōne phs h' loquitur.

Quantum ad primū sciendum est primo ꝙ pilosophus non loquitur hic de oppositione cōplexa seu de oppositiōe propositionū quia de tali sufficienter determinabitur in p̄mo peryarmenias. sꝫ hic determīat de oppositione incōplexa que non est nisi repugnantia aliquorum duorū nō se permittētium simul et semel in eodē respectu eiusdē et talis proprie primo et principaliter inuenitur ex parte significatoꝝ per terminos. et secundaria solum inter terminos. vnde termini non dicuntur opponi proprie nisi qꝛ res significate per ipsos opponuntur. non enim magis apponuntur isti duo termini albedo et nigredo: ꝙ isti duo termini: petrus ⁊ iohānes. nisi ratione rerum significatarū. Et si quis dicat eadē est res que significatur per relatiue opposita: qꝛ per ipsa nō significatur nisi substantia: vt per istum terminum pater et per istū terminum filius idem potest significari: scꝫ substātia. Respondetur ꝙ licꝫ per illos terminos idē significetur ꝗtum ad significatū materiale nō tamen quo ad significatum formale. naꝫ pater quo ad significatum formale significat paternitatem. que est alia res a filiatione significata p illum terminū filius. ¶ Ex quo sequitur ꝙ ista oppositio incomplexa est attendenda p̄mo ex parte significatorum principalium et formaliū terminorum et non materialiū. Et per hoc soluitur argumentū de priuatiue oppositis et cōtradictorie oppositis. nam licet cecus de significato materiali significet formā vel rem carentē visu. tamen de significato formali significat ca

rentiam visus quia non est nisi negatio visus in subiecto apto nato. Etiam non homo de significato formali importat simpliciter negationem humanitatis sine qualicumq; aptitudīe. Et aduerte ꝙ licet relatiue opposita possint verificari de eodem. vt idem potest dici pater et filius: nō tamen respectu eiusdem. Et si quis dicat causa et causatum sunt relatiue opposita. ⁊ tamen bene dicuntur de eodē respectu eiusdem. vt ambulatio post cenam est causa sanitatis et effectus ei⁹. Respondetur ꝙ hoc non est in eodē genere cause. nam ambulatio est causa sanitatis in genere cause efficientis. et est effect⁹ eius in genere cause finalis.

Relatiue oppositis quibus conueniat.

¶ Aduerte vlterius ꝙ relatiue opponi non conuenit relatiuis equiparantie saltem respectu suorum correlatiuorum. nam relatiuū equiparantie non opponitur suo correlatiuo. vt simile non opponitur simili: licet vnum relatiuū eq̄parātie bn̄ opponatur alteri relatiuo eq̄parantie. vt idē bn̄ opponitur huic qd̄ est diuersum: ⁊ simile huic qd̄ est dissimile. Ex quo pz ꝙ nō oīa relatiua opponūtur suis correlatiuis: sz hoc solū hz verum in relatiuis suppositionis et suppositiōis.

Contrarietatis acceptiões

Sciendum est secundo ꝙ contrarietas potest capi dupliciter. vno modo proprie et stricte pro repugnantia duarū formarū actiuarum et passiuarū adinuicem maxime distantiū distātia graduali non potentium simul et semel inesse eidem subiecto licet bene successiue. et sic contrarietas solum dicitur de qualitatibus primis: cuiusmodi sunt caliditas: frigiditas: humiditas: et siccitas. Et dicitur notanter maxime distantium distātia graduali: quia si non maxime distarent distātia graduali possent inesse eidem subiecto et in eadē parte. sicut patet de aq̄ tepida. Ex quo sequitur ꝙ caliditas et frigiditas non dicuntur contrariari adinuicē sub quibuscumq; gradibus. sed solum sub maxima intentiōe graduū. Ex quo sequitur ꝙ non dicūtur proprie cōtrariari ex rationibus formalibus eorum. sed ex latitudine graduū. de quo magis alias videbitur. Alio modo capitur cōtrarietas large pro repugnantia duarum formarum non se permittentiū simul et semel in eodem subiecto. siue tales forme sint actiue et passiue adinuicem siue nō. Et hoc modo albedo ⁊ nigredo dicuntur contrariari. etiam rubedo et nigredo: et rubedo et viriditas. Etiam due forme substantiales possunt dici hoc modo contrariari. et etiā locus sursum et locus deorsum. tamen locus deorsum et locus sursum quandoq; capiuntur pro qualitatibus existentibus in talibus locis: et sic bene possunt contrariari adinuicē cōtrarietate proprie dicta.

Contraria q̄re dicuntur mediata.

Et aduerte ꝙ contraria mediata non dicuntur mediata. eo ꝙ medium cōponatur extremis: sz quia magis apparet conuenire cum extremis q̄ extrema inter se. vt rubeum mediat inter album et nigrum. non quia rubedo componatur ex albedine et nigredine, sed quia magis cōuenit cū albedine et nigredie q̄ albedo et nigredo inter se et a negatione talis medij dicuntur cōtraria immediata: et nō per negationē cuiuscumq; medij.

Quotuplex est priuatio.

Sciendum est tertio ꝙ priuatio est duplex. quedam est proprie dicta que negat actum et potentiam seu dispositionem ad illum actum vt cecitas. et a tali non potest fieri regressus naturaliter. Alia est que solum negat actum et nō potentiam seu dispositionem ad actum. vt quies negat motum et non dispositionem ad motū: ⁊ a tali bene potest fieri regressus naturaliter. Supponitur vltra ꝙ habitus et priuatio habēt fieri aliquādo circa idē in eodē genere proximo. ⁊ isto modo talpa diceretur ceca: q2 in q̄tū animal est apta videre. Alio modo circa idē in genere remoto: ⁊ sic planta bene diceretur ceca: q2 in q̄tū viuens nata est videre: et sic potest diffiniri cecum. vn̄ cecū est animal nō videns nec potēs videre: et est de genere illorum quorū aliquod natū est videre. vel sic: cecū est animal nō videns tūc et taliter quō natum est videre.

Quid est cecum.

Dicitur notanter tunc. quia licet catulus an̄ nonū diem nō videat tamē non dicitur cecus: q2 tunc non habet tempus determinatum. Dicitur notāter taliter quō. q2 licet aliquis dormiat vel claudat oculos tamē non est cecus. q2 nō taliter nat⁹ est videre Sed pro contradictorijs supponitur ꝙ contradictoria sunt quorum vnū est positiuum et alterū implicans id cum negatiōe infinitante. vt hō. non hō. vnde differentia est inter negationē infinitantē ⁊ priuātem. quia negatio infinitans simpliciter negat terminū nō cum aptitudine ad aliquem actum. Sed negatio priuās negat terminū cum aptitudine ad actum. vt cecitas negat visum cū aptitudīe ad subiectū.

Que dicuntur contraria.

Et aduerte ꝙ qn̄ dr̄ ꝙ necesse est alterū cōtradictoriorum esse verū: et alterum falsum. dicūt aliqui ꝙ hoc debet intelligi de contradictorijs complexis. q2 contradictoria incōplexa nō sunt vera neq; falsa. sed q2 arist. nō videtur hic loq̄ de oppositione cōplexa sed incōplexa: ideo potest sic exponi. necesse est alterū esse verū et alterum esse falsum. i. necesse est alterum vere enūciari et alterum false de quolibet singulari singulariter et vniuoce tento: diuisim ⁊ copulatiue mediante copula non amphata. et dicitur notanter singulari: q2 de aliquo cōmuni potest vtrumq; vere dici. vt homo est albus: hō nō est alb⁹. Dicitur notanter vniuoce tēto. quia si sint duo vocati hoc nomine sortes: quorum vn⁹ sit albus et ali⁹ niger tunc iste sunt vere sortes est albus: sortes est nō albus Et dicitur notanter diuisim: q2 copulatim et disiunctim pn̄t de aliquo singulari vere dici. vt de scuto pro media parte albo et pro media parte nigro verum est dicere hoc est album. hoc est non album. Etiā de scuto totaliter albo verum est dicere hoc est album vel non album. et huius ratio est quia disiunctum ex contradictorijs supponit pro quolibet ente mundi. ideo tale disiunctū potest dici de quolibet ente mundi.

Dubitatio circa proprietates contrariorum

Sciēdum est quarto ꝙ circa textū incidunt aliq̄ difficultates. Prima vtrū ista sit vera vel falsa necesse est alterū contrariorum immediatorum inesse suo proprio susceptibili. Et videtur

q̄ nō: q̄ illa indefinita est falsa cuius nulla sin-
gularis est vera: sȝ sic est q̄ istiꝰ indefinite nulla
singlarȝ est vera. igit̄. ¶ Rūdet̄ breuiter: q̄ ali-
qui dicūt illā esse falsam ꝓpter rōnem factam.
Dicunt tñ alij q̄ ipa est vera ꝛ q̄ nō est inconue-
niens aliquam pticularez vel indefinitā esse ve-
ram cuiꝰ nulla singularis est vera cuiusmōi est
ista alterū ꝯtradictorioꝝ ꝯtingentiū esse veruȝ
est necessarium ipa est vera ꝛ tñ nulla singula-
ris est v̄a. dicūt ēt q̄ aliq̄ vlis ē possibil̄ cuiꝰ q̄lȝ
singlarȝ ē ipossibilis vt demōstratis duobꝰ ꝯtra-

Vtrum albedo nigredi opponatur.

dictorijs ꝯtingentibꝰ ipa est impossibile. vt pa-
ta ista vtrūqȝ ꝯtradictorioꝝ ꝯtingentiū est ver̄
tñ quelibet singularis est possibilis. ¶ Alia dif-
ficultas q̄ albedo opponit̄ nigredini. Rūdetur
q̄ oīs albedo pfecta est oīni nigredini pfecte cō-
traria: ꝛ tūc iȝ exponi illa auctoritas. contraria
sunt q̄ nata sunt fieri circa idez sub̄m hoc est di-
ctu q̄ forme contrarie pñt esse successiue in eo-
dem subiecto vel sibi similes. ¶ Ex quo sequit̄
q̄ ad hoc q̄ aliqua sint cōtraria sufficit q̄ ipsa
vel sibi similia possint se expellere ab eodē sub-
iecto. ¶ Alia difficultas vtrum ista sit vera im-
possibile est ignem esse frigiduȝ ꝛ niuem nigrā.
Respondetur q̄ si ly impossibile accipiat̄ vt op-
ponitur potentie naturali. tunc ille sunt v̄e. nā
per naturam ignis nō potest esse frigidus neqȝ
nix nigra. cū hoc tñ stat q̄ caliditas ignis sit se-
parabilis ab igne: q̄ separabilitas a subiecto ē
passio caliditatis: ergo conuenit omni calidita-
ti. ꝛ per consequens conuenit caliditati ignis.
Et hec de primo articulo.

An alia postpdicamenta ab oppositiōe sint bene assignata.

Quantum ad scd̄m dubitatur pri-
mo. vtr̄ alia postp̄dicamēta ab oppositione sint
sufficient̄ posita. Pro cuiꝰ solutōe supponit̄ p̄mo
q̄ p prius postp̄dicamentuȝ pōt intelligi aliud
postp̄dicamentū qd̄ vocat̄ posterius. ꝛ tot mo-
dis pōt dici posterius: quot modis dicit̄ prius.
Et aduerte pro p̄mo mō prioris q̄ illd̄ dr̄ prius
tempore alio qd̄ tempore priori prius eo existit
vel existebat. Ex quo sequit̄ q̄ aliq̄d dr̄ prius tē-
pore alio qd̄ nō existit. Aduerte ex q̄nto mō p̄o-
ris in quo dr̄ q̄ orationē esse verā ꝛ ita eē in re
ꝯuertunt̄ adinuicē: h̄ iȝ intelligi si ꝓpō exp̄mēs
talit̄ eē in re formet̄: vt bñ sequtur ꝓpō est v̄a: er-
go ita est in re. Itē bñ sequtur: ita ē in re. ḡ ꝓposi-
tio est vera supple si formet̄. nā pōt esse ita in re
dato q̄ ꝓpō nō formet̄ quo facto ita erit in re.
et tñ ꝓpō nō erit vera nisi intelligeret̄ obiecti-
ue. i. cā verificabilis ꝓpōnis est. Sȝ pro secūdo
postp̄dicamēto est aduertendū q̄ illa nō dicun-
tur esse simul tempore: que existunt in eodē tē-
pore. q̄ tunc omīa essent simul tempore cū om-
nia existāt in eodem tempe: sed dicūtur aliqua
esse simul tempore que simul sunt in eodē tem-
pore. ꝛ quorum vnū nō fuit ante aliud f̄m tem-
pus. Aduerte pro scd̄o m̄ō q̄ si quis arguat: cā

Causa ꝛ causatuȝ quot modis capiuntur.

et causatum sunt simul natura f̄m scd̄m modū
et tñ vnum est causa alterius: igit̄. Similiter di-
ceretur de patre ꝛ filio. Rūdetur q̄ cā ꝛ causatū
possunt capi dupl̄r. vno mō pro denoīato: sc̄ȝ
pro significato materiali: ꝛ sic nō sunt simul na-
tura: ꝛ tunc vnū est bene cā alterius. Alio mō p
per se significato. ꝛ sic bene sunt simul natura ꝛ
vnum nō est cā alterius. Aduerte etiam q̄ tot
possunt esse mōi simultatis: quot sunt mōi p̄o-
ris. tñ philosophus enumerat solū illos modos
qui faciunt ad cognitionē aliqualē p̄dicamēto-
rum habendā. Sȝ pro quarto postp̄dicamento
est aduertendū q̄ qñ dicit̄ q̄ sex sunt sp̄es mo-
tus: ibi capitur motꝰ large vt se extēdit ad om-
nem mutationē siue sit successiua siue instanta-
nea: ꝛ sic generatio ꝛ corruptio sunt bene motꝰ
Aduerte vlteriꝰ q̄ sicut sunt duo motꝰ ad q̄ti-
tatem. s. augmētatio ꝛ diminutio: ita etiā sunt
duo motus ad qualitatez: quoꝝ vnus est acq̄si-
tiuus ꝛ alter deperditiuꝰ qui important̄ p istud
nomē alteratio ꝓpter penuriā vocum. Etiā pñt
esse duo sp̄ius loci mutationis. Aduerte etiam
q̄ per augmētationē ꝛ diminutionē intelligun-

Augmētatōis acceptiōes

tur duo alij motꝰ. s. rarefactio ꝛ dempsatio. Ad-
uerte vlterius q̄ duplex est augmētatio: quedā
est mathematica que fit quotiēscūqȝ aliq̄d ad-
ditur alteri: ꝛ talis bene pōt fieri sine alteratio-
ne. sicut exemplificat̄ in textu de gnomone ad-
dito quadrāgulo. Alia est phisica: ꝛ talis nō fit
nisi per ꝯuersionem nutrimēti in substantiā al-
ti: ꝛ talis nō fit sine alteratione. Sȝ pro quinto
postp̄dicamēto est aduertendū q̄ modi habere
sunt in diuersis p̄dicamētis. ꝛ ꝓprie sunt in il-
lo p̄dicamento in quo est res habita: p̄mus mo-
dus qui est habere affectum id est qualitatē qd̄
idem est q̄ esse quale: est in p̄dicamēto q̄litatis
et habere quantitatem qd̄ idem est q̄ esse q̄tuȝ
est in p̄dicamento quātitatis. ꝛ sic de alijs.

An oppositio sit vniuocū ad q̄tuor oppositiōes

Dubitatur scd̄o vtruȝ oppositio sit
aliq̄d vniuocum ad quattuor oppositiones. Et
videt̄ q̄ sic: q̄ p̄dicat̄ de ipis vniuoce. ꝛ dr̄ q̄ q̄t-
tuor sunt oppōnis sp̄es. qd̄ nō esset nisi oppō di-
ceretur vniuoce de ipis. Pro solutiōe supponi-
tur q̄ oppositio nō est aliq̄d vniuocum ad quat-
tuor oppositiones: q̄ nihil est vniuocuȝ ad ens
reale ꝛ ens rationis: sed fit est q̄ ipsarum oppo-
sitionum quedam sunt realea quaruȝ extrema
sunt realia realiter distincta. cuiusmodi sūt op-
positio cōtraria ꝛ relatiua. Alie sunt oppōnes
rationis sc̄ȝ ꝯtradictoria ꝛ priuatiua. ꝛ nō dicū-
tur ratōis eo q̄ sint scd̄e intētiones: q̄ cessante
opatione intellectꝰ visus ꝛ cecitas opponerent̄.
Sȝ dicūtur rationis: q̄ alterum extremuȝ nō
est ens reale. iō dicunt̄ rationis: q̄ ipis deficie
vna conditio relationis realis puta q̄ extre-
ma sint entia realia. ¶ Ex isto sequitur q̄ op-
positio non importat aliquid commune vniuo-
cum ad illas quattuor oppositiones nec pre-
dicatur de ipis nisi equiuoce. Vn̄ oppō nō est

Oppōis diffinitō

aliud q̄ repugnātia aliquoꝝ q̄tū ad hoc qd̄ est
esse vel dici de aliquo simul ꝛ respectu eiusdē.
Et si q̄s dicat: nōne ad oppōnē ꝯtrā ꝛ relatiuaȝ
est aliq̄d cōe vniuocū. dico q̄ sic: sȝ illd̄ nō ē op-
pō in sua cōitate. sȝ tñ oppō realis ꝛ etiā aliq̄d
est cōe vniuocū ad alias duas oppōnes. s. oppō
rōnis. ¶ Sȝ aliq̄s iterū q̄ret cū ꝯrietas sit repu-
gnātia realis q̄ repugnātia nō ē nisi r̄lo vl̄ re-

spectus vtrũ ↄtrariuz vel ↄtraria sint relatiua eq̃parentie vel disq̃parentie. rñdet q disq̃parãtie. ¶ Et si q̃s dicat: noĩantur eodẽ noĩe: q2 contrarium ↄtrarij ↄtrariũ. Rñdet q hoc nõ sufficit sed req̃ritur q referant adinuicẽ scd̃m eãdẽ rõnem fundãdi que non est inter duo cõtraria.

An ↄtraria eq̃lit repugnẽt

¶ Sed de oppõne ↄtradictoria due sũt difficultates. Prima vtrũ oĩa ↄtradictoria eq̃liter repugnant. ¶ Rñdet breuiter q sic: q2 impossibile est q̃cũq3 duo extrema adinuicẽ ↄtradictoria de aliquo singulari singulariter 7 vniuoce tẽto diuisim 7 mediãte copula nõ ampliata v̈e affirmari 7 negari. iõ dicũtur equaliter repugnare. ¶ Scd̃a difficultas: vtrũ inter omĩa ↄtradictoria sit maxima distantia sic q omnia cõtradictoria maxime distent adinuicẽ. ¶ Rñdet q non inter oĩa ↄtradictoria est maxima distãtia. sed dico q inter ↄ̃dictoria est tãta distantia q̃tũ est extremum positiuũ. vñ si extremũ positiuuz sit ens infinitũ talis distãtia erit ĩfinita. s3 si extremum positiuũ sit finitũ talis distãtia erit finita.

Distãtie acceptiones.

¶ Vñ est aduertendũ q duplex est distãtia: sc3 positiua 7 negatiua. positiua est tãta q̃tum est medium inter duo extrema sicut distantia ĩter duos parietes. s3 distãtia negatiua est cui9 alterũ extremũ est negatiuũ: 7 ista est tãta quãtum est extremũ positiuũ. nã mẽsurat talis distantia 7 cognoscit 7 accipitur sm extremũ positiuum.

Isti termi frãc9 frãcia picard9 picardia 7c. in quo sunt p̃dicamẽto.

Dubitatur tertio circa predicamẽta

in quo p̃dicamẽto sunt isti termini picardus picardia. burgũdus burgundia. gallus gallia. francus francia. ¶ Pro solutione supponit q q̃ttuor sunt modi ↄcretoꝝ. ¶ Prim9 est qñ cõcretum aliq̃d significat de significato mini9 p̃ncipali seu materiali. 7 p eodẽ supponit pro quo nõ supponit abstractũ neq3 illud significat. vt albuz albedo: iustũ iusticia. 7 istiusmõi multe sũt spẽs.

Quot sũt mõi concretoruz.

¶ Prima qñ ↄcretum supponit pro subo et abstractũ p forma realiter in subo inherẽte vel ecõtra. exemplũ primi vt iustuz iusticia. iustum supponit p subiecto 7 iusticia pro forma realiter inherente illi subo. exẽplũ scd̃i vt ignis supponit p subo 7 igneus supponit proprie pro calore. calor eñi est igne9: s3 nõ est ignis. ¶ Secũda spẽs est qñ ↄcretum accipit vel supponit pro composito 7 abstractũ pro pte essentiali; illius compositi vel econtra. Exemplum primi vt aĩatum aĩa. aĩatum eñi supponit pro toto composito 7 aĩa p pte eius. Exemplum scd̃i vt homo humanus. hõ est abstractũ supponẽs p toto composito. 7 humanus ↄcretum supponens proprie pro aĩa: ista ↄprie debet cõcedi aĩa est humana 7 nõ homo. qñq3 etiam humanus supponit pro effectu hoĩs vt hoc opus est humanũ. Vñ human9 vno modo idẽ est q pars essentialis hoĩs. 7 sic ista cõcedit aĩa est humana. Alio modo idem est q res pducta ab hoĩe 7 sic concedit ista. hoc opus est humanũ. i. est res producta ab hoĩe. qñq3 eñi ↄcretum supponit p locato vbi abstractũ supponit pro loco. vt picardus pro locato supponit. picardia p loco. ↄceditur eñi iohãnes est picard9 7 nõ picardia. ¶ Ali9 modus ponit ab aliq̃bus qñ abstractũ ex impõne vel vsu loquẽtium includit aliq̃d sincathegorema q̃d nõ includit ↄcretum. vt humanitas includit istud sincathegorema p se vel necessario ideo qñ d2 hũanitas currit. i. p se vel necessario currit. ¶ Alius modus est qñ abstractum non põt supponere nisi pro multitudine vl' pro pluribus simul sumptis 7 ↄcretũ illius abstracti natum est supponere pro vno illius multitudinis vt sunt plebs pleban9: populus ppl'aris. ppl'us supponit p multitudĩe. 7 popularis p vno illi9 multitudĩs.

Isti termi grex. populus 7c. quõ capiuntur.

¶ Vñ aduerte q isti termini grex: plebs: ppl's: pñt capi p multitudĩe 7 hoc dupliciter. vno mõ p multitudĩe ↄstituta ex vnitatibus accñtalibus ↄtinuoꝝ diuisoꝝ adinuicẽ3 et sic sunt in p̃dicamẽto q̃titatis sicut numerus. Alio mõ p multitudine ↄstituta ex ↄprijs vnitatibus illaꝝ reꝝ. 7 sic nõ sunt in p̃dicamento. Alio mõ pñt capi vt importãt respectũ ad ducem vel eoꝝ superiorẽ. 7 sic sunt in p̃dicamẽto ad ali q̃d. 7 isti termini. magister: baccalari9: doctor: 7 sic de alijs pñt capi dupl'r. Vno modo vt importãt respectum q̃si suppõnis. 7 sic sunt in p̃dicamẽto ad aliq̃d. Alio mõ accipiunt vt important qualitatem acq̃sitam. 7 sic sunt in p̃dicamẽto qualitatis. S3 isti termini picard9: germanus: 7 alij termini ↄcretoꝝ ponũtur in eodẽ p̃dicamento sicut 7 sua abstracta. Vñ picardia importat locũ: vel vbi. iõ est in p̃dicamẽto vbi et sic picard9 german9 erunt in p̃dicamẽto vbi: possunt tñ accipi qñq3 vt dicũt ordinẽ ptis terre ad totam terrã 7 sic significant positionem. Sed quereret aliquis in quo p̃dicamẽto ponũtur verba 7 pticipia. Rñdetur q verba 7 pticipia sunt in diuersis p̃dicamentis sm q diuersa significãt de significato principali. vñ si verbuz importet qualitatem vt amo volo intelligo sũt in p̃dicamento q̃litatis. si actionẽ sunt in predicamẽto actionis. Vñ aduerte q ista verba impersonaliter sumpta: sc3 interest: refert: 7 est. vt important ptinentiam sunt in predicamẽto ad aliquid. 7 hec de scd̃o articulo.

Verba 7 pticipia: in quo ponunt p̃dicamento

Quantum ad tertium sit conclusio

Conclusio rñsal' de post p̃dicamentis.

responsalis post p̃dicamẽta 7 eorũ acceptiones sunt sufficiẽter assignate a phõ: vt p3 in q̃stione. ¶ Ad rõnes. Ad primã p3 solutio. 7 etiã q̃uo albedo opponit nigredini que est. ¶ Ad scd̃az p3 solutio. q2 q̃libet locus sursum 7 locus deorsuz opponunt adinuicẽ. ¶ Ad tertiã visuz ẽ ẽt q licet relatiua p p se significatis sint simul natura tñ cum hoc stat q opponunt relatiue: quia nõ possunt verificari de aliquo simul 7 respectu eiusdem. Et etiã p3 q̃uo pater pro denominato est ↄseruatiuus filij: s3 non p significato formali. ¶ Ad quartaz dicitur q habitus opponitur sue priuationi vt visus cecitati que non est nisi negatio talis habitus in subiecto apto nato. et qñ dicitur vel visus petri opponitur cecitati iohãnis vt alicui alteri. Respõdet q visus petri opponit priuatiue omni cecitati. q2 omnis ceci

tas vel sibi similis in spē nata est fieri circa idē subiectū neqꝫ oportet priuationem esse aliquid ad hoc ꝙ opponantur habitui quia nō opponū tur oppositione reali. sed rationis. Ad quintaꝫ patet solutio: Et dicitur vltra ꝙ iste due propositiones chimera est ens: chimera est nō ens sūt contradictorie quātū ad extrema: sed non quā tum ad modum enunciandi.

¶ Et sic est finis p̄dicamentoꝝ.
¶ Sequit̄ liber peryarmenias.

Proemium in librum peryarmenias.

P Rimū oportet cōstituere quid sit nomē: q̄d verbuꝫ deinde q̄d est negatio: ꝛ affirmatio: ꝛ enūciatio: ꝛ orō. Sunt igit̄ ea que sunt in voce eaꝝ: q̄ sunt in aīa passionū note: ꝛ ea que scribūt̄ eoꝝ q̄ sunt in voce. Et quēadmodū nec littere oib⁹ sunt eedē: sic nec eedē voces.

I Ste est liber peryarmenias Aristotelis: q̄ diuidit̄ in duos libros partiales. In primo determinat̄ de enūciatiōe Et diuidit̄ in proemiuꝫ et tractatuꝫ. ¶ Proemium diuidit̄ in tres partes. In prima ostē dit de quibus determinanduꝫ est in hoc libro et ea enumerat dicens ꝙ oportet primo constituere quid sit nomen: et quid verbuꝫ. postea quid affirmatio. ꝛ quid negatio. i. oratio affirmatiua et oratio negatiua. ꝛ quid enūciatio: ꝛ quid orō ¶ In secunda parte intendit docere ordinationem eoꝝ que significant et significant̄ dicēs ꝙ ea que sunt in voce sunt earū que sunt in anima passionum note et ea que scribuntur sunt note eorum que sunt in voce. ¶ Est aūt conuenientia inter voces et scripturas: quia sicut littere non sunt eedē apud oēs: sic nec voces sunt eedē apd̄ omnes. ¶ Est aūt conuenientia inter passiōes anime et res ad extra: qꝛ sicut res ad extra sunt eedē apud omnes ita passiones aīe seu cōcept⁹ qui sunt naturales similitudies rerū sunt eedē apud omnes. ¶ In tertia parte intēdit hanc diuisione vocū. Quedā sunt cōplexe verū vel falsum significantes: vt enunciatiōes. Quedā ꝟo incōplexe verū vel falsum nō significātes: vt nomina ꝛ verba: ꝛ quēadmoduꝫ in anima aliquis est intellectus. i. conceptus simplex qui est sine vero et falso. Alius vero qui significat verū aut falsum: sic etiā in voce. ¶ Secundā partem prime partis declarat quia circa compositioneꝫ et diuisionem intellectus est veritas: et falsitas. ¶ Secundam partē declarat quia noīa et ꝟba sine cōpositione et diuisione sunt similia intellectui qui est sine vero ꝛ falso: quia homo vel albū si sibi non addatur aliquid non significat veruꝫ aut falsum. quod probat per locuꝫ a maiori: qꝛ licet hoc nomen ycocervus aliquid significet: tñ non significat verum aut falsum nisi sibi addatur aliquid puta verbum.

Diuisio libri peryarmenie.

Conuenientia inter voces et scripturas. Conuenientia inter passiōes aīe ꝛ res ad extra. Vocum diuisio.

Q Ueritur vtrū scipture ad placitū significent voces et voces passiones aīe. et passiones anime naturaliter significent res. ¶ Arguitur primo ꝙ non: quia scripture nōn supponūt pro vocibus neqꝫ voces pro passionibus. sꝫ ambo supponūt pro rebus. ġ scripture ad placitū non significant voces neqꝫ voces conceptus anime. ¶ Secūdo sic. si voces significarent passiones ꝛ passiones significarent res sequeretur primo ꝙ voces non possent representare cōtraria conceptib⁹: sed cōsequēs est falsum sicut pꝫ de his qui mentiunt̄. Sequeret̄ scđo ꝙ omne signū vocale aut scriptum significaret accidens. cum oīs conceptus sit accidēs: Sequeret̄ tertio ꝙ oēs propositiones essent false in quib⁹ enunciatur aliquis act⁹ realis de subiecto sicut hic. sortes currit qꝛ talis actus nō pōt inesse cōceptui quē significat subiectū. ¶ Tertio sic. cōceptus nō intelligitur: ġ non significatur tenet ꝯña. qꝛ significare est intellectū de re constituere. aīs patꝫ: qꝛ tales cōceptus nō sentiuntur: ġ non intelligunt̄. ¶ Quarto sic. scripture et voces sunt eedeꝫ apud oēs: ġ scripture significant naturaliter. aīs patꝫ. qꝛ scripture et voces sunt res. sed res sunt eedeꝫ apud oēs vt vult phs in textu. ¶ Quinto sic. impossibile est idē accidēs numero esse in diuersis subiectis: sed cōceptus est accidēs: ġ impossibile est cōceptus anime eē ideꝫ apud oēs: et ꝓ ꝯñs male dicit phs in textu ꝙ cōceptus sunt idē apud oēs. In oppositū arguitur auctoritate phi in textu. In questione sicut in ceteris erūt tres articuli. Quātū ad p̄mū

An scripture ad placitum voces significent.

S Ciendum est primo ꝙ aliqua vox dicitur significatiua dupl'r. vno mō large quia ipsa representat vel nata est representare aliq̄d potētie cognitiue siue illud aliquid sit ipsamet vox siue aliquid aliud: et sic omnis vox mundi diceretur significatiua. Alio modo vox dicitur significatiua stricte: qꝛ ipsa rep̄ñat vel nata est representare potētie cognitiue ex significatiōe vel impositione quā actu habet aliquid vel aliqua vel aliqualiter aliud vel alia a se a sibi simili et a suo ꝓlatore nisi alterū illoꝝ fuerit imposita ad significandū eam vitaliter imutando: et isto modo vox dicit̄ significatiua. ¶ Dicitur notanter aliquid ꝓpter terminos cathegorematicos numeri singularis nō collectiuos vt homo. ¶ Dicit̄ notāter aliqua ꝓpter termiōs collectiuos et etiā propter terminos equiuocos qui significant plura. Dicitur notāter aliqual'r ꝓpter sincathegoremata q̄ nō significant aliquid: sed solum aliqualiter. Ex quo sequit̄ ꝙ multe sunt voces significatiue que nihil significant vt sunt sincathegoremata: vt omnis null⁹ quidē. ¶ Dicitur notāter aliud a se: qꝛ omnis vox significat se naturaliter cōiter. ¶ Dicitur etiā aliō a suo prolatore. qꝛ oīs vox dꝫ quodāmō repñtare suū prolatorē si talis prolator prius fuerit cognitus

Vocis significatiue acceptiones.

Declaratio acceptionum vocis significatiue.

Dicitur notanter nisi imposita fuerit ad significandum alterū illoꝝ. qz ista vox petrus pōt repsentare petrū q̄ erit, plator eī⁹ ⁊ ad placitū quia fuit imposita ad significandū talē, platorē. et ꝓportionaliter dicatur de voce non significatiua

Quid est vox nō significatiua.

¶ Unde vox nō significatiua est illa que nec representat nec nata est repn̄tare aliq̄d vel aliqua vel aliqualr aliud a se ⁊ a sibi simili et a suo ꝓlatore nec alterū illoꝝ significat ex impositione

Vox qt mōis dr significatiua.

¶ Aduerte vltra q vox dr significatiua duplr. vno mō naturalr. Alio modo ad placitū. Unde

Quid est vox significatiua naturaliter.

vox significatiua naturalr est illa que quicquid vni representat hoc cuilibz alteri nata est repn̄tare. dato etiā q circa ipam nō fuisset facta impositio. ¶ Ex quo sequit̄ q si ista vox hō p totū mundū significet hoiem adhuc nō significaret naturaliter. qz si circa illū terīm nō fuisset facta impositio nō significaret hoiem per totū mūdū

Quid est vox significatiua ad placitum.

Sz vox significatiua ad placitū est illa q̄ significat vel nata ē significare ex impositōe quā actu habet illud qd primus institués p eam aut aliā sibi similē vel cōsimilē voluit significari.

Terminus qt mōis dr significare.

Sciendū est secundo q vt ex supra dictis ptz termin⁹ dr significare duplr. vno mō ad placitū. alio mō naturalr et vtroqz istoꝝ modoꝝ terīn⁹ dr adhuc duplr significare. nā terminus dr significare ad placitū duplr. s. vltimate et non vltiate. vn̄ terīn⁹ vocal dr significare ad placitū nō vltiate terīm scriptū sibi sinonimuz: vt ista vox hō significat ad placitū nō vltiate illud scriptū hō: dicit̄ etiā aliq̄ de termio vocali ⁊ scripto q significat ad placitū nō vltiate cōceptum vltiatū mediāte quo significat rē ad extra ⁊ hoc est cape mltū large significare. sz terīnus vocalis ⁊ script⁹ dn̄r significare ad placitū vltimate rē ad extra ad quā talis termin⁹ imponit̄ ad significādū. silr terīn⁹ dr significare duplr naturalr. s. naturalr cōiter. ⁊ naturalr ꝓprie. vn̄

Terinus qt modis dr significare naturaliter

quilibet termin⁹: imo etiā q̄libet res significat se naturalr cōiter: sz termin⁹ dr significare naturalr ꝓprie illud quod representat formalr se ipso et nō mediāte alio. ⁊ sic significare naturaliter ꝓprie ꝑcise cōuenit noticijs vel ɔceptibus āi⁹ aīe. qz nihil aliud repn̄tat suū significatū nō mediante alio. Ex istis ptz q duplex est significatū. s. vltimatū et nō vltimatū. Ultimatū est il

Quotuplex est significatū

lud qd significat termin⁹ ad placitū vltiate: vel naturaliter ꝓprie. sed significatū nō vltimatuz est ipsemet terīnus vel sibi similis in voce vel in scripto vl equiualēs in mente. Ex quo sequitur q iste terminus ens significat se ɔceptu vltimato ⁊ ɔceptu nō vltimato. nā ille termin⁹ ens cōceptu gn̄alissimo significat oē exñs ad placituz vltimate et cū ille termin⁹ ens sit qddā exñs significat seipsuz ad placitū vltimate. Similiter ille terīn⁹ ens vno alio conceptu speciali significat se ꝑcise et alios terminos sibi similes natu

Quot cōcept⁹ respōdent huic termino enti.

raliter cōiter sicut quelibet res mūdi significat se naturalr cōiter mediāte vno cōceptu qui est similitudo naturalr sui ipsius. Ex quo ptz q isti termio ens corn̄det duplex ɔceptus. s. vltimatus quo mediāte ad placituz significat oē exñs et nō vltimat⁹ mediāte quo significat se ⁊ terios sibi similes naturalr cōiter et silr est dicenduz de quolibet alio terio significatiuo ad placituz Ex quo ptz q vltimatū ⁊ nō vltimatū nō opponuntur ɔtradictorie sed magis relatiue.

Quid est significare.

Sciēduz est tertio q significare nō est aliud q̄ potētie cognitiue aliq̄d vel aliq̄ vel aliqualr pn̄cipalr vel instrumētalr repn̄tare vl esse formalr cognitionē rei vel modū cognoscēdi rem. Et dr notāter vel esse formalr cognitionē rei ppter ɔcept⁹ vltimatos q̄ significāt naturalr res et sunt formalr cognitiōes rerū. Vn̄ significare est duplex. s. significare naturalr ⁊ ad placitū. Vn̄ significare naturalr ē suū significatū significare ex natura ꝓpria vl ex naturali cōditione sue nature et istud est duplex vt visum est supra. Sz significare ad placitū est repn̄tare suū significatū ex impōne vl vsu volūtario.

Significare ē duplex.

Quid est repn̄tare

Aduerte q repn̄tare in ꝓposito nō est aliud q̄ ɔcurrere pn̄cipalr vl instrumētalr ad formationē cōceptus. vn̄ ista vox lapis significat lapidē. et repn̄tat lapidē. i. instrumētalr ɔcurrit ad causandū ɔceptū de lapide. Et dr notāter, [illegible] qz de⁹ et ītellect⁹ dicunt̄ cōcurrere pricipaliter: nō pn̄t dici repn̄tare principalr. Sz dubiū est quō intelligit̄ q ɔcept⁹ sūt idē apd oēs ⁊ nō voces neqz scripture. dico q h̄ pōt intelligi duplr. vno mō q aliq̄d vnū ⁊ idē numero sit realr pn̄s p realē exñtiaz oib⁹ ⁊ sic nō intellexit arist. Alio mō pōt intelligi q aliq̄d sit idē apd oēs h̄ est oē illud qd vni repn̄tat cuilibz alteri natū ē repn̄tare. et h̄ mō ītellexit phs. ⁊ ē ver q passiones. i. ɔcept⁹ aīe sūt eedē apd oēs. h̄ ē passiones sunt talis nature q oē illud qd vni repn̄tāt naturalr ꝓprie cuilz alti nate sunt repn̄tare.

Aliq̄d eē idē apud oēs quot modis intelligit̄.

¶ Dicit̄ notant̄ naturalr ꝓprie: qz passiōes q̄ sunt naturales similitudies vocū vel scripturaꝝ nō oē illud qd vni signt̄ naturalr vl ad placitū cuilibz alteri significāt. Ex quo seq̄t q voces ⁊ scripture nō sunt eed apd oēs qz ex impōe q̄ actu hn̄t nō sunt nate repn̄tare idē cuilz qd vni repn̄tāt.

Voces significāt nūc an significent concept⁹

Sciēdū est q̄rto q circa p̄dicta incidit vna difficultas: vtꝝ voces significatiue significent ɔcept⁹ ad placitū nō vltiate. Rn̄dent aliq̄ q voces significāt ad placitū nō vltiate ɔcept⁹ mediātibus q̄b⁹ tales voces significāt rez ad extra. vt iste terīn⁹ petr⁹ significat ad placitū non vltimate illū ɔceptū. i. illā noticiā mediāte qua ista vox petrus repn̄tat illā rem q̄ est petrus. et hoc volunt esse de mente arist. in textu quia dicit q voces sūt signa eaꝝ passionū q̄ sunt in aīa que passiones nō sunt nisi cōcept⁹. Vn̄ aduerte q vox significatiua habz duplicē ɔceptū vnum mediāte quo significat rē ad extra. ⁊ tal ɔcept⁹ nō ē nisi noticia rei significate p talē vocē. hz aliū cōceptū q̄ ē noticia illiusmet voc, ⁊ talē nō significat vox: sed aliū q̄ dr cōcept⁹ vltimat⁹.

Vocis significatiue est duplex conceptus.

¶ Aliq dicūt q vox significatiua ad placituz significat rem ad extra et nō ɔceptū. vt iste terīnus iohes significat illā rē q̄ est iohes mediante tn̄ ɔceptu

illius rei τ nō significat illum conceptum: q2 nō videtur ꝙ terminus fuerit imposit⁹ ad significandū illū cōceptum. Etiam illa vox nō constituit itellectū de illo ꝯceptu: quia illa vox potest mihi repñsentare rem dato ꝙ nō cognoscā illum cōceptū. Item talis vox nō videtur vnq̄ supponere ꝓ illo cōceptu imo supponit ꝓ reb⁹. ideo ad aristotelē in textu dr̄ ꝙ illa auctoritas nolebat aliud habere nisi ꝙ voces significāt res ad extra mediātibus cōceptibus: τ si primi velint taliter intelligere puta voces significant conceptus. i. significāt res mediātibus cōceptib⁹ bene dicunt. Unde est aduertendū ꝙ voces τ scripture subordinātur cōceptib⁹. i. nō significant rem nisi mediātib⁹ cōceptib⁹: vt iste termin⁹ lapis nūq̄ significat lapidē nisi quis habeat conceptū de lapide. Similiter ille termin⁹ script⁹ lapis nūq̄ significaret lapidē nisi habere noticiā de lapide: τ hoc volebat habere aristoteles. Dicūt etiā aliqui ꝙ scripture subordinātur vocibus. i. nō significāt sua significata nisi mediātibus vocibus: sed hoc est falsum. Nam dato ꝙ nunq̄ esset vox nihilominus scripture repñsentarent sua significata mediātibus cōceptib⁹ τ hoc maxie si cognoscant significatōes illarū scripturarū. τ hec de primo articulo. Quātū ad scdm.

Voces τ scripture quib⁹ subordinant.

Dubitatur primo vtrum enunciatio sit subiectū attributionis hui⁹ scientie. Et videtur ꝙ nō: quia cuiuslibet scientie subiectum debet esse quid incōplexum: sed enūciatio non est huiusmodi: igitur. ¶ Scdo sic. de subiecto sciētie debet presupponi quid est et quia est in illa scientia cuius est subiectum. sed de enūciatiōe nō ꝑsupponitur q̄d est in hac scientia: igitur nō est subiectum in hac scientia. Item subiectum cuiuslibet sciētie debet verificari de principaliter cōsideratis in illa scientia: sed enūciatio nō est huiusmodi: igitur. Nō enī verificatur de nomine τ verbo: cum iste nō sint vere: verbum est enūciatio: nomē est enūciatio. Itez interꝑtatio est subiectū huius scientie. nā isti libri dicuntur libri peryarmenias. i. de interꝑtatione. ¶ Pro solutione supponitur ꝙ interpretatio capitur multipliciter. Uno modo īproprie τ large ꝓ deriuatione dictionis ab alia dictione vel oratiōe conueniente secum in littera vel syllaba. et isto modo dr̄ ꝙ lapis interpretatur quasi ledens pedes: τ ista potest esse multiplex: scilicet litteralis syllabalis τ dictionalis, vt visum est in summulis in quinto tractatu. Alio modo capitur pro oratione ꝯuertibiliter τ synonime exprimente quid qualiter τ quomō per terminū significat et de ista etiam visum est in summulis. Ex istis duobus modis nō capitur hic interpretatio cū dicitur: ꝙ isti libri sunt de intertapretiōe. Alio modo capitur interpretatio vt couertitur cum enunciatione: τ isto modo capitur hic. ¶ Pro quo est aduertendum ꝙ enunciatio capitur dupliciter: vno modo prime intentionaliter scz ꝓ oratione composita ex subiecto predicato τ copula: τ sic non est subiectum cum talis sit quid complexum. Scdo modo capitur scdē intentionaliter vt importet scdam intentionē attributā propositioni mentali vocali vel scripte: τ sic est quid incōplexum τ est subiectum huius sciētie. Et si quis dicat enūciatio est hic subiectuz cui⁹ nomen et verbū sunt partes: sed nomē τ verbū nō sunt partes illius scdē intentionis: sed sunt partes enunciationis capte prime intentionaliter: igitur. Respondetur ꝙ nō oportet ꝙ nomē et verbum sint partes enūciationis vt est subiectum huius scientie nisi hoc esset in actu signato dicendo enūciatio cōponitur ex nomīe τ verbo: sed bene oportet ꝙ nomē τ verbum sint partes enūciationis capte prime intentionaliter.

Enunciatio an sit subm attributionis hu⁹ scientie.

Interpretationis acceptiones.

Enunciatio q̄t modis capit.

¶ Ad rationes. Ad primā patz solutio. Ad secūdam dicitur ꝙ de subiecto sciētie debet ꝑsupponi quid est: τ quia est in ꝓcessu demonstratio cathegorico: sed nō in ꝓcessu ypothetico vel inquisitiuo. Ad aliā dicitur ꝙ non oportet subiectum alicuius sciētie verificari de omnib⁹ consideratis in illa scīa saltem in recto: sed sufficit ꝙ aliā habeāt attributionē ad ipm tāq̄ ad principalr ꝯsideratū i illa scīa. Ad quartā pz solutio.

Dubitatur secūdo vtrū in sola cōpositione vel diuisione intellect⁹ sit veritas vel falsitas. Pro cuius solutione supponitur ꝙ philosophus per cōpositionem nō intellexit aliud q̄ ꝓpositionem mentalem affirmatiuam: τ per diuisionem intellexit ꝓpositionem mentalem negatiuā ita ꝙ est sensus in sola cōpositiōe vel diuisione intellectus est veritas vel falsitas. i. in sola ꝓpositione mentali est veritas vel falsitas tanq̄ in suo fundamento qua supple ꝓpositio dicitur vera vel falsa. Unde veritas ꝓpositiōis non est nisi cōformitas ꝓpositionis mētalis ad eius significatū sic videlicet ꝙ quādo est ita in re sicut ꝑ ꝓpositionem mentalem significatur significatione totali: tunc ꝓpositio mētalis est vera. Sed falsitas ꝓpositionis est difformitas ꝓpositionis mentalis ad eius significatum ita ꝙ quādo non est ita in re sicut per ꝓpōnem mētalē significatur significatione totali: tunc ꝓpositio mentalis sic significās est falsa. Et si quis dicat ꝓpositio vocalis τ scripta dicitur vere et false sicut ꝓpositio mentalis: ergo in ipsis est veritas vl' falsitas sicut i mētali. Respōdet ꝙ ꝓpō vocal' nō dr̄ vera neq3 falsa: denoiatōe intrīseca sic ꝙ veritas vel falsitas sint i ipa: sz solū denoiatiōe extrīseca sic videlz ꝙ subordiat ꝓpōni mētali vere vl' false. Et si q̄s dicat ꝓpō vocal' nunq̄ subordiat ꝓpōni mētali: q2 vel eēt qñ subiectū ꝓfert vel p̄dicatū vel copula: sed nullū illoꝝ est dicēdū: q2 qñ subiectū ꝓfert itellect⁹ nō format adhuc mētalē: sz solū in vltiō istāti sue ꝓlatōis τ tūc nō est plus ꝓpō vocalis. Rñdet sicut alias visū est. s. ꝙ nulla ꝓpō vocalis de rigore sermonis est vera vl' falsa: sz solū de cōi vsu τ institutione logicoꝝ accipientiū ipam ac si oēs ptes eius eēnt simul: sic etiā d rigore sermōis nulla ꝓpō vocalis subordiat ꝓpōni mētali: sz solū de cōi vsu et institutione logicoꝝ vtentiū: ac si oēs ptes simul essent. Ex quo seqtur ꝙ si nulla ꝓpō mentalis eēt nulla vocalis eēt vera neq3 falsa: q2 si

Ubi consistit veritas vel falsitas.

Quid est veritas ꝓpōnis.

Quid est falsitas ꝓpōnis.

Propositio vocal' quō dicit vera vel falsa.

nulla mētalis esset nulla vocalis significaret.q̄ nō significaret neq̧ vere neq̧ false. Ex quo seq̄tur q̄ si ꝓpō vocalis significet verū vel falsm hoc solū est īmediāte mentali cui subordinaṫ.

An veritas vel falsitas distinguaṫ a propōe mentali.

Dubitatur tertio vtrum veritas ⁊ falsitas sint res distincte a ꝓpōne mētali. Et videtur q̄ nō:q2 tūc seq̄retur q̄ ꝑ motū digiti mei possem īmutare intellectū angeli ⁊ mutica volādo immutaret intellectus angeloꝝ posito q̄ in mente angeli sit illa ꝓpō anteq̄̄ moueam digitum digitus nō moueṫ. Quo facto si moueam digitū īmutabitur talis ꝓpō de veritate in falsitatem ⁊ hoc nō est nisi ꝑ motū digiti. ¶ Scđo sic:sequereṫ q̄ aliqua res alia a deo posset esse quā deus nō posset creare. nam ista ꝓpō potest esse falsa:deus creat aliq̄d ď nouo. aut ergo falsitas ei⁹ creaṫ a deo aut nō. Si nō:habeṫ īītētu𝔷 q̄ aliq̄d a deo pōt esse qđ deus non pōt creare. si sic tunc arguitur sic:hec falsitas fit a deo ⁊ hᷣ falsitas est aliq̄d: ergo aliq̄d aliud a deo fit de nouo qđ deus nō potest creare. Similiter diceretur de illa deus nihil creat que pōt esse vera: quo facto querit̄ vtru𝔷 veritas illa creaṫ a deo vł nō:⁊ quocūq̧ mō dicaṫ semꝑ habeṫ q̄ est aliqua entitas quā deus de nouo nō pōt creare.

¶ Sed nō obstātibus istis rōnibus aliter ďr q̄ veritas ⁊ falsitas sunt accidentia respectiua q̄ sunt in ꝓpōne mētali tanq̄̄ in fundamento ⁊ in intellectu tanq̄̄ in subō ⁊ ab ipa ꝓpōne mentali realiter distincta:q2 vnum pōt esse alio nō existente vt veritas pōt desinere eē ꝓpositione mētali remanēte. ¶ Et ad rationes. Ad primam dicit̄ q̄ nō est incōueniens ꝑ motum digiti mutare intellectū angeloꝝ q̄tum ad aliq̄d respectiuum immo hoc videṫ esse de mēte aristotelis cum dicat ab eo q̄ res est vel nō est dicit̄ oratio vera vel falsa. ergo fm mutationē rei mutabiṫ ꝓpositio de veritate in falsitate𝔷 vel econtra. ⁊ hoc videṫ velle in textu cu𝔷 dicit in sola cōpositione vel diuisione intellect⁹ est veritas vel falsitas. Nam si veritas esset ipa ꝓpō mētalis idē esset dicere in sola cōpositione est compositio.

¶ Ad scđam ďr q̄ deo nihil creante vł ꝓducēte nulla esset ꝓpō de nouo:na𝔷 impossibile ē q̄ aliq̄s causet aliquā ꝓpōnem siue mentalē vocalem vel scriptam nisi de⁹ cōcurrat. ⁊ per ꝯñs si deus nihil crearet vel produceret nulla esset propositio creata ⁊ per ꝯseq̄ēs nulla ꝓpositio esset vera vel falsa. et hec de secūdo articulo.

Conclusio rñsalis ď vocib⁹ ⁊ scripturis.

Quantum ad tertiū sit conclusio responsalis ad quesitū. scripture et voces significant coceptus ad placitū non vltimate capiēdo significare large vt facit istū sensum q̄ voces ⁊ scripture sigñt res mediātib⁹ ꝯceptibus. et hoc satis visu𝔷 est in q̄stione. Et ꝑ hoc p𝔷 q̄d sit dicēdum ad oēs rōnes. ¶ Sequit̄ textus.

Quid est nomen.

Nomē ergo est vox significatiua secundum placitu𝔷 sine tpe cuius nulla pars est significatiua sepata. In nomine eñ quod est equiferus; fer⁹ ꝑ se nihil significat quēadmodum et in oratione que est equus ferus.

Diuisio istı⁹ ptis.

Ista est pars executiua huius libri que diuiditur in duos tractatus partiales.

Nomis diffinitō.

In primo determinat de ptibus īntegralibus enūciationis et de genere eius. Et diuiditur in tria capitula. In pmo determiat de noīe dicens. Nomē est vox significatiua ad placitū sine tempore cui⁹ nulla pars est significatiua separata. Cuius diffinitionis partes declarat.

Diffinitionis declaratio.

Et primo vltimā. partes nominis cōpositi que magis videntur aliquid significare nihil significāt vt in hoc noīe equiferus. ferus nihil significat. igitur a maiori neq̧ partes nominis simplicis. Dicit tamen q̄ partes nominis simplicis nullo modo sunt significatiue:sed ptes nominis compositi apparent aliquid significare:consequenter ꝓbat q̄ nomen significet ad placitum:eo q̄ nō significat naturaliter quod pt𝔷: quia nomen nō significat nisi quādo fit nota id est quando voluntarie imponitur ad significandū. Secundo q2 illitterati soni vt soni ferarū nō sunt noīa eo q̄ significāt naturaliter. Deinde excludit aliqua a diffinitione nominis inquirēs aliquas ꝑticulas addēdas.

Que nomina excludūtur a diffinitiōe nōis

Et primo excludit nomē infinitum dicēs q̄ nō homo nō est nomen. Secūdo excludit nomina obliqua dicens q̄ cathonis cathoni nō sunt nomina sed casus noīm. Et dicit q̄ obliqui cōueniūt cum rectis ⁊ differunt: conueniūt eñi in significato:nam significatū est idē in illis. Sed differūt quia si nomini obliquo addaṫ est fuit vel erit:vt dicendo cathonis est fuit vel erit nō significat verū vel falsum. Ex isto elicitur ista auctoritas:q̄ verum ⁊ falsum presupponit congruum. Et per istas duas ptes exclusas inuit alias duas ptes addendas scilꝫ finita et recta. Sequitur textus.

Quid est verbum.

Verbum autē est quod cōsignificat tempus cuius pars nihil extra significat et est semper eorum que de altero dicuntur nota. dico aute𝔷 quoniam cōsignificat tempus: vt cursus quidē est nomen. currit vero verbum cōsignificat enim nunc esse. ⁊ semper eorū que de altero dicuntur nota est. vt eorum que de subiecto vel in subiecto sunt.

Diuisio capituli.

Istud est scđm capitulum huius tractatus in quo determinat de verbo dicens q̄ verbum est quod cōsignificat tempus cuius pars extra nihil significant: et est semper eoru𝔷 que de altero dicuntur nota. ¶ Primam partem declarat:quia cursus quod est nomen et currit qđ est verbū differunt in hoc:q2 currit cōsignificat temp⁹ pñs. cursus ṽo nullu𝔷 tēpus cōsignificat

Nois et verbi diña.

q̄re nō erit verbū s𝔷 nomē. Ultimā ptem declarat:q2 verbū est nota eoꝝ q̄ ṗdicanṫ de subō. i. verbū est nota vnionis seu compositiōis ṗdica

Verba i finita: et verba obliqua excludunt a diffinitione verbi.

ti cū subo. Deinde excludit a diffinitione verbi verbum infinitū ꝛ verbū obliquū dicens ꝙ non currit nō laborat: ꝗz ↄsignificēt tp̄us ꝛ sint nota eoꝝ q̄ de altero dicūtur nō tñ sunt verba: sz p̄nt dici verba infinita: silr̄ curret currebat nō sunt verba sz sunt casus verbi. ꝛ p̄nt dici verba obliqua. Ex ista duplici exclusione innuit istas duas ꝑticulas finita ꝛ recta esse addēdas p̄dicte diffinitioni verbi. Cōsequēter remouet vnum dubiū. ex quo eñi dictū est ꝙ verbū est nota eoꝝ q̄ de altero dicūtur posset aliq̄s credere ꝙ verbū s̄m se .i. ꝑ se ꝛ extra ꝓpōnē non esset nota. nec vox significatiua. iō remouet hoc dubiū dicēs. ꝙ verba s̄m se dicta sunt noīa .i. similia noībus qꝛ sicut noīa ꝑ se sumpta nō ↄstituūt orationē nisi ip̄is aliq̄d addat. ita etiā verba s̄m se sumpta nō faciūt oratione͂ nisi aliq̄d ip̄is addat. qḋ ꝓbat: qꝛ si hoc verbū est pure dixeris .i. solitarie acceperis ip̄m q̄dem nihil est .i. nō significat aliquid affirmatiue vel negatiue neq̦ vere neq̦ false: qꝛ cōnotat quādam cōpositionem quā sine extremis nō contingit intelligere.

Diffinitiones nominis ꝛ verbi an sint assignate sufficiēt.

Queritur vtrum diffinitiones noīs ꝛ verbi sint in textu sufficiēter assignate. Et arguit̄ p̄mo ↄtra diffinitione͂ noīs: qꝛ multa sunt noīa mētalia ꝛ scripta: ꝛ tñ nullum eoꝝ est vox: igit̄. ¶ Item oīs vox significatiua aliq̄d significat: sed multa sunt noīa q̄ nihil significāt. vt noīa scripta in libris clausis etiam ista nomīa vacuū antixp̄us chimera etiā illa vox nihil nō significat: ꝛ tñ oīa ista sunt nomina: igit̄. ¶ Arguit̄ scḋo sic. nō oīe nomen significat ad placitum. igit̄ diffinitio nō est bona aīs patet. p̄mo: qꝛ gemitus infirmoꝝ est nome͂ et tñ nō significat ad placitum sed naturaliter. Item si oīe nome͂ significaret ad placitū seq̄retur ꝙ nullus posset redargui: qꝛ semꝑ posset aliter accipere termīos. Item sequeret̄ ꝙ h̄ ꝓpositio posset esse vera: deꝰ est diabolus: qꝛ quilibet terminꝰ eius ꝛ ip̄a posset institui ad significandam. Arguit̄ tertio sic. alicuiꝰ noīs aliq̄ ps est significatiua. ergo diffinitio est insufficiens. aīs pꝫ. p̄mo qꝛ cuiuslibet oratiōis aliqua pars est significatiua: sz q̄libet oratio est nome͂ cum q̄libet posset esse subm enūciationis. igit̄: patz etiā de isto nomīe dñs: cuius ptes sepate aliq̄d significant immo q̄libet ps noīs significat seipsam. ¶ Arguit̄ quarto sic. diffinitio noīs nō cōuenit oībus noībus ꝛ ↄuenit aliq̄bus q̄ nō sunt noīa. igit̄ est insufficiēs. Prima ps pꝫ. qꝛ nō cōuenit istis noībus mēsis. dies. annus. cū non significent sine tp̄e. Secūda ps pꝫ. qꝛ ↄuenit pro noībus: noībꝰ infinitis obliq̄s sincathegorematibus cum sint voces significatiue ad placitum quoꝝ ptes nihil significāt. ¶ Arguit̄ sic. q̄nto ↄtra diffinitione͂ verbi aliqḋ verbum nō est nota eoꝝ que de altero dicūtur: ergo in diffinitione verbi male ponit̄: ꝛ ē semꝑ nota eoꝝ que de altero dicūtur: aīs pꝫ p̄mo: qꝛ verba adiectiua dicūtur de aliquo. vt pꝫ dicēdo sortes currit: q̄ nō sunt note eoꝝ q̄ de altero dicuntur: qꝛ alias idem esset nota sibiip̄ius. Item aliqḋ verbū est subm enūciationis vt pꝫ dicēdo legere est bonū ergo nō est nota p̄dicationis. Item qꝛ hoc v̄bū est ꝑ se sumptū. nihil significat: ergo ꝑ se sumptū nō est verbū. ¶ In oppositū arguit̄ auctoritate philosophi in textu ponētis tales diffinitiōnes esse bonas. In q̄stione sicut in ceteris erūt tres articuli. Quantum ad p̄mum.

Acceptiones nominis.

Sciendum est primo ꝙ pro declaratione diffinitionis noīs supponit̄ ꝙ nome͂ dupliciter accipit̄. vno mō scḋe intentionaliter. et tunc importat quādā scḋam intentione͂ attributā ꝑ intellectū nomini mētali vocali vl̄ scripto: tñ hic ꝓprie accipit̄ prout attribuit̄ nomini vocali cū nome͂ vocale sit magis aptū ad disputationes. ¶ Alio mō capit̄ ꝓ denoīato seu p̄me intētionaliter. Et sic nō est aliud q̄ nome͂ mētale vocale vel scriptum. ita ꝙ iste terminus nome͂ de significato formali significat intentionem scḋam. Sed de significato materiali significat oīa noīa tam mētalia q̄ vocalia ꝛ scripta. Et diffinitur ibi nome͂ scḋe intētionalit̄ captū cum logicus p̄ncipaliter ↄsideret scḋas intētiones. Et si q̄s dicat nome͂ acceptū scḋe intētionaliter nō est vox cum sit vna scḋa intētio seu vnū intētionale: igit̄. R̄ndet̄ ꝙ qñ dr̄ nome͂ est vox. ē ibi p̄dicatio denoīatiua et fundamētalis: ita ꝙ est sensus nome͂ est vnū intentionale seu intētio scḋa attributa voci significatiue ad placitū ꝛc. Ex quo sequit̄ ꝙ in hac diffinitione ꝓprie nō diffinit̄ nome͂ vocale neq̦ mētale neq̦ scriptū cum diffiniatur nome͂ scḋe intētionaliter captū de quo alias magis visum ē in summulis.

Vox quō dr̄ significatiua ad placitū

Supponit̄ scḋo ꝙ vox nō dicit̄ significatiua ad placitum: qꝛ significet ad placitū tuū vel meū: sed quia significat ad placitū alicuiꝰ totiꝰ cōitatis vel alicuiꝰ habentis auctoritate͂ in aliqua tota cōitate.

Quid est significare sine tēpore.

Supponit̄ tertio: ꝙ significare sine tēpore est significare suū significatū sine aliqua differētia tēporis. Ex quo seq̄tur ꝙ licet multa noīa significent tempus. tame͂ nullū nomen significat cū tempore. Ūñ significare cū tempore est significare suū significatū sub aliq̄ differētia temporis.

Quid est significare cū tp̄e

Ex quo sequit̄ ꝙ significare cū tēpore determināto est importare suū significatū sub aliqua dr̄ia temporis. sic ꝙ non sub alia sicut sunt verba. Sed significare cū tp̄e indeterminato est importare suū significatū sub aliq̄ differētia tp̄is nō tñ sic precise sub aliqua quin etiā aliquādo sub alia importet̄ vt sunt participia. ꝛ significare sic cū tp̄e indeterminato nō impedit participia esse noīa. Et si dicat̄. omne nome͂ coexistit tempori: ergo oīe nome͂ significat cum tp̄e. Respondetur ꝙ ly cū p̄ōt denotare simultatē: ꝛ sic nome͂ bene significat cū tempore: qꝛ tunc sensus est ꝙ nome͂ significat quādo tempus est. Alio modo ly cū denotat differētiā tp̄is ita ꝙ sit sensus. Nome͂ significat cum tempore id est importat suū significatū sub differentia tp̄is: ꝛ sic nome͂ nō significat cū tp̄e: ꝗz tame͂ multa nomīa significent tempus.

Quid sit intelligendum in diffinitione nominis.

Vox quomodo dicitur cathegorematica

Sciendum est scdo ꝙ in diffinitione nominis debet intelligi illa particula cathegorematica ita ꝙ est sensus nomē est vox cathegorematica significatiua ad placitū zc. Pro cuius declaratione supponit̄ ꝙ aliq̄ vox dicit̄ cathegorematica tripliciter. s. ratione officij tantum ratione significationis tantū: ꝛ ratione officij ꝛ significationis simul. Unde illa vox dicit̄ cathegorematica ratione officij que significatiue ꝛ psonaliter sumpta ex significatione quam actu habet potest reddere suppositum verbo personali modi finiti vel esse appositum respectu nominis noīatiui casus. Et per oppositū illa vox dicitur sincathegorematica ratione officij que significatiue ꝛ psonaliter sumpta nō pōt reddere suppositum verbo personali modi finiti neq; est appositum respectu nominis noīatiui casus. ꝛ sic noīa adiectiua adiectiue tenta dicitur eē sincathegoremata: ideo non sunt noīa fm logicum: q2 deficit ipsis illa particula cathegorematica supple ratione officij: et isto mō noīa obliq̄ pnt dici sincathegorema. ꝛ isto modo capitur vox cathegorematica ꝛ vox sincathegorematica quando dicit̄ ꝙ logicus non ponit nisi duas partes orationis: sz vox dicit̄ cathegorematica ratione significatiōis que imposita est ad significandum aliquid vel aliq̄. ꝛ isto modo noīa adiectiua adiectiue sumpta sunt bñ noīa cathegorematica vt albus alba albuz. q2 sunt imposita ad significandū aliquid: sz illa dicit̄ sincathegorematica ratione significationis que nullā rem ad extra significat: sz precise habet modū significandi cuiusmodi sunt signa pticularia. sz vox dicit̄ cathegorematica ratione officij ꝛ significationis simul que significat aliquā rez ad extra et cū hoc pōt esse suppositu z respectu verbi psonalis modi finiti vel appositū respectu nominis nominatiui casus: sz pro illa pticula cuius nulla pars separata zc. Est aduertendu z ꝙ pōt exponi multis modis. Primo sic. cui in mēte nō correspondet cōceptus complexus sz incōplexus. vel sic. cuius significatio totalis nō cōsurgit ex significatione partiu z. vel sic. cuius nulla pars inq̄tum pars accepta est significatiua alicuius quod per totum significabatur.

An nomen infinitu z sit nomē.

Sciendum est tertio ꝙ circa tertiū incidunt alique difficultates. Prima vtru z nomen infinitū sit nomē apud logicum. ꝛ videtur ꝙ sic. q2 potest esse subiectum in propōne vt nō homo currit. Pro solutione supponit̄ ꝙ nomen infinitu z in ꝓposito est qđ compositū est ex nomine finito ꝛ negatiōne infinitāte de qua negatione infinitante visum est in postp̄dicamentis vt nō homo nō petrus. ℂ Scđo supponit̄ ꝙ nomen capitur tripl'r. vno mō cōiter ꝓprie ꝛ magis ꝓprie.

Nois acceptiōes

ℂ Cōiter dicitur oīs illa vox q̄ potest reddere suppositum verbo psonali siue in sensu materiali. siue in sensu psonali: ꝛ sic oīs vox litterata pōt esse nomē: sed nomen ꝓprie ē omnis vox que significatiue ꝛ psonaliter sumpta ex significatione quam actu hz potest reddere suppositum verbo psonali modi finiti siue talis vox sit simplex siue complexa: ꝛ isto modo noīa infinita ꝛ nomina composite figure sunt bñ nomina: sed nomen propriissime sumptum est vox simplex finita ꝛ recta que significatiue ꝛ personaliter sumpta ex significatione quam actu habet potest reddere suppositum verbo personali modi finiti. ꝛ sic capitur in textu. ꝛ hoc modo nomina infinita nō sunt nomina. et sic soluitur ratio probans nomen infinitum esse nomē. Secūda difficultas vtrum nomina obliqua sint nomina fm logicum.

Noīa obliqua an sint noīa

ℂ Respondetur ꝙ logicus negat nomina obliqua esse nomina. quia nomina obliqua significatiue ꝛ personaliter sumpta ex significatione quam actu habent nō possunt reddere suppositum verbo personali modi finiti nec per se subijci nec predicari respectu horum verborum est fuit vel erit.

Quid est ꝓpō mixte quātitatis.

ℂ Sed contra hoc arguitur: quia in ista propositione cuiuslibet hominis asinus currit: ly hominis est subiectum: quia respectu illius propositio dicit̄ vniuersalis. dico ꝙ illa ꝓpositio nō dicitur vniuersalis neq; particularis: sed est mixte q̄titatis. ℂ Secūdo sic. omne illud quod potest esse medium in prima figura potest esse subiectu z: sed nomen obliquum est huiusmodi. vt patet sic arguendo cuiuslibz hominis est asinus. sortes est homo: ergo sortes est asinus. ℂ Respondetur negando maiorem: ad hoc em̄ ꝙ aliquid sit medium in prima figura. nō oportz ꝙ sit subiectū maioris: sed sufficit ꝙ se habeat ex parte subiecti maioris. ℂ Tertio sic. quia nisi sic sequeretur ꝙ subiectum propositionis indefinite supponeret confuse tantum quod est falsum. patz consequentia sic dicendo omnem equum vidz homo. ly homo supponit confuse tantum. Respōdetur ꝙ nō habeo pro inconueniēti ꝙ subiectum indefinite supponat confuse tantu z. Et ex isto sequitur ꝙ potest fieri bonus sillogismus in prima figura cuius nulla erit vniuersalis. vt sic arguendo omnem equum videt homo: brunellus est equus. ergo brunellum videt homo. maior nō est vniuersalis: licet habeat figuram propositionis vniuersalis ratiōe termini distributi positi a parte subiecti quod sufficit.

Quare phs i diffinitiōe verbi nō ponit istam pticulaz vox significatiua.

Sciendum est quarto ꝙ aristoteles in diffinitione verbi nō ponit istam particulam vox significatiua licet verbum sit vox significatiua. ꝛ hoc facit causa breuitatis. Ponit tamen istam particulam ꝛ est semper eorum que de altero dicuntur nota. Unde verbum dicitur nota copulationis vel compositionis predicati cu z subiecto. ℂ Et aduerte ꝙ nō oportet ꝙ verbum sit semper nota in actu: sed sufficit ꝙ sit nota in aptitudine vel in potētia. Et si quis dicat verba adiectiua nō sunt nota sed sunt ipsa p̄dicata vt currit laborat. ℂ Dicit̄ ꝙ lz nō sint nota tñ includunt notam cu z predicato. vt currit id est currens est. Potest etiam dici ꝙ Aristoteles solum hic diffinit verbum propriissime sumptum quod est vox simplex. modo ver-

Ubi ac
ꝑtiões

bum adiectiuum non est vox simplex cum subordinetur conceptui cōplexo ex actu et conceptu seu copula et predicato. Unde verbuȝ potest capi tripliciter. vno mō cōmuniter pro omi voce que ex significatione quā actu habet pōt esse appositū. et sic taȝ verba indicatiui modi ꝙ imperatiui ꝙ alterius dicunt verba. etiā tam psonalia ꝙ impersonalia taȝ simplicis figure ꝙ cōposite. Secūdo mō proprie pro omni voce indicatiui modi que ex significatōe quā actu habet potest esse appositū respectu nominatiui casus ꝛ hō in propositiōe cathegorica. et sic precise se extēdit ad verbuȝ indicatiui modi cuiuscūq; temporis fuerit. siue simplicis figure siue composite: siue sit finitū siue infinituȝ. Alio modo ꝓprijssime pro voce simplici indicatiui modi que ex significatione quā actu habet pōt esse appositū respectu nominatiui casus. Et hoc in ꝓpōne simpliciter prima. Pro quo est notandū ꝙ ꝓpō simpliciter prima est ꝓpō cōposita ex noīe ꝓprijssime sumpto et vbo p̄sentis tp̄is indicatiui modi: vt petrus currit: ꝛ vocaṫ simpliciter prima ꝑ quāto alie ꝓpōnes de preterito et futuro et possibili reducuntur ad talē ꝓpositionē et nō econtra. Unde propositio de p̄terito vt ista. adā fuit dicitur vera. ꝙ sua de presenti. s. adā est. aliquādo fuit vera. Ex istis sequiṫ ꝙ solū hoc verbū est tertiū adiacens proprijssime est verbū: ꝙ alia verba adiectiua nō sunt voces simplices cū subordinentur cōceptui cōplexo. Aduerte etiā ꝙ ad hoc ꝙ aliquid sit vbū oȝ ꝙ significet cuȝ tp̄e determinato ꝛ ꝑ hoc remouenṫ ꝑticipia que significant cū tp̄e indeterminato vt iam visum est. oȝ etiam ꝙ sit vox finita. ¶ Et per hoc remouenṫ verba infinita vt nō currit nō laborat: requiriṫ etiam ꝙ sit recta. i. presentis temporis indicatiui modi. oportȝ etiā ꝙ ꝑtes eius sep̄ate nihil significēt. i. ꝙ nō subordinenṫ ꝯceptui cōplexo vel ꝙ nulla pars separata significet aliq̄d qđ significabaṫ per totū. ꝛ hec de primo articulo.

Quid est
ꝓpō sim
plr p̄ria.

Verba i
ꝑsonalia
ꝛ vba ex
cepte ac
tionis an
sint vba.

Quantum ad scdm dubitaṫ p̄mo vtrum verba impsonalia vt legiṫ amaṫ. ꝛ etiaȝ verba excepte actionis. vt tonat. pluit. sint verba apud logicū. ꝛ videṫ ꝙ sic: ꝙ pn̄t esse appositum respectu nominatiui casus: igiṫ. ¶ In oppositum arguiṫ: ꝙ subordinanṫ ꝯceptui complexo: igiṫ non sunt verba fm logicū. añs pȝ: ꝙ amaṫ tm̄ valet sicut amatio fit: ꝛ legiṫ tm̄ valet sicut lectio fit. ꝛ pluit tm̄ valet sicut natura pluit. et sic de alijs. ¶ Rn̄detur breuiter ꝙ talia verba nō sunt ꝓprie verba fm logicū: ꝙ talia subordinanṫ ꝓpōnibus mētalibus vt bn̄ ꝓbat rō post oppositū. Sed restat alia dubitatio vtrum hoc verbum est fm adiacēs sit verbuȝ fm logicum. ¶ Pro cuius solutione supponiṫ ꝙ duplex est ꝓpō. s. de est scdo adiacente. ꝛ est de tertio adiacēte. de est scdo adiacēte est in qua nō poniṫ aliud p̄dicamentū materiale ab isto verbo est. vt petrus est. Alia est de tertio adiacēte in q̄ ponitur aliud p̄dicatum ab isto verbo est. vt petrus est albus. ¶ Hoc supposito rn̄deṫ ꝙ istud verbum est scdm adiacēs nō est ꝓprijssime verbuȝ fm logicū: ꝙ tale est mētaliter cōplexum includens copulam cum p̄dicato. nam sensus huiꝰ ꝓpōnis deus est. est iste deꝰ est ens. ꝛ sic ly est includit copulā ꝛ hoc ꝑticipiū ens. Ex isto pōt sequi ꝙ de rigore ꝛ ꝓprie nulla ē ꝓpō de est scdo adiacēte: cū talis subordineṫ ꝓpositioni de est tertio adiacente. vt ista petrus est subordinaṫ isti petrus est ens. que est de tertio adiacente.

Propositio de est
scdo adia
cente, ꝛ d
est tertio
adiacēte
ē duplex

¶ Et si q̄s dicat. quare ergo dicūt logici istā vocalem petrus est. esse de est scdo adiacēte. dico ꝙ ideo dicūt ꝙ explicite nō poniṫ aliud p̄dicatum ab isto verbo est. ꝛ istam petrus est albꝰ dicunt de est tertio adiacēte eo ꝙ explicite poniṫ aliud p̄dicatū ab isto verbo est. Sed adhuc est alia dubitatio vtrum verbum possit infinitari. Respondetur breuiter per aliquas propositiones. Prima istud verbum est tertium adiacēs quod est verbum proprijssime captum non pōt infinitari: quia tale est purum sincathegoreumatice significando: modo actus infinitandi seu negatio: infinitans non additur conueniēter talibus sincathegorematibus. ¶ Scda propositio verbum adiectiuum fm ꝙ includit copulam et suum participium potest infinitari. ꝛ hoc fm cōceptum sui participij: vt dicendo non laborat: sensus illius non est iste: non est laborās: sed est iste est non laborans. sic ꝙ actus infinitandi feratur ad participium et non ad copulam.

An vbuȝ
possit in
finitari.

Dubitatur secūdo vtrum pronomia sint nomina fm logicum. Pro cuius solutione supponitur ꝙ fm logicum tātum due sunt partes principales sȝ nomē et verbum. Et dicitur notanter partes principales: quia fm logicum plures sunt ꝑtes minus principales. s. cōiunctio: aduerbiū: ꝛ prepositio. ꝛ ꝙ tales sint partes fm logicū ꝓbatur: ꝙ fm tales cōstituitur enunciatio vera vel falsa. ergo sunt partes fm logicuȝ: possunt etiā variare sensum enūciationuȝ. ꝛ dicuntur minꝰ principales: quia sine ipis pōt fieri ꝓpositio vera vel falsa: sed alie dicuntur partes principales: ꝙ sine ipsis nō potest fieri orō vera vel falsa. Supponiṫ scdo ꝙ ꝓnoīa primitiue spēi pn̄t capi duplr. vno mō pure ꝓnoīaliter vt ipsis p̄ncipalit correspondet actꝰ demonstratiuus vel relatiuꝰ. ꝛ tūc dico ꝙ non sunt noīa fm logicū: sicut nec ista signa oīs nullus: imo ista est pure incōgrua ego amo: sicut ista oīs legit; ꝙ tūc ista ꝓnoīa nihil significāt: sed solū habēt modū significandi. Unī sicut signū vl'e facit terminum cui addiṫ teneri ꝓ oībꝰ suis suppositis copulatiue: ita ista ꝓnoīa primitiue spēi pure ꝓnoīaliter capta faciūt terim cui addūtur teneri discrete vel singulariter. Alio mō capiūtur ista ꝓnomina vt in mēte correspōdet actꝰ demōstratiuꝰ et signū rei demōstrate: ꝛ sic p̄dicta ꝓnoīa sunt bn̄ noīa fm logicū: ꝛ tūc illa orō est cōgrua ego sum. Et adhuc sunt noīa capiendo nomē cōiter vel ꝓprie ꝛ nō ꝓprijssime cū nō sint voces simplices: sȝ ꝯplexe cū subordinenṫ ꝯceptui ꝯplexo ex actu demōstratiuo ꝛ ꝯceptui rei demōstrate. ¶ Sed restat alia dubitatio quare est ꝙ cū adiectiuum adiectiue tentum et substantiue ten-

An pnomia sint
noīa fm
logicum.
Pronoīa
ꝑmitiua
q̄c modis
capiunṫ.

tum subordinētur eidem conceptui ꝙ si vnum sit nomē ꝛ non reliquū. Respondetur primo ꝙ nō subordinant eidē cōceptui. Unde adiectiuū adiectiue tētū subordinat cōceptui ꝑcise significanti formā: vt albus pure adiectiue tentum subordinat cōceptui ꝑcise significanti formam puta albedinē ꝑ modū tñ adiacētis: sed adiectiuum substātiue tētum subordinat cōceptui incōplexo indistincte significāti formā ꝛ subiectū: vt albū substātiue tentū subordinat cōceptui significanti indistincte albedinē ꝛ rem habentem albedinē. Et ex isto habetur quare adiectiuum adiectiue tentū nō pōt esse nomē ꝑm logicū vbi tñ adiectiuū substātiue tentū est nomē. Naz adiectiuū adiectiue tentū cū importet solā formā nō pōt poni in oratione sine substātiuo determinante ipm. Sed adiectiuū substātiue tentū pōt bene poni sine substātiuo cū īportet subiectum vel rem cui adiacet talis forma īportata ꝑ adiectiuū adiectiue tentū. Et si qs dicat si hoc esset verū seqret ꝙ istud ꝯplexū res alba esset nomē ꝑm logicū: qꝛ albū substātiue tentum ꝛ res alba idē īportant ꝛ subordinātur eidē cōceptui. Respōdet ꝙ albū subordinat cōceptui incōplexo: et res alba cōceptui cōplexo: ideo non est idem.

Nō adiectiuū est nomē ꝑm logicum

An nomē infinitū sit cōplexū vel incōplexū

Dubitatur tertio vtrum nomē infinitum sicut non hō sit quid cōplexum vel quid incōplexū. Pro solutione supponit ꝙ negatio infinitās pōt addi cuilibet termīo cathegorematico siue sit transcendēs siue nō. Ex quo sequit falsitas aliquoꝝ dicētiū ꝙ trāscēdentia nō pñt infinitari. Tunc rñdetur breuiter ꝙ nomē infinitū subordinatur cōceptui cōplexo ex negatōe infinitāte ꝛ cōceptui cui subordinat termin⁹ finitus: ideo nō est nomē ꝑm logicū. Sed dubiū est vtrū nomē infinitū īportet in suo ꝯceptu conceptum entis ita ꝙ nō hō sit idez sicut ens quod nō est hō. Dicūt aliqui ꝙ sic: sed de hoc alias videbitur. ¶ Sed restat alia dubitatio vtruz ista vox paterfamilias sit vox cōplexa vel incōplexa. ꝛ videtur ꝙ sit incōplexa: qꝛ ex plurib⁹ conceptibus incōplexis nō resultat cōcept⁹ cōplexus nisi illi cōceptus habeāt adinuicē debitam cōnexionē: sed cōcept⁹ hui⁹ qđ est pater ꝛ hui⁹ quod est familias nō habēt adinuicē debitā cōnexionē magis ꝙ̄ cōceptus hui⁹ qđ est homo ꝛ huius qđ est asinus. ¶ In oppositū sunt grammatici dicētes illā vocē esse cōposite figure: ergo oportet ꝙ in mēte correspondeat sibi conceptus cōplexus. Respōdetur ꝓbabiliter ꝙ ly paterfamilias est cōposite figure: ꝛ sic subordinatur cōceptui cōplexo: ideo est vox complexa nec est nomē ꝑm logicū. Et ad rationē dicitur ꝙ illi cōcept⁹ hñt debitā cōnexionē adinuicem: quia cōceptus cui subordinat paterfamilias non est cōceptus huius termini pater ꝛ huius termini familias. Sed subordinatur cōceptui cōposito ex conceptu huius termini pater ꝛ huius termini familie. Unde non oportet ꝙ ꝑtes aliquā dictionē figure cōposite cōponētes ingrediantur compositionem illius dictionis ꝑm talem modum ꝙ quelibet pars conceptus cōplexi correspondētis tali dictioni correspondeat alicui parti nominis cōposite figure.

An illa vox pr̄fa milias sit vox ꝯplexa vel īcōplexa.

Sed restat alia difficultas verū rectus ꝛ obliquus sint termini synonimi: sic ꝙ subordinētur eidem conceptui. Respondetur ꝙ termini possunt dici synonimi dupliciter. Uno modo quia idem adequate significant siue habeant eosdem modos significādi siue non. ꝛ sic rectus ꝛ obliqui sunt bene termini synonimi. Alio modo ꝙ idem importent sub eisdem modis significandi tam essentialib⁹ ꝙ̄ accidētalibus: ꝛ sic rectus ꝛ sui obliqui nō erūt termini synonimi. Et si quis dicat ad terminos synonimos non requiritur ꝙ̄ conueniant in modis significādi accidētalibus: quia alias lapis et petra non essent termini synonimi. Respondetur ꝙ dato ꝙ rectus ꝛ obliquus essent termini synonimi non tamē sequeretur ꝙ sicut rect⁹ est nomē ita obliqu⁹: qꝛ modi grāmaticales impediunt. Ex quo sequitur ꝙ nō semꝑ loco vni⁹ synonimi licet ponere aliud synonimū nisi conueniant in modis significandi grāmaticalibus. Et hec de secundo articulo.

An rect⁹ ꝛ obliqu⁹ sint termini sinonimi.

¶ Secũdo supponitur ꝙ ad hoc ꝙ talis consequentia sit bona tres conditiones requiruntur. ¶ Prima ꝙ non sit repugnãtia in adiecto id est ꝙ determinatio non sit alienãs suum determinabile neqꝫ repugnans neqꝫ diminuens. defectu cuius nõ sequitur adam est homo mortuus: ergo adam est homo ⁊ est mortuus: ⁊ hoc capiendo ly mortuus nominaliter quod tantuꝫ valet sicut priuatus vita. ¶ Scda conditio ꝙ talis determinatio non sit ampliatiua. defectu cuius non sequitur chimera est ens inopinabile: ergo chimera est ens ⁊ est ĩopinabile. ¶ Tertia cõditio ꝙ determinatio non capiatur equiuoce in coniuncto ⁊ diuiso seu ꝙ nõ varietur appellatio: defectu cuius non sequitur: iste est bonus faber: ergo iste est bonus ⁊ est faber: quia ly bonus aliter appellat in coniuncto ꝙ̃ in diuiso. Potest tamẽ addi quarta cõditio ꝙ nullus terminus sit equiuocus: ideo non sequitur hoc est canis latrabilis: ergo hoc est canis ⁊ est latrabile cũ prĩa ps ꝯñtis sit ꝓpõ plures q̃ nõ est ꝓpõ neqꝫ vera neqꝫ falsa. Potest iterũ addi alia cõ

dicto ꝙ oportet arguere in illis que sunt simpliciter ⁊ nõ ꝑm accidẽs. vñ cõiunctum dr̃ cõuenire simplr̃ qñ quelibʒ ps dr̃ de subiecto: ideo nõ sequitur essentia diuia est pater generãs: ergo est pater ⁊ est generans: qꝛ scd̃a ps diuisi est falsa. Sed quereret aliq̃s vtrũ sic arguẽdo: sortes est hõ albꝰ: ergo sortes est homo ⁊ est albꝰ: arguatur debite a cõiunctis ad diuisa: Et videtur ꝙ nõ: qꝛ alterũ cõiunctoꝝ dr̃ de alio ꝑ accidẽs puta albꝰ de hoĩe: ergo nõ bñ arr̃ vt videtr̃ dicere textꝰ.

Quot mo dis aliq̃d dr̃ de altero ꝑ accidens.

Rñdetur ꝙ aliq̃d dici de altero ꝑ accidens põt intelligi duplr̃: vno mõ qꝛ accidẽtaliter p̃dicatr̃ de illo: ⁊ sic albꝰ bene ɔuenit hoĩ ꝑ accidẽs. alio mõ qꝛ nõ cõuenit alteri sicut determinatio conuenit determĩabili: ⁊ sic dico ꝙ albus nõ ɔuenit ꝑ accidẽs hoĩ: sʒ ꝑ se: ⁊ hoc vult habere textus.

Cõsequẽtia a diuisis ad cõiũcta an sit bona. Predicata qt̃ mo dis dicũtr̃ diuisa.

Sciendum est quarto ꝙ scd̃a difficultas est talis: an valeat ɔña a diuisis ad cõiũcta. Pro cuiꝰ solutione supponitur primo ꝙ aliq̃ p̃dicata possunt dici diuisa duplr̃. Vno mõ ꝑ positionẽ alicuꝰ cõiunctionis mediãtis inter ea: vt sortes est hõ ⁊ albꝰ: ⁊ sic capiũtur hic diuisa. Alio mõ dicũtur diuisa .i. nõ cõiuncta ꝑ cõiunctionẽ vt hõ albus: ⁊ sic non capiuntr̃ hic diuisa. ¶ Supponitur scd̃o ꝙ arguere a diuisis ad cõiuncta est arguere ab añte in quo ponũtur plura p̃dicata mediãte cõiunctione ad ɔñs in quo ponũtur sine cõiunctione: vt sortes est hõ ⁊ est albus: g̃ est hõ albus. ¶ Supponitur tertio ꝙ ad hoc ꝙ talis ɔña sit bona tres cõditiones requiruntur.

Conditiones req̃site ad hꝰ ꝙ tal' ɔsequẽtia sit bona.

Prima ꝙ diuisa se habeãt sicut determinatio ⁊ determĩabile: iõ nõ sequitr̃ sortes est ambulãs et est musicus: ergo sortes est ambulãs musicꝰ: cum ɔñs sit ꝓpositio plexs q̃ nec ẽ v̾a neqꝫ falsa. ¶ Scd̃a cõditio ꝙ determĩatio nõ capiatr̃ equiuoce seu ꝙ nõ fiat variatio appellationis. iõ nõ sequitur ꝙ iste canis est pater ⁊ est tuꝰ: ergo est pater tuus: quia in antecedẽte ly tuus appellat te tãq̃ possessorẽ canis: ⁊ in ɔñte appellat te tãq̃ genitũ a cane. Tertia ꝙ non fiat nugatio vt nõ seq̃tur. sortes est hõ ⁊ est bipes. g̃ est homo bipes. nec etiã seq̃tur sortes est hõ ⁊ aĩal: ergo est homo aĩal. Et aduerte ꝙ tanta est nugatio dicẽdo aĩal hõ sicut hõ aĩal. Nam si diffinitiões ponãtur loco terminoꝝ erit nugatio: ergo illi termini ĩportãt nugationẽ. ¶ Tertia difficultas: quomõ valet ɔña ab est de tertio adiacẽte ad ꝓpositionẽ de est scd̃o adiacẽte. Respõdetr̃ ꝙ in ꝓpõnibꝰ necessariis nõ valet: adeo nõ sequitur adã est hõ: ergo adã est. sed in ꝓpõnibus cõtingentibus bene valet seruatis tñ aliquibꝰ conditionibus. ¶ Quarũ prima est ꝙ p̃dicatuʒ non sit terminꝰ ampliatiuꝰ defectu cuiꝰ nõ sequitur adam est mortuꝰ: ergo adam est: etiã nõ sequitr̃ rosa cognoscitr̃: ergo rosa est. ¶ Scd̃a conditio ꝙ principalis ps p̃dicati nõ amplietur defectu cuius nõ sequitur adam est albũ qd̾ est vel fuit ergo adam est. ¶ Tertia conditio ꝙ subiectuʒ nõ sit terminus ampliatiuꝰ: defectu cuiꝰ nõ seq̃tur mortuũ est hõ qd̾ fuit: ergo mortuũ est põt addi etiam alia cõditio. s. ꝙ p̃dicatũ non sit terminus infinitus: ideo non sequitur chimera est nõ alba: g̃ chimera est. Et hec de primo articulo.

An a negatiua ad affirmatiuã subiecto eodẽ manẽte p̃dicato variato sit bona ɔsequẽtia.

Quantum ad scd̃m dubitatur primo vtrũ a negatiua ad affirmatiuã subiecto manẽte eodẽ ⁊ p̃dicato variato penes finitũ ⁊ infinitum valeat ɔña. ¶ Respõdetr̃ breuiter ꝙ talis ɔña est bona aliq̃bus cõditionibus obseruatis.

Cõditiones ad hꝰ req̃site.

Prima ꝙ totale p̃dicatũ infinitetr̃ ⁊ ꝑ hoc nõ sequitr̃ sortes non videt equũ: g̃ sortes est videns nõ equũ. ¶ Scd̃a cõditio ꝙ nõ sit aliq̃s terminus supponẽs cõfuse tñ: defectu cuiꝰ nõ sequitur cuiuslibet hoĩs asinus nõ est asinꝰ: g̃ cuiuslibet hoĩs asinus est nõ asinus: añs est verũ ⁊ cõsequẽs falsum. añs eñ seq̃tur ad istã cuiuslibet hoĩs oĩs asinꝰ. asinꝰ nõ est q̃ est vera cum sua cõtradictoria sit falsa. s. ista alicuꝰ hoĩs aliq̃s asinus est oĩs asinꝰ. Et ꝙ sequatr̃ ad illã ptʒ: quia sunt ꝓpõnes eiusdẽ qualitatis ⁊ q̃titatis ⁊ de eisdẽ termĩs simuliter supponẽtibus: igitur vna sequitur ad aliã: Etiã nõ seq̃tur a: hõ nõ est hõ ergo a: hõ est nõ hõ: cũ añs sit verũ ⁊ ɔñs fl̃m. et ꝙ añs sit verũ ptʒ: qꝛ bñ seq̃tur: oĩs hõ hõ nõ est: g̃ a hõ nõ est hõ: ⁊ añs est veꝝ cũ q̃libet eius singularis sit vera ⁊ etiã sua ɔ̃dictoria ẽ fl̃a. Et ꝙ sequatr̃ ptʒ: sunt eñ ꝓpõnes eiusdẽ q̃litatis de eisdẽ termĩs silr̃ oĩno supponẽtibus: igitur ⁊c.

An in tali ɔña ponenda sit ɔstantia subiecti in cõsequẽte.

¶ Sed q̃reret aliq̃s vtrũ in tali ɔña oporteat ponere cõstantiã subiecti in ɔñte. sicut dicũt aliq̃ui sic arguẽdo: sortes nõ est lapis ⁊ sortes est. ergo sortes est nõ lapis. Rñdetur ꝓbabiliter ꝙ nõ est necesse ponere illã cõstantiã: qꝛ dicit aristoteles in postp̃dicamẽtis ꝙ siue sortes sit siue nõ sit: necesse est ipm lãguere vel nõ lãguere. iõ nõ videtur ꝙ debeat poni illa cõstantia. ¶ Sʒ ɔtra hoc arguitr̃: qꝛ tũc bene seq̃retr̃ chimera nõ est alba: g̃ chimera est nõ alba: sed hoc non: quia añs est verũ ⁊ ɔñs falsum: qꝛ ad ipm in bona cõsequẽtia seq̃tur vna falsa: vt bene seq̃tur chimera est nõ alba: ergo chimera est. Rñdetur ꝙ nõ sequitr̃ vt iam visum est. Et dico vlteriꝰ ꝙ ex ꝓpositione affirmatiua de p̃dicato infinito oʒ arguere sicut in negatiua: ⁊ dico ꝙ ipa ꝓpõ de p̃dicato infinito hʒ tot causas veritatis sicut negatiua: qꝛ aliter arguẽdo a negatiã ad affirmatiuã de p̃dicato ĩfinito argueretr̃ a ꝓpõe hñte plures causas veritatis ad ꝓpõnem habentẽ tantum vnã causam veritatis. Et si q̃s dicat si hoc esset verũ seq̃retr̃ ꝙ due cõtradictorie essent simul vere: ptʒ qꝛ ista est vera ꝑte chimera est non alba: ⁊ etiã ista est vera. nulla chimera ẽ nõ alba. que est eiꝰ cõtradictoria: qꝛ oĩs ꝓpõ negatiua cuiꝰ subiectũ ꝓ nullo supponit est vera. Dico ꝙ illa regula est vera in ꝓpositionibꝰ de p̃dicatis finitis ⁊ nõ infinitis. Et si q̃s dicat sensus queʒ facit ista ꝓpõ chimera est nõ alba est falsus: q̃a sensus eiꝰ est: chimera est ens qd̾ nõ est album. et illa est falsa. Respondetur ꝙ sicut non album est vniuocũ ad omne ens ⁊ nõ ens quod non est album: ita etiaʒ supponit ꝓ eis. ideo sensus est chimera est ens vel non ens qd̾ est non album. Ex quo videtur ꝓbabiliter dici ꝙ nomẽ infini-

tum in suo conceptu includat conceptum entis et non entis: et non solum entis: vt aliqui dicunt.

An ab affirmatiā ad negatiuā subiecto eodem manente p̄dicato variato: sit bona ꝯsequentia.

Dubitat̄ secūdo vtrū ab affirmatiua ad negatiuā subiecto manēte eodē ꝛ predicato variato penes finitū ꝛ infinitū valeat ꝯña: et videt̄ ꝙ nō: q2 nō sequit̄ sortes fuit nō albus: ḡ sortes nō fuit alb⁹: q2 añs pōt esse verū ꝯñte existente falso: nam posito casu ꝙ sortes ante heri fuerit niger: ꝛ postea alb⁹. añs est verū ꝛ ꝯñs falsū. Item nō sequit̄ sortes erit nō alb⁹: ḡ sortes nō erit alb⁹ ꝓportionabiliter ponēdo casum sicut prius. Item nō sequit̄ sortes pōt esse nō albus: ergo sortes nō pōt esse albus. Respondet̄ breuiter ꝙ arguēdo ab affirmatiā ad negatiuā tali mō bene valet cōsequētia aliquib⁹ cōditionib⁹ obseruatis. ¶ Prima ꝙ totū p̄dicatū infinitetur: ideo nō sequit̄: sortes videt nō equū: ergo sortes nō videt equū. ¶ Scd̄a ꝙ in affirmatiā addatur ista ꝑticula in qualibet ꝑte tꝑis p̄ntis si sit copula p̄ntis: vel p̄teriti si sit p̄teriti: vl' futuri si sit futuri. vt sic arguēdo sortes in qualibꝫ ꝑte tꝑis p̄teriti fuit nō alb⁹: ergo sortes nō fuit albus. ¶ Tertia ꝙ si arguat̄ in modalib⁹ debꝫ obseruari ꝙ negatio ponat̄ post modū: vt sic arguēdo: sortes pōt esse nō albus: ergo sortes pōt nō esse albus. ꝛ ꝑ hoc soluūtur instātie. ¶ Sed q̄reret aliq̄s vtrū ab affirmatiua ad negatiuam p̄dicato manēte eodē ꝛ subiecto variato penes finitū ꝛ īfinitū valeat cōsequētia. Respondetur breuiter ꝙ bene valet cōsequētia qñ p̄dicatum est termin⁹ singularis ꝛ dum copule addat̄ ista ꝑticula in qualibet ꝑte tēporis p̄sentis. preteriti. ꝛ futuri, ꝓportionabiliter ad copulā: vt bene sequitur. non album pro qualibet ꝑte tēporis p̄sentis est sortes. ergo album nō est sortes: quia ex opposito consequētis infertur oppositū antecedētis. ¶ Dicitur scd̄o ꝙ si p̄dicatum sit terminus cōmunis nō valet consequētia: vt non seq̄tur non albū in qualibet parte tēporis p̄sentis est ens: ergo albū non est ens. ¶ Etiam non sequitur: in secana sunt nō pisces: ergo in secana non sunt pisces. nam ibi arguitur ab affirmatiā ad negatiuā variando subiectum penes finituꝫ et infinitū: ꝛ non variādo p̄dicatū cū non pisces sit subiectum. ¶ Dicitur tertio ꝙ a negatiā ad affirmatiuā p̄dicato manēte eodem ꝛ subiecto variato penes finitum ꝛ infinitū nō valet consequētia respectu etiam quorūcūq; terminorum. ideo non sequitur albuꝫ non est sortes: ergo nō album est sortes.

An ab affirmatiā ad negatiuā p̄dicato manente: et subiecto variato sit bona ꝯsequentia.

An hec cōsequētia sit bona: sortes est hō mortu⁹. ḡ nō est homo. Iste terminus mortu⁹: quot mōis capitur.

Dubitatur tertio vtrū valeat ista cōsequentia sortes est homo mortu⁹: ergo sortes non est homo: ꝛ ista sortes est homo mortu⁹: ergo sortes est homo ꝛ est mortuus. ¶ Respōdetur breuiter ꝙ iste terminus mortuus pōt capi dupliciter. vno modo nominaliter: ꝛ sic tantum valet sicut carens vita .i. anima. aptum natum tamen recipere eam: ꝛ sic dico ꝙ ly mortuuꝫ respectu hominis vel animalis est determinatio distrahēs alienās vel diminuēs: ꝛ sic capit philosophus in textu cū dicit ꝙ mortuuꝫ distrahit de ratione hominis: imo est determinatio totaliter repugnās homini vel aīali sicut cecum est determinatio repugnās lapidi. ꝛ tunc dico ꝙ ista ē vera homo mortuus non est homo: quia tūc homo mortuus importat rationem impossibilem: modo de ratione impossibili nihil dicatur vere: et tunc etiā bene sequitur sortes est homo mortuus: ergo sortes non est homo: sed non sequitur sortes est homo mortuus: ergo est homo et mortuus: quia tūc est repugnantia in adiecto. ¶ Alio modo capitur ly mortuus participialiter veniens de morior moreris. ꝛ tantum valet sicut corruptus corrupta corruptum: et tunc nō est determinatio distrahens: immo potest addi vere cum ly homo vt cōiter dr̄ aliquis homo est mortuus. adam est homo mortuus: ꝛ tunc habet vim ampliandi sicut alia participia preteriti temporis. et tunc dico ꝙ ista est vera et conceditur adam est homo mortuus. Et dico ꝙ bene sequitur adam est homo mortuus. ergo adā est homo et est mortuus. Et si quis dicat ista est falsa adam est homo cum subiectum pro nullo supponat. Dico ꝙ est vera vt alias visum est. et quōmodo ad propositiones necessarias non requiritur ꝙ terminum supponant pro aliquo existente. Dico tamen ꝙ illa consequentia non est formalis sed soluꝫ materialis: quia ad bene arguendum coiunctis ad diuisa requiritur ꝙ determinatio non sit ampliatiua vt visum est. Et hec de secundo articulo.

Cōclusio rñsalis ꝺ supradictis cōsequētijs.

Quantum ad tertium sit conclusio responsalis a negatiua ad affirmatiuam. et econtra subiecto manente eodeꝫ et variato predicato penes finitum et infinituꝫ est bona consequētia conditionibus tamen aliquibus obseruatis vt visum est in secundo articulo. ¶ Ad ratiōes Ad primam patet solutio. nam totale predicatum non infinitat̄. ¶ Ad scd̄am dicitur ꝙ nullo homine existēte ista est adhuc vera homo est albus vel non albus vt visum est in scd̄o articulo. Dico etiam ꝙ non sequitur homo est non albus. ergo homo est. Et similiter dicatur ad tertiam. ¶ Unde propositioneꝫ negatiuam nihil supponere pōt intelligi dupliciter. Uno modo quia termini non supponant: ꝛ sic non intelligitur hic. Alio modo quia ad eius veritatem sufficit subiectū pro nullo supponere. ¶ Ad quartam dicitur ꝙ ille premisse primo et per se habent inferre affirmatiuam. ¶ Ad quintā patet solutio in secūdo articulo. Sequitur textus.

Quō intelligit̄ ꝓpōneꝫ negatiuam nihil supponere.

His vero determinatis perspiciēdum est quemadmodum sese habeāt affirmationes et negationes ad seinuicem: hee scilicꝫ que sunt de possibili esse et non possibili esse: et contingere et non contingere: et de impossibili et necessario.

Ste est secundus tractatus huius libri in quo determinat de oppositionibus & cõsequẽtijs ꝓpõnũ modaliũ. Et diuidit in tria capitula. ¶ In primo determinat de oppositiõe ꝓpositionũ modaliũ mouẽdo talẽ dubitationẽ vtrũ ad habẽdũ ꝯdictionez in modalibꝯ negatio sit ferẽda ad verbũ vel ad modũ. ¶ Et primo arguit ꝙ ad verbũ quia in illis de inesse sumitur ꝯtradictio ponẽdo negationẽ ad verbũ ergo similiter in modalibꝯ. Añcedẽs ꝓbat exẽplariter primo in illis de est secundo adiacẽte: q2 negatio istius hõ est: est ista. homo non est vl' nõ est homo. ¶ Secũdo ꝓbat in illis de est tertio adiacẽte q2 negatio istiꝯ est hõ albus. est ista non est albus homo. & nõ ista est. nõ albꝯ homo. ¶ Deinde probat in alijs ꝓpositionibꝯ de verbo adiectiuo: q2 negatio istius ambulat homo ẽ ista. nõ ambulat homo et non ista: ambulat non homo. ¶ Ex quibus cõcludit philosophus ꝙ si sit simile in illis de inesse. et modalibꝯ: negatio istius possibile est esse erit ista possibile est nõ eẽ et nõ ista non possibile est esse. ¶ In oppositũ arguit quia si ꝯtradictio in modalibꝯ esset sumẽda ponẽdo negationẽ ad verbũ et nõ ad modũ sequeret̃ ꝙ ꝯdictoria essent simul vera. ꝯñs est impossibile. ꝯñam probat: quia idem est possibile esse et possibile non esse. vt omne qđ possibile est esse vel ambulare possibile est nõ esse vel nõ ambulare. Consequẽter soluit hãc dubitationẽ dicens ꝙ negatio istius possibile est esse est ista: nõ possibile est esse. & similiter dicat̃ in alijs modis. ita ꝙ ad dandũ ꝯtradictionez in modalibꝯ saltem eiusdẽ modi negatio est ferenda ad modum qđ ꝓbat p̃mo tali rõne. sicut se hñt esse & nõ esse in illis de ineẽ ita se hʒ modus in modalibus: sʒ in illis de inesse sumit̃ ꝯtradictio ponẽdo negationẽ ad esse ita in modalibꝯ sumit̃ cõtradictio ponẽdo negationẽ ad modũ: maiorez ꝓbat: q2 sicut esse & nõ esse in illis de inesse sũt appositiones hoc est copule. & subm & p̃dicatũ sunt res subiecte: ad est sunt illa inter que copula copulat. sic in modalibꝯ esse & nõ esse sũt subiecta. i. determiabilia. & modi scʒ ꝯtingẽs possibile impossibile & necesse sunt appõnes hoc est sunt determiationes verboꝝ illorum. Et sicut in illis de inesse ex parte esse vel nõ esse sumit̃ veritas & cõtradictio: vt istius sortem possibile est esse negatio est in ista: sortez nõ possibile est esse. & proportionabiliter dicatur de alijs.

De cõsequẽtijs & ꝯtradictio in modalibꝯ.

Consequẽtie vero scđm ordinem fiunt ita a ponẽtibus. illi eñi que est possibile est esse: illa que est cõtingit esse. & hec illi conuertitur & nõ impossibile esse & nõ necesse esse.

De cõsequẽtijs & equipollentijs ppõnum modalium.

In isto scđo capitulo determĩat phs de equipollentijs & ꝯsequentijs ꝓpõnum modalium. & p̃mo fm opinionem antiquorum dicẽs ꝙ antiqui ordinauerũt ꝓpositiões modales in primo rotulo fm exigentiã huius dictionis amabimꝯ. & in scđo fm exigentiã huius dictionis edẽtuli. Deinde determiat fm eius opinionẽ dicẽs ꝙ ꝓpões de possibili & cõtingenti equipollẽt ꝓpositionibꝯ de impossibili mõ vniꝯ affirmato & alterius negato. vt iste due equipollẽt sortẽ impossibile est esse & sortez nõ possibile est esse. Siĩr iste sortẽ possibile est esse et sortẽ nõ impossibile est esse. ita ꝙ vult ordiare ꝓpões modales de primo rotulo fm exigẽtiam huius dictionis amabimus. & ꝓpões de scđo fm exigentiã huius dictionis edẽtuli. Ex quo sequitur ꝙ antiq̃ male ordinauerũt ꝓpositiones de possibili & necessario in p̃mo & scđo rotulis q2 ille đ necessario sic ab ip̃is ordinate nõ eq̃pollent illis de possibili in illis duabꝯ p̃mis lineis: vt ista non necesse est esse in prima linea nõ equipollet isti possibile est esse. nec ista non necesse est nõ esse nõ equipollet isti possibile est nõ esse in scđa linea. Quod ꝓbat tribus rationibus. ¶ Prima iste sunt simĩ vere necesse non esse & nõ necesse esse: & sequũtur adinuicez cum possint dici subalterne: cuʒ ergo possibile esse in prima linea & necesse nõ esse de tertia linea contradicãt. sequitur ꝙ iste nõ equipollẽt nec sunt in eadẽ linea possibile esse & nõ necesse esse: et ꝑ cõsequẽs male ponũtur in prima linea. ¶ Secũda ratio. necesse & impossibile opponũtur cõtrarie: ergo equipollent ponẽdo negationez ad dictum & postponendo modo sicut ille de inesse post ponẽdo negationẽ signo vniuersali eq̃pollent: ergo si in primo ordine negetur impossibile & affirmetur eius dictũ: etiam negabitur necesse & cum hoc eius dictum. ¶ Tertia ratio. si sic iste cõtradicerent: necesse non esse de tertia linea & nõ necesse esse de prima quod est falsuʒ. quia tunc due contradictorie sequerẽtur seinuicem qđ est ĩpossibile: cõsequẽtia ꝓbat: quia bene sequitur necesse esse: ergo possibile esse. si ergo sequat̃ possibile esse. ergo non necesse esse: ergo de p̃io ad vltimũ seq̃retur necesse esse: ergo nõ necesse esse qđ est falsum. Ex quibus sequit̃ ꝙ antiqui male ordinauerunt ꝓpões de possibili et necesse in primo & scđo rotulis.

An antiq̃ bñ ordinauerint ꝓpões de p̃mo & secundo rotulis.

Dubitabit autẽ aliq̃s si illud quod est necessarium esse possibile seq̃tur. nam si non sequitur cõtradictorie sequitur non possibile esse. et si quis nõ hanc dicat contradictionem esse necesse est dicere possibile est non esse: sed vtreq3 false sunt de necesse esse.

¶ In hoc capitulo philosophus soluit vnaz dubitationem: vtrum ad necesse esse sequatur possibile esse. Et arguitur p̃io ꝙ sic. quia si ad necesse esse non sequatur possibile esse: tunc oppositum consequentis scilicet non possibile esse stabit cum necesse esse quod est falsum cum sit contrarium antecedentis. Deinde arguit ad ꝑtem negatiuam illud qđ põt esse põt non esse. Si ergo ad necesse eẽ sequatur possibile esse et

Vtrũ ad necesse esse sequat̃ possibile esse.

ad possibile esse sequatur possibile nõ esse. sequitur de primo ad vltimũ ad necesse esse possibile nõ esse et p ɔ̃ns nõ necesse esse quare vnũ cõtradictorioꝝ sequeꝝ ad reliquũ. ¶ Soluit dictam dubitationẽ dicẽs q non omne possibile hoc est non oĩs potẽtia valet ad opposita sed sunt aliq̃

[Potẽtiarũ diuĩo.]

potẽti e q̃ nõ sunt ad opposita ideo ponit vnam diuisionẽ potẽtiarũ. s. q quedã sunt rõnales: et quedã irrationales. rationales vt potẽtie hũane et ille pñt ad oppositũ. irrationales sunt du

[Irrationalis potẽtie acceptiones.]

plices quedaꝫ sunt semꝑ in actu vt ignis semꝑ est in actu calefaciendi et ille nõ possunt ad opposita. ¶ Alie sunt que q̃nq3 sũt in actu ⁊ q̃nq3 in potẽtia et tales pñt in opposita sicut sunt potentie aĩaliũ alioꝝ ab homine. ¶ Ex quo soluit

[Possibile ẽ duplex.]

dubitatõez dicẽs q ly possibile capiꝭ dupliciter Uno mõ large pro oĩ illo qð nõ implicat ɔ̃tradictionẽ esse. Alio mõ stricte pro illo qð potest eẽ et non esse. vnde possibile p̃io modo est magis cõe q̃ ly necesse esse ideo hoc mõ ad necesse esse sequitur possibile sed nõ econtra. Etiã non seq̃tar possibile secũdo modo captuꝫ. ¶ Ex quo in

[Entiũ acceptiões.]

fert aliã diuisionẽ dicens q entiũ quedã sunt q̃ semꝑ sunt actu vt de⁹ et intelligẽtie. Quedã q̃ q̃nq3 sunt in actu et q̃nq3 in potẽtia sicut substãtie corruptibiles ⁊ in illis potẽtia naturaliꝭr por est actu et actus posterior via generationis. licꝫ sit prior via perfectionis ideo actus simpliciter precedit potentiam. Alia sunt entia que nunq̃ sunt in actu perfecto seu inesse permanenti sicut est motus.

[Quõ in modalib⁹ habeꝭ contradictio.]

Q Ueritur vtrum ad habendum contradictionẽ in modalib⁹ necesse sit ferre negationẽ ad modũ. ¶ Et arguitur primo q nõ iste sunt ɔ̃tradictorie sortẽ possibile est currere. sortẽ possibile est nõ currere: ⁊ tamẽ negatio in nulla ferꝭ ad modũ: igiꝭ. maior ꝓbatur: q2 sunt singularis affirmatiua ⁊ singularis negatiua similiũ subiectoꝝ ⁊ p̃dicatoꝝ ergo ɔ̃tradicũt adinuicem. ¶ Scdo sic arguiꝭ. sicut est in illis de inesse. ita est in modalib⁹ sꝫ ad dandum ɔ̃tradictionẽ in illis de inesse negatio ferenda est ad verbũ. ergo etiã in modalib⁹ ¶ Tertio sic arguiꝭ. iste ɔ̃tradicũt adinuicem sortes necessario est currẽs. sortes possibiliter nõ est currens. ⁊ tñ in neutra eaꝝ negatio ferꝭ ad modũ: igiꝭ. ¶ Quarto sic arguiꝭ. iste nõ sũt ɔ̃tradictorie sortes est de necessitate currens. sortes est nõ de necessitate currẽs ⁊ tñ negatio fertur ad modũ: igiꝭ. ad habendũ ɔ̃tradictionẽ in modalib⁹ nõ est necesse negationem ferri ad modũ. minor ⁊ ɔ̃ña note sunt. maior ptꝫ. q2 ambe sunt affirmatiue ⁊ pñt simul esse false posito casu q sortes nõ sit. ¶ Quinto sic arguiꝭ. iste nõ sunt ɔ̃tradictorie ens nõ possibiliter est de⁹ ens possibiliter est de⁹ cum sint simul vere. ⁊ tamen negatio fertur ad modũ: igitur. ¶ In oppositum est aristoteles in textu: in questione sicut in ceteris erunt tres articuli.

[Propõis cathegorice acceptiones.]

Sciendũ est primo q pro declaratione q̃stionis supponitur primo q ꝓpositio cathegorica est duplex. s. modalis ⁊ ð inesse. Modalis est cui⁹ copula est modificata aliquo istorum modoꝝ scꝫ possibile impossibile ⁊c. Sꝫ propositio de inesse est illa cui⁹ copula nõ est modificata aliquo istoꝝ modoꝝ p̃dictorum vt sortes

[Quid est ꝓpõ modalis. Quid est ꝓpositio de inesse.]

est albus. ⁊ dr̃ de inesse seu de simplici inherentia. q2 predicatũ denotaꝭ inesse simpliciter subiecto vel q2 copula nõ est modificata vt homo est albus denotaꝭ p̃dicatũ simpliciter iesse subiecto sed cũ dico hoiem possibile est esse album denotaꝭ albũ possibiliter iesse homini. Supponitur scdo q isti modi scꝫ possibile impossibile ɔ̃tingens: necesse pñt capi dupl'r. vno mõ scdo intentionaliter ꝓut dicũt possibilitatẽ ɔ̃tingẽtiã vel impossibilitatẽ vel necessitatẽ ꝓpõnis. Et sic accipiũtur in modali cõposita: vt dicẽdo sortẽ currere ẽ possibile ibi ðnotaꝭ q talis ꝓpõ est possibilis. Alio mõ capiunꝭ p̃ie intẽtional'r et hoc dupl'r. vno mõ cathegorematice ꝓut dicunt possibilitatẽ cõtingentiã ipossibilitatẽ aut necessitatẽ entis: ⁊ isto mõ nõ faciũt ꝓpõnẽ modalẽ. sed sunt differẽtie entis. Alio mõ capiunꝭ sincathegorematice vt sunt ꝓpria signa solum denotãtia possibilitatẽ cõtingentiã ipossibilitatem aut necessitatẽ vnionis p̃dicati cũ subiecto

[Quid est copula i ꝓpositionib⁹ modalib⁹.]

et isto mõ faciũt ꝓpõnẽ modalẽ. Sꝫ restat vna difficultas q̃d sit copula in ꝓpõnib⁹ modalib⁹

[Dicendi modus ẽ duplex.]

Rñdetur q duplex est mod⁹ dicẽdi: vn⁹ dicit q aggregatũ ex verbo ⁊ mõ est principalis copula ⁊ q mod⁹ est ꝑs copule ita q si mod⁹ sit noĩalis aggregatũ ex mõ ⁊ hoc ṽbo est ⁊ verbo infinitum modi est copula. Si vero mod⁹ sit aduerbialis aggregatũ ex mõ: ⁊ isto verbo est copula. Et dicit iste mod⁹ q aliq̃ sunt ꝓpões cõtradictorie q̃ nõ sunt de synonimis copulis. Ali⁹ est mod⁹ magis ꝓbabilis q̃ tꝫ q sicut signũ vl'e vl' ꝑticulare additũ subiecto vel p̃dicato nõ est ꝑs subiecti: sed determiatio ei⁹ sit in modalib⁹ diuisis mod⁹ est deteriatio copule se tenẽs ad copulã sicut hmõi sincathegoremata oĩs null⁹ ad subiectũ. ⁊ q nõ sunt ꝑtes copule: sꝫ solũ determiationes earũ. Et sic copula in modalib⁹ quãdo mod⁹ teneꝭ noĩal'r est aggregatũ ex isto verbo est ⁊ verbo ĩfinitum modi. Et hoc si mod⁹ sumaꝭ in cõcreto. Sed si mod⁹ teneaꝭ aduerbialiter vel modus noĩal'r in abstracto: tũc est copula: ⁊ sic s̃m istũ modũ oẽs ꝓpões ɔ̃dictorie et eq̃pollẽtes adiuicẽ hñt copulas synonimas.

[An ꝓpõ modalis et ꝓpõ de inesse distinguanꝭ.]

Sciendũ est secũdo q circa textũ icidunt aliq̃ difficultates. P̃ria an ꝓpõ modalis et propõ de inesse distinguanꝭ spẽ: ad quã põt ꝓbabiliter rñderi q sic: q2 propões modales et de inesse magis dr̃ũt q̃ affirmatio ⁊ negatio: sed affirmatio ⁊ negatio dr̃ũt spẽ: igiꝭ ꝓpõ modalis ⁊ ꝓpõ de inesse differũt spẽ. Scda difficul

[An ꝓpões modales diuise et in eadem linea posite eq̃polleant.]

tas vtrũ ꝓpões modales diuise in eadẽ linea posite eq̃polleãt: ⁊ arguiꝭ q nõ: q2 iste ꝓpões sortẽ ipossibile est esse ⁊ sortẽ necesse est nõ esse ponũtur in eadẽ linea: ⁊ tñ nõ eq̃pollẽt: q2 vna est affirmatiua ⁊ alia negatiua. Nam illa de impossibili est affirmatiua cum in ipsa nulla pona

tur negatio. Secūdo sic iste nō equipollent sortes contingēter nō est currēs et sortes nō necessario est currēs cū ad istā sortes cōtingenter nō est currēs sequat̄ ista sortes cōtingenter est currens: que nō sequit̄ ad illā de necessario ⁊ tamē sunt in eadē linea: igit̄. Tertio sic. iste nō eq̄pollent oīe ens nō possibiliter nō est ens et ens necessario est ens. ex quo vna est vera et altera falsa. et tñ sunt in eadē linea puts in quarta: igit̄. Ad hoc respondetur ꝙ ꝓpōnes modales diuise de diuersis modis in eadem linea dūmodo sint similium subiectorū et p̄dicatoꝝ ⁊ obseruentur proprietates logicales requisite ad equipollentias eq̄pollēt. vnde modales diuise de diuersis modis in eadē linea ordinate debēt esse similiū qualitatū et quantitatū similium subiectorum: ⁊ p̄dicatorū similiter se habentiū quo ad ꝓprietates logicales terminoꝝ. ¶ Hoc supposito respondet̄ ad rationes. Ad primā negatur minor et ad probationez negatur ꝙ illa de impossibili sit affirmatiua et etiā negatur ꝙ negatio nō addatur verboꝝ quia impossibile est modus negatiuus includēs negationē. ¶ Ad secūdā distinguitur maior: vel capiēdo ly cōtingens specialr vt disparate se habet ad necessarium, ad qd̄ bñ sequitur ꝯtingēs nō esse et tale ponit̄ in lineis. aut capiēdo cōtingens generaliter vt se extendit ad omne illud qd̄ nō est īpossibile et tale nō ponitur in lineis. et propositio in qua ponit̄ tale cōtingens non conuertitur in oppositam qualitatem. ¶ Ad tertiā dicitur cōcedēdo totū argumētum q̄z titulus questionis intelligitur dūmodo termini eodem modo supponāt in vna sicut in altera.

Limitatio q̄tuor modorum facientiū ꝓpōnē modalem.

Sciendū est tertio ꝙ licet sint plures alij modi facientes ꝓpositionem modalē q̄ isti quattuor possibile: impossibile: contingēs: et necesse. cuiusmodi sunt verū falsum et scitū: tamen cōmuniter determinat̄ solum de illis quattuor. quia inter oēs illos quattuor modos p̄ ꝑpositionem negationis aut postpositionē vel p̄ prepositionē et postpositionē simul sunt oppositiones ⁊ eq̄pollentie: non autem ſm alios modos. Et aduerte ꝙ ꝓpositio modalis nō dicitur ideo modalis eo ꝙ a parte subiecti vel predicati vl̄ copule ponatur modus quia tūc iste essent modales sortes albus currit sortes currit velociter: sortes heri fuit quod est falsū. sed dicitur modalis: quia a parte copule ponit̄ modus determinans verbū gratia cōpositionis copule et actus cō plexi sicut sunt isti modi possibile īpossibile. Ex quo sequitur ꝙ illi qui dicūt ꝙ ꝓpositio modalis dicit̄ ideo modalis quia a parte copule ponitur modus verificabilis de tota ꝓpositione inquātū propositio: nō bene dicūt. quia tunc ista non esset modalis sortē possibile est currere: quia ille modus possibile qui ibi ponit̄ nō est verificabilis de tota propositione. quia possibile qui verificat̄ de tota ꝓpositiōe capit̄ scd̄e intentionalr et nō capit̄ p̄me intētionalr. quēadmodū capit̄ in ista. sortē possibile est currere. iō

Propositio modalis q̄re dicat̄ modalis.

dixerunt aliqui ꝙ modalis dicit̄ ideo modalis q̄z a p̄te copule ponit̄ mod⁹ inclusus in diffinitione modi verificabilis de tota ꝓpōne inquātum ꝓpō. vnde possibile prime intētionaliter captū includit̄ in diffinitiōe de possibili scd̄e intētiōaliter capto qui verificabilis est de tota ꝓpositione. nā possibile secūde intentiōaliter captum est ꝓpositio sic se habēs ꝙ qualitercunq̄ per ipsam significatur esse possibile est ita esse. ecce ibi quomō in ista diffinitiōe includit̄ possibile p̄me intētionaliter captū et debet intelligi dūmodo illi mōi habeāt ꝓportionabilitatez ad inuicē. Et p̄ hoc remouet̄ qualitercūq̄ q̄ ponit̄ in diffinitiōe de possibili. ¶ Sed restat vna difficultas vtrū ista sortes potest esse sit modalis vl̄ de inesse. respōdet̄ breuiter ꝙ talis in ꝓpria ei⁹ significatione est de inesse et nō modalis. q̄z eius copula est mere simplex: vt patet resoluendo. resoluit̄ enim in istā sortes est potēs esse. ibi ly est est copula et potēs esse est predicatū. Ex quo sequitur ꝙ in aliqua ꝓpositione ponitur iste modus possibile vl̄ potest q̄ nō est modalis neq̄ diuisa neq̄ ꝯposita. vt p̄z de ista sortes est possibilis et de ista sortes est potēs esse. ¶ Et si dicatur ista ꝓpō sortes pōt esse cōiter ꝯcedit̄ modalis. dico ꝙ q̄n ꝯceditur modalis capit̄ loco isti⁹: sortē possibile est esse ⁊ nō in ꝓprie ei⁹ significatiōe

Quid est possibile scd̄e intētiōaliter captum.

Sortes pōt eē, q̄ ꝓpositio est.

Sciendū est quarto ꝙ diuisio qua diuiditur ꝓpō modalis in cōpositā ⁊ diuisaz nō est diuisio gn̄is in spēs s3 equoci in equiuocata q̄z ꝓpō modalis ꝯposita nō est ꝓpō modalis cū in ipsa sit copula simplex. iō ipsa est simplex de inesse. Et aduerte ꝙ inter modalē cōpositā ⁊ diuisam multiplex solet assignari differētia. Prima in modalibus ꝯpositis hoc verbū est vl̄ aliquod verbū sibi equalens sine aliquo mō determinante ipsam est copula principalis. vt in ista animal esse hoīem est possibile: ly est: est copula principalis. s3 in diuisis hoc verbū est vl̄ hoc aggregatū est esse deterīatū aliquo mō. est copula: vt iam supius visum est. Scd̄a differētia in modalibus cōpositis modus est subiectū vel p̄dicatū in diuisis vero mod⁹ est determīatio copule. Tertia drā: q̄z in modalib⁹ cōpositis vnū extremoꝝ sumitur materialr: vel saltē p̄ncipalior pars extremi: in diuisis vero nō. vn̄ q̄n dicit̄ sortē currere est possibile totū istud extremū sortē currere tenet̄ materialr pro ista ꝓpositione sortes currit. Quarta differētia. modi in cōpositis nō tenent̄ ampliatiue: s3 scd̄e intentionalr ⁊ cathegorematice in diuisis vero ampliatiue tenētur et sincathegorematice ⁊ p̄me intētionalr. Ex oībus istis sequit̄ ꝙ ſm modales cōpositas nō dn̄t fieri rotuli neq̄ eq̄pollēt adinuicē saltez ſm p̄positionē et postpōem negatōis ad modū. licet bene adinuicē sequant̄ rōne aliquaꝝ regularū logicaliū. Quaꝝ prima est. si aliq̄ ꝓpō est possibilis ipa nō est īpossibilis ⁊ ecōtra: q̄z possibile et īpossibile sunt adinuicē dispata iō bñ sequitur sortē currere est possibile. g̃ sortē currere nō est impossibile. Scd̄a regula. si aliq̄ ꝓpositio

Que ē diuisio q̄ diuidit̄ propō modalis.

Drīe īter ꝓpōnem modalez cōpositā ⁊ diuisā.

Aliq̄ regule logicales.

est possibilis sua 3dictoria si sit non est necessaria. io bñ sequit forte currere est possibile: g forte nõ currere nõ ē necesse. Tertia regula si aliq ppositio est necessaria sua 3dictoria est ipossibilis. ideo bñ sequit sorte esse aial ē necesse. g sortem nõ esse aial est impossibile. Quarta regula si aliq ppositio est impossibilis sua 3dictoria si sit est necessaria. ideo bñ sequit sorte esse asinũ est impossibile. g sorte non esse asinũ est necesse Et hec de primo articulo.

Quñ accipit oppositio i modalibus. Regle p dictũ dubium solventes.

Quantum ad secundum dubitatur primo qualiter accipiẽda sit oppositio in modalibus ppõib⁹. Pro cui⁹ solutiõe ponunt aliq regule. Quaꝝ prima est. ppões modales diuise de subiectis singularib⁹ et modis 3rijs obseruatis aliis 3ditionib⁹ ad oppõnem 3riã 3riant salte3 fm legẽ. qr oẽs ppões vtroq3 terio pricipãtes opposite q nõ opponunt subcontrarie neq3 cõtradictorie nec subalterne opponunt 3rie: s3 tales sunt hmõi: igit. minor ptz: qr pñt simul eẽ false: igit nõ opponunt nec 3dictorie nec subcõtrarie. añs patet de istis sortẽ ipossibile est currere. sortẽ necesse ē currere. Et si qs dicat hmõi ppões sunt singulares. igit nõ opponunt 3rie Ad hoc rñdet q licz sint singulares ex pte subiecti sunt tñ vl'es ex pte modi.

Scda.

Scda regula propositões modales diuise de subiectis singularibus τ de modis 3dictorijs obseruatis 3ditiõib⁹ requisitis ad oppõnez 3dictoriam sunt cõtradictorie. Et de modis subcõtrarijs obseruatis cõditiõibus ad oppositionẽ subcõtrariã sunt subcõtrarie. τ de modis subalternis subalterne. Et põt hec regula pbari sicut prima.

Tertia.

Tertia regl'a propositiões modales diuise habẽtes subiecta cõmunia diuerse qualitatis τ q̃titatis tã ex pte subiecti q̃ modi obseruatis 3ditionib⁹ ad oppositionẽ cõtradictoriã siue vna sit vniuersalis tã ex parte subiecti q̃ modi et alia particularis ex parte vtriusq3: siue vna sit vl'is ex parte subiecti et particularis ex parte modi et talia contradictorie se habeãt sunt 3tradictorie gratia forme quia nõ pñt simul esse vere neq3 false.

Quarta.

Quarta regula ppositiões modales diuise de subiectis cõmunibus de modis 3rijs obseruatis conditionib⁹ requisitis ad 3riam oppositionẽ sunt contrarie τc. Et aduerte q ad dandũ contradictionem in modalibus diuisis de similib⁹ modis oportz negationẽ ferri ad modũ. l3 nõ oporteat in aliis de deuersis modis. positio tamẽ negationis ad modũ nõ sufficit sed requirunt cõditiones ad cõtradictorias.

Quinta.

Quinta regula et vltima. ppositiones modales diuise vniuersales ex parte subiecti et particulares ex parte modi. similr pticulares vel indeffinite ex parte subiecti et vniuersales ex parte modi nõ opponuntur gratia forme quia tales sunt aliquando simul vere et aliquãdo simul false. Ex omnibus patet q propositiões modales diuise de tertia et quarta lineis: obseruatis 3ditiõib⁹ ad oppositionẽ contrariam sunt contrarie. Et de prima τ scda lineis sunt subcontrarie. τ de prima et tertia lineis contradictorie: similiter de scda et quarta: de prima τ quarta subalterne: similiter de secunda τ tertia.

Necessariũ τ ipossibile quã ãpliãt ad tps.

Dubitatur secundo vtruz isti modi necessarium τ impossibile ampliẽt ad quodlibz tempus et possibile et cõtingẽs solũ ad presens et futurũ. Pro solutione supponit q sicut signa vl'ia videlicet oĩs et nul⁹ quãdo adduntur subiectis vl' pdicatis denotãt ipsa accipi p omnib⁹ suis supposit; sibi cõuenietib⁹ p.o tẽpore verbi dumõ aliunde nõ impediãtur ita q distribuãt terios quibus addũtur et faciũt eos stare vniuersaliter. ita etiã isti modi necesse τ impossibile se hñt circa copulam distribuẽdo ipsaz pro quolibet tẽpore importato p eam faciunt enim copulã cui addunt accipi vniuersaliter p quolibet tẽpore importato vel cognotato per ipsam copulã. Et sicut quoddã est signuz pticulare nõ distribuẽs terminũ cui additur. sed facit ipsum teneri p suis suppositis disiunctiue. sic isti modi possibile et cõtingẽs se habẽt circa copulã quo ad tẽpus importatũ p ipsam. ita q denotant copulã cui addunt accipi p omni tẽpore importato vel cognotato p ipsaz disiunctiue ita q qñ dicitur sortẽ possibile est currere. ly possibile denotat ly est accipi pro quolibz tpe importato p ly est sc3 p tempore pñsenti disiunctiue.

Possibile ipossibile contigẽs τc. quõ ampliẽt terminos

Supponitur vlteri⁹ q isti modi possibile impossibile cõtingẽs et necesse ampliant terios puta subm et predicatũ ad eq̃les differẽtias tempoꝝ. alias enĩ ppositiões cõstitute ex ipsis nõ opponerẽtur neq3 equipollerẽt. et p hoc ptz solutio ad dubium. Sed restat adhuc vna difficultas. vtrũ iste propositiões sint affirmatiue vel negatiue. sortẽ possibile est nõ esse: sortez possibile est non currere. Et arguit primo q sint affirmatiue. qr cõtradictorie earũ sunt negatiue. vñ 3tradictoria prime est ista: sortẽ nõ possibile est nõ esse q̃ est negatiua cũ in ipsa ponatur negatio. Secundo sic. oĩs ppositio in qua copula vel principalis pars copule nõ negatur nõ est negatiua: ista est hmõi quod patet: qr copula est totũ hoc possibile est esse. τ pncipalis pars copule est ly ē verbuz pñtis temporis: igit non sunt negatiue. In oppositum arguit quia ad veritatez isti⁹ sortẽ possibile est nõ esse sufficit subiectũ p nullo supponere: igit ipa ē negatiua. añs pbat: qr ista est vera chimerã possibile ē nõ esse: cũ sua 3dictoria sit falsa. s. oẽz chimerã necesse est esse. Et tñ si ipsa esset affirmatiua ipa essz falsa cũ subm possit p nullo supponere. Scdo sic. 3dictoria istius. sortẽ possibile est nõ esse est affirmatiua. vt patz: qr sua 3tradictoria est ista. sortẽ necesse est esse que est affirmatiua. Itẽ equipollet negatiue: g ipsa est negatiua. añs pbat: qr ipa eq̃pollet huic sortẽ nõ necesse est esse q̃ est negatiua. igit tal' est negatiua. iõ breuiter rñdet q tales propositiões sunt simplr negatiue. τ ad rõnes pri⁹ factas. Ad pmã negatur q ista sit negatiua sortem nõ possibile est non esse. sed est simpliciter affirmatiua eẽ in ipa ponant due nega

tiones cadētes supra eandeʒ copulam. ¶ Ad scd̄am negatur ꝙ copula sit totum hoc possibile est esse. negatur etiā ꝙ ly est sit pars pricipalis copule sed tota copula est ly est esse ⁊ principalis pars est infinitiuus.

Quō ordinant˜ ꝑpōnes de ꝯtingēti cū alijs. Cōtīgēs quot modis capit˜


Dubitatur tertio vtrum ꝑpositiones de ꝯtingēti debeāt ordinari cū alijs ꝑpōnibus aliorum modorum ſm equipollētias. ¶ Pro cuius solutione supponit˜ ꝙ ꝯtingēs pōt capi dupliciter. vno modo large vt cōuertitur cū possibili puta ꝑ illo qd̄ nō est impossibile. ⁊ sic ꝑpōnes de ꝯtingenti bn̄ ordināntur cū alijs ſm eq̄pollētias: ⁊ ꝑpōnes de tali ꝯtingēti nō ꝯuertuntur in oppositam q̄litatē. Alio mō capit˜ stricte pro illo qd̄ nō est impossibile neqʒ necessarium et tūc ꝑpōnes de tali ꝯtingēti nō ordināntur cū alijs ſm eq̄pollētias. ⁊ ꝑpositiones de tali ꝯtingenti ꝯuertunt˜ in oppositam q̄litatē. vt sortes ꝯtingēter currit. si sit de ꝯtingēti spāliter capto tunc ꝯuertit˜ in istam sortes ꝯtingēter non currit. ¶ Et aduerte ꝙ ad ꝯuertendū tales ꝑpōnes in oppositam q̄litatem nūq̄ opʒ ponere negationē ad modū. ¶ Et si q̄s q̄rat vlteri⁹ vtrū ꝑpōnes de ꝯtingenti spāliter capto ordinētur adinuicē ſm oppositionē vel etiam cum alijs.

Supradicte ꝑpōes quō sint ꝯuertende.

¶ Ubi aduerte ꝙ dicūt aliqui ꝙ ꝑpositiones d̄ ꝯtingenti spāliter capto sunt ypothetice qr inferūt ypotheticas ⁊ eq̄pollēt ypotheticis vt ista sortes ꝯtingēter currit. eq̄pollet isti sortes possibiliter currit ⁊ sortes possibiliter non currit vel isti sortes nō necessario currit ⁊ sortes nō īpossibiliter currit. Et sic in ipis sumit˜ oppositio contradictoria sicut in alijs ypotheticis. ¶ Alij dicunt ⁊ magis ꝓbabiliter ꝙ sunt cathegorice et est verū ⁊ dicūt ꝙ ꝑpositiones de ꝯtingēti spāliter capto q̄bus ꝯueniūt ꝯditiones req̄site ad oppositionē ꝯtradictoriam sunt ꝯtradictorie. ad ꝯtrariam contrarie. ad subcōtrariaʒ subcōtrarie. ad subalternam subalterne. Est diligenter aduertendū ꝙ cū d̄r ꝙ ꝑpositōes de ꝯtingēti spāliter capto sunt contrarie vel subcōtrarie debʒ accipi oppositio ꝯtraria ⁊ subcōtraria large vt se extēdit ad oppositionē ꝯtrariā ſm modum enūciandi. ⁊ subcōtrariam ſm modū enūciandi nō ſm legē. qr due ꝯtrarie de ꝯtingenti spāliter capto sunt aliq̄n simul vere vt oīs de⁹ non ꝯtingenter nō est deus. ⁊ oīs deus nō ꝯtingenter est deus. ⁊ aliq̄n simul false. vt oīs homo nō ꝯtingēter nō est currēs. ⁊ oīs homo nō ꝯtingenter est currēs. de subcontrarijs pʒ. nam iste sunt simul false de⁹ ꝯtingēter est de⁹. ⁊ deus cōtingēter nō est de⁹. ⁊ aliq̄ simul vere vt hō contingēter est currēs. homo ꝯtingēter non est currens. Et aduerte ꝙ oīs ꝑpositio de ꝯtingenti spāliter capto in qua negatio nō ponit˜ ad ꝯtingens equiualet vni ypothetice copulatiue cu⁹ prima ps est affirmatiua de possibili ⁊ scd̄a negatiua in qua possibile nō negat˜. vt ista sortes ꝯtingēter currit equalet illi sortes possibiliter currit. ⁊ sortes possibiliter nō currit vl̄ vt dicūt aliq̄ equalet copulatiue cu⁹ prima ps est negatiua de necessario ⁊ scd̄a negatiua de īpossibili vt predicta equalet isti sortes nō necessario currit ⁊ sortes nō impossibiliter currit. sʒ si negatō ponatur ad ꝯtingēs tūc equalet disiunctiue composite ex partib⁹ ꝯtradicentibus partibus copulatiue. vt sortes nō ꝯtingēter currit equalet isti sortes impossibiliter currit vel sortes necessario currit. Sed pro quātitate modalium diuisarum supponit˜ ꝙ tripliciter pōt attendi scilʒ ex parte subiecti ⁊ sic accipiat˜ sicut in illis de inesse. scd̄o ex parte modi ⁊ sic ille de istis modis necesse ⁊ impossibile sunt vl̄es. ⁊ ille de possibili ⁊ ꝯtingēti sunt ꝑticulares. tertio pōt attendi ex parte vtriusqʒ. Sed de quātitate modaliuʒ compositarum. respondet˜ ꝙ debet addi signuʒ sicut in illis de inesse ⁊ attēdi eodem modo quātitas. Et aduerte ꝙ talia signa debēt accipi in neutro genere cum ista ꝑticula ly. Aduerte vlterius ꝙ omīs modalis composita est indefinita nisi ponat˜ signum in neutro genere: qr tunc illa posset distingui. vnd̄ ista sortem currere est possibile est indefinita. qr sensus eius est talis propositio sortes currit est possibilis. Et si debeat esse vniuersalis debeo dicere om̄e ly sortē currere est possibile. Et est sensus oīs talis propositio sortes currit est possibilis. ⁊ ꝓportionabiliter dicatur de alijs. vt omnē hoīem currere est possibile. est indefinita. Et si q̄s dicat. ibi ponitur signum vniuersale: ergo est vniuersalis. respondet˜ negādo ꝯñam: qr tale signuʒ accipitur materialiter ⁊ nō vniuersaliter seu significatiue. Aduerte ꝙ ad hoc ꝙ aliqua ꝑpositio modalis sit composita requirit˜ ꝙ copula nō modificetur. ideo ista nō est modalis composita deū esse deum possibile est esse necessarium. Et hec de secūdo articulo.

Quot modis attenditur q̄titas modaliuʒ diuisarum.

Quantitas modalium cōpositarū q̄t modis attendit˜.



Cōclusio rn̄sal' ad predicta dubia.

Quantum ad tertium sit conclusio responsalis. ad dandū contradictionem in modalibus de eodē modo oportet ponere negationem ad modū: seruatis tn̄ alijs cōditionib⁹ req̄sitis ad contradictorias. ¶ Ad rōnes ante oppositū. ad primā dr̄ ꝙ licet in illis de inesse singularis affirmatiua ꝛ singularis negatiua similium subiectoꝝ ꝯtradicant. nō tn̄ oporꝫ in modalibus: q̄ꝛ hoc nō sufficit. ¶ Ad scḋam patet solutio. ¶ Ad tertiam cōceditur totū argumētum nec hoc est cōtra dicta: q̄ꝛ ꝯclusio intelligitur in modalibus de similib⁹ modis. nō sic aūt est in p̄dictis: igitur. ¶ Ad quartā cōcedit totum argumentū. nō eñ sufficit dato ꝙ req̄rat. sed opꝫ ꝙ negatio ferat ad totū aggregatuꝫ ex verbo ꝛ modo. ¶ Ad quintā negat ꝯña. nō eñ obseruant alie cōditiones req̄site ad oppōnem cōtradictoriā. q̄ꝛ ly ens in neutro distribuitur qḋ tn̄ req̄rit ad dādas ꝯtradictorias. Text⁹.

Affirmatio an sit orōni cōtraria et orō orōni

Utruꝫ aūt contraria est affirmatio negationi: ꝛ oratio orationi que dicit quoniam omis homo iustus est: ei q̄ dicit nullus homo iustus est. An ei q̄ est: oīs homo iniustus est: callias iustus est: callias iustus nō est callias iniustus est. que harū cōtraria est.

Ste est tertius ꝛ vltim⁹ tractat⁹ huius libri ꝯtinēs vnicū capitulū in quo mouet talē q̄stionē vtrū ꝓpōni affirmatiue ꝯtrarietur ꝓpō de mō enūciādi ꝯtrario aut ꝓpō affirmatiua de p̄dicato ꝯtrario. vt vtrū huic ꝓpōni oīs hō est iust⁹ ꝯtrariet̄ ista nullus hō est iust⁹ aut ista oīs hō ē iniust⁹. Rn̄dꝫ ꝙ postq̄ illa q̄ sunt in voce sequūtur illa q̄ sunt in iaf: ideo si opiniones .i. ꝓpōnes mētales ꝯtrarient̄ mētalibus de mō enūciandi vel de extremis ꝯtrarijs. ita etiā ꝛ vocales. sꝫ mētales ꝯtrariant̄ mētalibus de mō enunciandi qḋ ꝓbat octo rōnibus.

Rn̄des p̄dictas q̄stiones limitāter Prima.

Prima opiniones ꝯtrarie nō pn̄t simul esse vere. sꝫ opiniones de extremis ꝯtrarijs pn̄t simul esse vere vt iste bonū est bonum malū est malū: igitur nō sunt ꝯtrarie.

Scḋa

¶ Scḋa ratio huic qḋ ē bonum esse bonū ꝯtrariatur bonū nō est bonuꝫ ergo nulla alia sibi ꝯtrariat̄: q̄a vni tm̄ vnum ꝯtrariatur.

Tertia.

Tertia rō. ꝓpōnes in quib⁹ primo est veritas ꝛ falsitas maxie ꝯtrariant̄. sꝫ sic est de illis q̄ sunt de ꝯtrarijs modis enūciādi ꝛ nō de alijs: igit̄.

Quarta.

Quarta ratio. ꝓpositioni fm̄ se vere opponit̄ ꝓpositio fm̄ se falsa ꝛ nō fm̄ accidens: sed illa bonū est bonū est fm̄ se vera ꝛ illa bonum nō est bonum fm̄ se falsa: igit̄ opponit̄ prime ꝛ nō illa bonum est malum q̄ est fm̄ accidens falsa.

Quinta.

Quinta ratio. opiniones ꝯtrarie debent plurimū distare. sed opiniones cōtrarijs modis enūciandi magis distant q̄ ille que sūt de extremis cōtrarijs: igitur.

Sexta

Sexta ratio. opinioni vere ꝛ simplici contrariat̄ opinio falsa et simplex: sꝫ ista ꝓpositio bonū est bonum est vera ꝛ simplex. ergo sibi cōtrariat̄ ista bonum nō est bonum ꝛ nō ista bonū est malum que implicat aliam ꝛ nō ecōtra.

Septi.

Septima ratio. contrarietas debet vniformiter sumi in oībus oppositionibus sꝫ penes ꝯtrarietatem extremoꝝ nō pōt vniformiter sumi cū multa sunt extrema q̄ nō habēt ꝯtraria.

Octaua.

Octaua ratio. sicut se hꝫ ista bonum est bonū ad istā nō bonum est bonum. ita ista bonū nō est bonum. ad illā nō bonū non est bonum. ergo p̄ locū ad transmutata ꝓportione sicut se hn̄t iste due nō bonum est bonū ꝛ nō bonum nō est bonum: ita se hn̄t iste due bonuꝫ est bonum ꝛ bonū nō est bonum. sꝫ due prime ꝯtrariant̄: igit̄ due scḋe. ¶ Et subdit ꝙ nihil refert si tales ꝓpositiones sint vl'es vel indefinite q̄ eque hn̄ in illis sumit̄ oppositio penes modum enūciandi ꝛ non penes extrema ꝯtraria. ¶ Et subdit finaliter ꝙ enūciatio vera nō contrariatur enunciationi vere. Quia omne verum omni vero consonat.

Ubi sumit̄ ꝯtrarietas in enunciationibus

Q Ueritur vtrum contrarietas in enūciationib⁹ sit sumēda penes cōtrarietatem extremoꝝ aut penes modos enūciādi ꝯtrarios. ¶ Arguitur primo sic. nulle sunt enūciationes ꝯtrarie: ergo in eis nō est sumēda ꝯtrarietas nec penes contrarietatē extremoꝝ nec penes modos enūciādi ꝯtrarios. aīs p̄ꝫ: q̄ꝛ oīs enūciatio vocalis est vox. Sꝫ nulli voci est alia vox cōtraria. ergo ꝛc. ¶ Scḋo sic. oēs enūciationes ꝯtrariant̄ adinuicem aut alique ꝛ aliq̄ nō. non oēs vt notū est. nec aliq̄ q̄ꝛ nō videt̄ maior ratio de aliq̄bus q̄ de oībus cū nō magis repugnāt aliq̄ ꝓpositōnes ad esse simul in eodē subiecto q̄ alie ergo nulle ꝓpositiones sunt ꝯtrarie. ¶ Tertio sic. dicit phs in postp̄dicamētis ꝙ iste sunt contrarie sortes est lāguidus sortes est san⁹. ergo ꝯtrarietas est sumēda penes extrema ꝯtraria et nō penes modos enūciandi. ¶ Quarto sic. ille ꝓpōnes magis debēt dici ꝯtrarie que ꝯtrarietate rerum magis sunt repugnātes. sꝫ enunciationes de extremis ꝯtrarijs sunt hmōi: igit̄. ¶ Quinto sic. enūciationes q̄ sūt de extremis ꝯtrarijs hn̄t maiorem distantiā ꝛ magis opponūtur q̄ ille q̄ sunt de ꝯtrario modo enūciandi q̄ꝛ plus req̄ritur ad verificandū affirmatiuam de predicato contrario q̄ ad verificandum negatiuam: igit̄. ¶ In oppositū est phs in textu. In q̄stione sicut in ceteris erūt tres articuli.

Opinionis acceptiones.

Quantum ad primuꝫ sciendum est primo ꝙ pro declaratione q̄stionis supponitur primo ꝙ opinio pōt capi tripl'r. vno modo pro ꝓpositione mētali cui subordinat̄ ꝓpositio vocalis. ꝛ sic accipit̄ in textu opinio. Alio mō accipitur pro assensu vel dissensu quo assentimus vl' dissentimus alicui complexo siue talis assensus vel dissensus sit cuꝫ formidine de opposito siue non. Alio modo capit̄ pro assensu vel dissensu quo assentimus alicui complexo cuꝫ formidine de opposito qui quidē assensus non est nisi noticia adhesiua vel iudicatiua qua iudico affirmatiue de aliquo complexo ꝛ dissensus

dico negatiue de aliquo cōplexo ⁊ hoc respectu eiusdē subiecti. ¶ Scdo supponitur ꝙ capiendo opinionē primo mō: scz pro ꝓpōne mentali dupliciter potest intelligi vnā opinionem ꝯtrariari alteri. primo quo ad esse simul in eodē subiecto et hoc mō opiniones nō ꝯtrariant̄ etiā de modis enūciādi ꝯriis: qꝛ tales pñt simul esse in intellectu. Nam intellectus potest formare propositionē ypotheticā cōpositam ex cōtrariis vl̄ ꝯtradictoriis. Alio mō potest intelligi ꝙ cōtrarientur quo ad hoc ꝙ nō possunt simul esse vere et hoc modo opiniones de cōtrario mō enunciādi bene cōtrariant̄. ¶ Tertio supponitur ꝙ si capiatur opinio scdo modo. s. pro assensu vl̄ dissensu: tunc opiniones cōtrarie que nō sunt nisi assensus vel dissensus ꝯtrariant̄ q̄tū ad hoc qđ est esse simul in itellectu. ⁊ quo ad hoc qđ est vere simul enunciari. vñ non potest intellectus sil' de eodē cōplexo habere assensum ⁊ dissensum.

Opio capta pro ꝓsitiōe mentali. quot mōis capitur.

Sciendū est secundo ꝙ propositiones possunt dici ꝯtrārie dupl'r. vno mō ex parte materie. i. ex parte extremorū. et sic ille propositiōes dicunt̄ ꝯrie que sunt de cōtrario extremo vel ꝯtrariis extremis vt sortes est sanus sortes est languid⁹. bonū est bonū: et malū est malum ¶ Unde extrema ꝯria sunt que simul de eodez verificari nō pñt ⁊ se habentia positiue vt albū nigrū sanū et languidū. ¶ Secūdo modo ꝓpositiones pñt dici cōtrarie gratia forme. i. ratiōe modi enūciandi cōtrarii cmōi sunt vniuersalis affirmatiua et vl̄is negatiua. vt quilibet homo currit: nullus hō currit. et de istis est dubitatio textus vtrū magis opponant̄ tales propositiones seu vtrū ab ipsis magis sit sumenda cōtrarietas q̄ a ꝓpositionibus de extremis ꝯtrariis. ¶ Pro cuius declaratione est vlteri⁹ aduertendum ꝙ aliq̄ dicuntur ꝯriari adinuicē dupliciter vno modo contrarietate incomplexa seu terminorū. et sic ꝓpōnes de extremis cōtrariis mag' ꝯtrariantur. ¶ Alio modo cōtrarietate ꝯplexa que se tenet ex parte copule. et sic ꝓpōnes de cōtrariis modis enunciandi dicuntur magis contrariari et ex pte ipsarū magis debz attendi cōtrarietas q̄ ex parte aliarum quia magis repugnāt ad esse simul veras cū nunq̄ possunt siml' esse vere et tamē ille de extremis cōtrariis possunt sil' esse vere: vt iste sunt simul vere bonū ē bonū. malū est malū q̄ sunt de extremis cōtrariis.

Propōes quot modis dicūr ꝯtrarie.

Que sūt extrema ꝯtraria.

ti pticularē indefinitā vel singularē est bona cō
sequentia. vt bene sequitur. hō est alb⁹: ergo ho
minē cōtingit esse albū: sed ab vli ad vlem non
valet cōsequētia. qr argueret a minus amplo
ad magis amplum cū distributione magis am=
pli. etiā ex vero seqretur falsum sicut dictuz est
supius ex vli de inesse ad vlem de possibili. vt
nō sequit: oīe albū est equ⁹: dato q nihil sit al
bū nisi equ⁹: ḡ oīe albū cōtingit eē equū: quia
ɔñs est falsum cū sensus sit oīe qd pōt eē albū
cōtingit esse equū. ¶ Alia difficultas. vtruz ho
minez esse sit vnū cōtingens. τ videt q nō. quia
nō pōt nō esse igitur. añs ptz. qr posset nō eē qñ
est vel qñ nō est. nō quādo est: qr si aliqd qñ est
pōt nō esse. ḡ quādo aliqd pōt eē pōt nō eē. er=
go aliqd simul τ semel pōt esse τ non eē. Dicūt
aliqui concedendo totum argumentū in sensu
diui so: sed non in sensu composito. Dicūt tamē
aliqui q non sequitur aliquid simul τ semel po
test esse τ non esse: quia signetur illud tale τ de=
monstretur. τ demōstrato sic arguitur. hoc pōt
esse τ nō eē. ergo ista est possibilis hoc est τ non
est. ptz cōsequentia: quia ē libet singularis cui⁹

Quō valet ɔña a ppōe de inesse ad ppōem d ɔtingēti.

Homiē3 eē: an sit ɔtingēs.

subiectū est nomē ppriū aut pnomē demōstratiuū si est vera hz aliquā de inesse possibilem τ
isti dicūt q nō seqtur quādo aliqd pōt esse pōt
nō eē: ergo aliqd simul τ semel pōt eē τ nō esse.
sed bene sequitur cōclusio aliquid simul potest
esse τ nō eē. τ hec de primo articulo.

Quātū ad secundū dubitatur primo
vtrū ppō de cōtingenti ad vtrūlibet possit con
uerti in oppositā qualitatem. Et arguit p̄mo q
nō: quia nō seqtur chimerā cōtingit nō eē: ergo
chimerā cōtingit eē. ¶ Scdō sic. nō sequit nul=
lum hoiem cōtingit eē albū: ḡ oēm hoiem cōtin
git eē a[lbū ar]guit. ¶ Tertio sic. ex negatiua nūq
sequit affirmatiua formaliter. igitur ista ɔña nō
valet hoiem cōtingit nō currere: ḡ hoiem cōtin=
git currere. Nam negatiua hz duas causas veri
tatis τ affirmatiua hz tm̄ vnā causam veritatis.
¶ Quarto sic. vnū oppositoꝝ nō infert reliquū
sed ista opponūtur. oēm chimeraz cōtingit non
esse. τ oēm chimerā cōtingit esse agit. ¶ Quīto
sic arguēdo. oēm hoiem cōtingit esse albū: ergo
oēm hoiez cōtingit nō eē albū. Arguit a non di
stributo ad distributū: ḡ ɔña non ē bona. ¶ In
oppositū est phs in textu. Pro cui⁹ responsiōe
supponit p̄mo q ppōnes de cōtingenti spāliter
capto cōposite quo ad se totas eodē mō cōuer=
tunt sicut ille de inesse. sed quo ad dictū nō eod
mō cōuertūtur sicut ille de inesse. Nam ille ppo
sitiones quaꝝ dicta possunt cōuerti simplr. etiā
cōuertūtur simplr posita cōstantia ppōnis pro
qua dictū cōsequētis supponit: τ tz ista cōseqn=
tia p istā regulā. sicut vnū cōuertibiliū est cōtin
gens ita τ reliquū. sed ppōnes de contingenti
quaꝝ dicta nō conuertūtur simplr. nō cōuertū=
tur in terīos quo ad dictū: qr non opz si añs sit
contingēs q cōsequēs sit cōtingēs: iō nō sequit
oīe exñs esse deū est cōtingēs. τ hec ppō deus
est existēs est: ḡ deū esse existentē est cōtingens:
cū añs sit veꝝ τ ɔñs falsuz. vñ tales ppōnes cō
posite nō cōuertunt in oppositā q̄litatē. vt non
seqtur oē exñs esse deū est cōtingens. ḡ nullum
existēs esse deū est cōtingēs. Sz diuise de cōtin=
genti spāliter capto cōuertunt in oppositā q̄li=
tatē dūmodo caueat q in tali cōuersiōe mod⁹
silr se habeat in cōuertente τ cōuersa. vt si vna
negatio non pponat mō: nec etiā in altera: sed
verbū dz se hre dissiliter ita q in vna dz imedia
te pponi negatio. τ in alia nō. vt de⁹ cōtingēter
est creās: ḡ de⁹ cōtingēter nō est creās. silr nul=
lum creās cōtingēter est de⁹: ḡ nullū creās con=
tingēter non est deus. Unde cōuersio in opposi
tam qualitatē est duarū ppōnū cathegoricarū
diuisarū de cōtingēti ad vtrūlibet vtroq terio
participantiū eodē ordine oppositaꝝ qualitatū
in quibus mod⁹ silr se hz vnū ad alterā forma=
lis cōseqntia. Sed quereret aliqs vtꝝ tales p=
pōnes diuise de cōtigēti spālr capto cōuertant
in teris. Rūdet q vlis negatiua de cōtingēti in
qua mod⁹ nō negat nō cōuertit in teris vt satz
pbat aristo. Etiā vlis affirmatiua τ pticularis
affirmatiua nō ɔuertūt in terminis cum ad af=

Utrū ppositio d ɔtingēti ad vtrūlibet ɔuertat in oppositā q̄litatem.

Ppōnes de ɔtīgēti quō cōuertunt.

Quid est ɔuersio i oppositā qualita=tem.

Utrū se pīadicte ppōnes ɔuertan=tur in ter minis.

firmatiuā sequaꝛ negatiua ⁊ ecōtra. Similiter vlis negatiua de ꝯtingenti in qua modus negatur. nō ꝯuertiꝛ in terminis: qꝛ nō sequiꝛ. oīe creans nō ꝯtingēter est deus. ergo oīs deus nō ꝯtingēter est creans. cum añs sit verū ⁊ ꝯñs falsuȝ: igitur. ¶ Ad rōnes. Ad primā negaꝛ añs: qꝛ non sequaꝛ: qꝛ sicut vna est falsa ita ⁊ alia. ¶ Ad secundam dꝛ ꝙ nō bñ arguiꝛ: qꝛ modus nō se hȝ vniformiter. ¶ Ad tertiam dꝛ ꝙ ad negatiuaȝ nō seqtur affirmatiua formaliter. tamen bene materialiter et hoc quādo negatiua ⁊ affirmatiua conuertibiliter se habēt. Et similiter dicatur ad quartam ⁊ ad quintam.

An nō formaꝛ sill'us ex ambabus d' cōtingenti vł altera de cōtin. vł altera de necessario vel de inesse

Dubitatur scdo vtrum ex ambab' de ꝯtingenti vel altera de cōtingēti ⁊ altera de inesse vel altera de necessario fiat bon' sill'us in prima figura. Pro cui' risione suppoiꝛ pmo ꝙ ex ambabus de ꝯtingēti cōpositis attendendo qualitatē ⁊ quātitatē ex pte totius ꝓpōnis valȝ sill'us. sȝ nō attēdendo ex pte dicti. ¶ Prima ps pȝ: qꝛ nullibi repitur instātia. scđa pȝ: qꝛ nō seqtur. oīe currēs esse asinum est ꝯtingēs: ⁊ oēm hoīem eē currentē est ꝯtingēs: ergo oēm hominem eē asinum est ꝯtingēs cuȝ pmisse sint vere et ꝯclusio falsa. Sed ex ambab' diuisis de ꝯtingenti valet sill'us ad inferēduȝ ꝯclusionē de cōtingenti spāliter capto: ⁊ directe ꝯcludēdo: vt pȝ inducēdo in oībus modis. Et dꝛ notanter directe ꝯcludendo. naȝ indirecte nō seq̄retur vt nō seqtur oīe albū ꝯtingit eē coloratū oēm hoīeȝ ꝯtingit eē album: ergo oīe coloratū nō ꝯtingit eē hoīem. Etiā tales ꝓpōnes de ꝯtingēti spāliter capto nō ꝯuertūtur in terminis: ideo nō opȝ ꝙ concludat indirecte. ¶ Supponiꝛ scđo ꝙ in quolibet mō prime figure maiore de ꝯtingenti diuisa ⁊ mīore de inesse seqtur ꝯclusio diuisa de contingēti spāliter capto directe ꝯcludendo. sȝ maiore de inesse ⁊ mīore de ꝯtingēti non valȝ ꝯña ad inferēdum ꝯclusionē de ꝯtingēti spāliter capto: sȝ bñ ad inferēdum ꝯclusionē de ꝯtingenti possibili dūmodo illa de inesse sit de inesse simpliciter: ⁊ hoc videꝛ velle aristoteles quod tamē forte nō est verum vt nō seqtur nullum creans est deus ⁊ omīs essentia diuina cōtingenter est creans: ergo omīs essentia diuina contingēter nō est deus cum pmisse sint vere ⁊ cōclusio falsa: siue capiatur contingēs generaliter siue spāliter. Videtur etiā sibi contradicere: qꝛ dicit ꝙ illa de inesse debȝ esse de inesse simplr ⁊ post ea exemplificat p istā nullū intelligēs est corꝰ. io videꝛ ibi solū loqui disputatiue. Tertio supponitur ꝙ maiore de ꝯtingenti et minore de necessario sequiꝛ ꝯclusio de ꝯtingenti in pria figura et hoc est de ꝯtingenti spāliter capto: sed maiore de necessario ⁊ minore de cōtingēti sequiꝛ cōclusio de cōtingēti possibili ⁊ aliquādo cōclusio de inesse. sed quādo sequiꝛ ꝯclusio de inesse tūc est sill'us imperfectus qui nō regulatur per dici de omni. sȝ qꝛ cōclusio nō est similis alicui pmissarū mō oportet semp cōclusionē saltē de inesse esse similē alicui pmissarum et hoc in qualitate sed nō in quātitate: quia in darapti cōclusio est particularis: et tamē nulla premissarū est ꝑticularis. ¶ Quarto supponitur ꝙ ex ambabus de cōtingenti cōpositis in scđa figura attendendo qualitatē et q̄titatē ex pte dicti simul ex ambabus de ꝯtingenti diuisis in quib' modus nō negatur non valet sill'us in secūda figura: sȝ bene ex ambabus diuisis in quibus modus negatur ¶ Quinto suppoiꝛ ꝙ ex vna de cōtingenti et altera de inesse siue negatiua fuerit d' inesse siue de contingēti: nō valet sill'us gratia forme in secunda figura. exemplū qñ negatiua est de cōtingenti vt nō sequiꝛ. oīs hō cōtingēter nō est alb' omnis asinus est albus. ergo oīs asinus cōtingēter nō est homo. cū pmisse sint vere et ꝯclusio falsa. Exemplū qñ negatiua est de inesse vt nō sequiꝛ nullus homo est currēs oīs asin' ꝯtingenter est currēs: ergo oīs asinus contingēter non est hō. Si tamē illa de inesse esset de inesse simplr forsā valeret ꝯseq̄ntia. ideo qñ dicit phus in textu ꝙ negatiua de inesse ⁊ alia de cōtingenti. valet sillogism'. hoc semp dȝ intelligi gratia materie Supponitur sexto ꝙ in scđa figura vli negatiua existēte de necessario ⁊ affirmatiua de cōtingenti diuisis seqtur conclusio de contingenti large capto. ⁊ etiam de inesse: sed non alio modo videtur sequi gratia forme.

Dubitatur tertio vtrū ex ambabus de contigenti vel vna de contingēti ⁊ alia de inesse vel de necessario valeat sillogism' in tertia figura. Pro cui' solutione suppoiꝛ prio ꝙ ex ambab' de cōtingēti diuisis in tertia figura valet sillogism': nec est dabilis instātia. Scđo suppoiꝛ ꝙ maiore de contingēti ⁊ mīore de inesse valet sillogism' ad inferendū conclusionē de cōtingenti spāliter capto. ⁊ quādo maior est de inesse simplr ⁊ mīor de contingenti valet sillogismus ad inferendū cōclusionē de cōtingēti possibili: qꝛ nō repiꝛ instātia: ⁊ reducūtur ad primaȝ figurā p cōuersionē. dēptis bocardo ⁊ disamis q̄ reducūtur p īpossibile ⁊ p sillogismū expositorium. Tertio suppoiꝛ ꝙ in quolibet mō tertie figure maiore diuisa de cōtingēti spālr capto. ⁊ minore diuisa de necessario seqtur cōclusio diuisa de cōtingēti spālr capto. qꝛ nō est repibilꝭ instantia. Et reducūtur tales sillogismi p sillogismū expositoriū ⁊ p īpossibile. sȝ qñ pmissa q̄ debet cōuerti est de necessario: tūc pōt reduci p cōuersionē. Sȝ quādo maior ē de necessario ⁊ minor de cōtingēti seqtur cōclusio d' necessario qꝛ nō est dabilis instātia. Et hec de scđo articulo.

Quo m̄o valet sill'us in tertia figura ex ambab' de cōtingenti. et alia d' inesse ⁊ necessa. ⁊c.

Quantum ad tertium sit conclusio rñsalis ad q̄sitū. diffinitio cōtigēns ⁊ regule de formatione sillogismoꝝ ex ambab' vel altera d' cōtingēti de inesse vel necessario sunt a pho sufficiēter assignate. ¶ Ad rōnes añ oppositū Ad primā pȝ solutio. qꝛ ibi diffiniꝛ cōtingēs qđ est ꝓpō ⁊ nō prie intētionalr. ¶ Ad scđaȝ dꝛ ꝙ bene seqtur. sed maior est falsa: qꝛ sensus est oē qđ pōt esse albuȝ pōt esse homo. ¶ Ad tertiam et quartam patet solutio ex dictis. ¶ Ad quintaȝ

Cōclusio soluēs p̄dicta dubia.

dicitur: qꝫ ibi arguitur in compositis ex parte dicti ideo non valet. Etiam sicut conclusio est falsa ita ꝛ altera premissarum.

Quoniam igitur q̇ in his figuris sunt sillogismi pficiunt̃ per eos q̇ in prima figura sunt vl̃es sillogismos et in hos reducũtur: palã ex p̃dictis. Quoniam autem simpliciter omnis sillogismus sic se habebit: nunc erit manifestum cuꝫ ostensus fuerit oĩs q̇ fit per aliquam istarum figurarũ.

Quõ fiũt sill.

Iste est q̃rtus tractat⁹ hui⁹ libri in quo docet phs resoluere sill̃m in sua principia. Et diuidit̃ in q̃tuor capitula. In p̃mo ꝓbat hanc ꝯclusionẽ q̧ oĩs sill̃us fit in aliqua triũ figuraꝝ. sic oĩs sill̃us affirmatiuus negatiuus vl̃is p̃ticularis ostẽsiuus ꝛ ex ypothesi fit in aliqua triũ figuraꝝ: sed oĩs sill̃us ẽ hmõi. igit̃. maiorem declarat in sill̃o ostẽsiuo sic in omni sill̃o ostẽsiuo ostẽdit̃ aliqd̃ p̃dicatum de aliquo subo in ꝯclusione p aliqd̃ medium sumptum in p̃missis. vel g̃ illud mediũ subijcit̃ in vna ꝛ p̃dicatur in alia p̃missaꝝ. ꝛ sic est prima figura. vel p̃dicatur in vtraqꝫ ꝛ sic est in s̃cd̃a: vel subijcit̃ in vtraqꝫ. ꝛ sic ẽ in tertia figura. ꝛ si aliquo aliorum modoꝝ fiat p̃misse erunt impertinẽtes. ergo oĩs sill̃us ostẽsiuus est in aliqua triũ figuraruꝫ. Declarat ꝯñter ex sillogismo ex ypothesi. ꝛ primo in sill̃o ad impossibile sic oĩs sill̃us ostẽsiuus est in aliqua triũ figuraꝝ: sed sill̃us ad impossibile s̃m aliquẽ sui ꝓcessum est ostẽsiuus. ergo est in aliqua trium figuraꝝ. minor ꝓbatur primo in sill̃o ad impossibile sic. sicut se hꝫ dyameter ad symetrũ. ita abũdans ad pfectũ. sꝫ dyameter est symeter vt supponit̃. g̃ abũdans est pfectũ. Deinde declarat in sillogismo a trãsumpto nam iste sill̃us quo ad primuꝫ sui ꝓcessum est ostensiuus. ergo opꝫ ip̃m fieri in aliqua triuꝫ figuraruꝫ. ex quibus infert phũs q̧ oĩs sill̃us fit in aliqua trium figurarum. Seq̃tur textus

Utrũ sit oĩs sill̃us in aliq̃ triũ figurarũ

Amplius aũt in omni sillogismo opꝫ aliquẽ terminorum p̃dicatiuum esse ꝛ vl̃eꝫ. Sine vniuersali enĩ aut nõ erit sill̃us: aut nõ erit ad hoc quod positũ est: aut quod ex principio est petet.

Exẽpla ꝓbantes ad reqra tur ad sillogismũ

Istud est secundũ capitulũ huius tractatus in quo probat phs q̧ in quolibꝫ sill̃o necesse est aliquã premissarũ esse vl̃em et aliquã affirmatiuam. et p̃mo ꝓbat primã p̃tẽ: qꝛ si alicuius sill̃i nulla premissaruꝫ esset vniuersalis sequeret̃ aliquod istoꝝ inconuenientiũ. s. vel q̧ nõ ostenderetur ꝓpositũ vel q̧ fieret petitio principij: hoc probat duobus exẽplis. primuꝫ est morale. vt si quis velit ꝓbare q̧ musica voluptas est studiosa. ꝛ arguat sic voluptas est studiosa musica: voluptas est voluptas. g̃ musica voluptas est studiosa. vl̃ ergo accipiebat̃ in maiore voluptas ꝓ musica voluptate. et sic est petitio principij: vel pro aliqua alia voluptate. ꝛ sic nõ ostenditur ꝓpositum. et per ꝯñs non valet sill̃us. Aliud est exemplum mathematicũ. et est tale: anguli constituti supra circũferentiam semicirculi sunt eq̃les: sed anguli equicruri sunt hmõi. g̃ anguli equicruri sunt equales aut ergo anguli cõstituti accipiuntur pro angulis equicruris. et sic est peticio principij vel pro alijs angulis. et sic nõ ostẽditur propositum. Et q̧ ex puris negatiuis nihil sequatur ꝓbat. quia dabiles sunt termini in quibus omi ꝛ in quib⁹ nulli. Ex istis infert duo correlaria. Primũ vniuersale non sillogisat̃ nisi ex premissis vniuersalibus ideo si conclusio sit vniuersalis oportet ambas p̃missas esse vniuersales. Secũdũ correlariũ in oĩ sill̃o oportet cõclusionẽ eẽ similẽ alicui premissarum.

Correlaria et p̃dicta.

Palam autẽ et quoniam omnis demõstratio erit per tres terios ꝛ non plures. nisi per alia ꝛ alia eadẽ cõclusio fiat. vt e. per a.b. ꝛ per c.d. aut per a.b. et a.c. ꝛ b.c.

Tres termini sillogismorũ.

Istud est tertiũ capitulum in quo ostẽdit q̧ in omĩ syllogismo sunt tres termini ꝛ due ꝓpositiones. primã p̃tem ꝓbat qꝛ in cõclusione sunt tm̃ duo termĩ: sed ad inferẽdum duos terminos in cõclusione sufficit vn⁹ termin⁹: qꝛ si sumerent̃ plures termi nõ eẽt iam vn⁹ syllogism⁹. imo alter termin⁹ sup̃flueret. S̃cd̃am p̃tem ꝓbat. puta q̧ in syllogismo sint tm̃ due ꝓpõnes: quia ex trib⁹ terminis nõ sũt nisi due ꝓpõnes: p̃tim cõuenientes ꝛ p̃tim differẽtes: igit̃ in syllogismo sunt tm̃ due ꝓpõnes. Ex quo infert q̧ numerus propositionũ in syllogismo est pfectus: qꝛ est numerus par: sed numerus terioꝝ est numer⁹ impfectus: quia est numerus impar cũ in syllogismo sint tres termini ꝛ due propositiones.

Quoniã autẽ habemus de quibus syllogismi ꝛ quales in vnaquaqꝫ figura. ꝛ quot modis mõstratur manifestum nobis est: ꝛ que ꝓpositio difficile ꝛ que facile argumẽtabilis est:

Que ꝓpositiões faciliter ꝛ difficil̃ter ꝯcludantur.

Istud est quartum capitulũ hui⁹ tractatus in quo ex p̃cedẽtib⁹ infert q̇ ꝓpositio est facilis ad cõcludẽdũ. ꝛ q̇ est difficilis. dicẽs q̧ illa q̇ in plurib⁹ figuris ꝛ modis põt cõcludi est facilis. et illa q̇ in plurib⁹ modis ꝛ figuris nõ põt ꝯcludi est difficilis. ꝛ cum vl̃is affirmatiua tm̃ ꝯcludatur in vna figura. ꝛ in vno mõ seq̃tur q̧ ẽ magis difficilis ad cõcludẽdũ. ꝛ cũ p̃ticularis negatiua cõcludat̃ in plurib⁹ figuris puta in tribus et in pluribus modis sequit̃ q̧ est magis facilis ad cõcludẽdũ. et per oppositũꝫ magis difficilis ad destruẽdũ ꝛ vl̃is affirmatiua magis facilis ad destruendũ. Ex quo infert q̧ facili⁹ est construere p̃ticularia q̃ vl̃ia. ꝛ difficili⁹ est destruere particulare q̃ vl̃e. Ex quo infert q̧ facili⁹ est destruere q̃ construere.

Quo mõ aũt ꝑ donei erim⁹ semper fillogisare ad propositum et per quã viaz sumemus que circa vnũquodq̃ sunt principia: nunc iam dicenduz. nõ enim so:ũ fortasse oportet generationem fillogismorum cõsiderare sed potentiã habere faciendi.

Tract⁹ diuiſio.

Iste est sextus tractat⁹ in quo docet inuenire mediũ ad fillogisandũ vnã ɔclusionẽ. Et diuidit̃ in tria capitula. ¶ In primo ponit talez ɔclusionẽ. tradenda est ars ꝑ quaz erim⁹ promptĩ ad fillogisandũ vnãquãq̃ cõclusionẽ. i. ꝑ quã sciemus inuenire media ad fillogisandũ vnãquãq̃ ɔclusionẽ. ¶ Secundo ponit talẽ diuisionẽ entium. quedã de nullo predicant̃ vt indiuidua: vt sortes et plato. quedaz que de pluribus p̃dicant̃: vt genera ⁊ spẽs: quedam de alijs p̃dicant̃: et nulla de ipsis supple p̃dicatiõe directa vt sunt trãscẽdẽtia. ¶ Secũda diuisio: eoꝝ que predicant̃ quedã p̃dicant̃ essentialiter: vt superiora de inferiorib⁹. et quedã accidental̃r: vt albũ nigrum. Deinde ponit talem ɔsiderationẽ. ad inueniẽdũ mediũ oportet aspicere ad antecedẽtia ɔ̃ña et extranea terioꝝ cõclusionis. Ex quo infert ꝙ quãto aliquis mag⁹ abundat añcedẽtibus ɔ̃ñtibus et extraneis: tãto magis erit prompt⁹ ad inueniendũ medium

Entiũ diuiſio.

Conſideratio ad mediũ inueniẽduz

Alie conſideratio nes de eodem.

¶ Cõsequẽter ponit alias ɔsideratiões spãles quaꝝ Prima est. sumẽdo ɔ̃ñs ad aliquez termĩ debem⁹ sumere tale ꝙ sit ɔ̃ñs ad totũ ip̄z termĩ i. ꝙ p̃dicetur de eo vl̃iter simil̃r sumendũ est añcedẽs qõ vl̃iter antecedat. ¶ Scd̃a ɔsideratio signũ vl̃e nõ est apponẽdũ ɔ̃ñti. i. p̃dicato: s̃z añcedenti. i. subõ. q: talis ꝓpõ esset falsa si esset affirmatiua et p̃dicatuz haberet plura supposita dũmõ subm̃ nõ supponeret cõfuse tm̃ vt hõ est omne aĩal q̃ est falsa. ¶ Tertia ɔsideratio. siue limus sumere ɔ̃ñs subĩ: nõ debem⁹ sumere ɔ̃ñs predicati. licz quicq̃d sequat̃ ad p̃dicatũ sequatur ad subiectũ. Ex qua cõsideratiõe elicit̃ talis auctoritas. Quicquid sequit̃ ad ɔsequẽs bone ɔ̃ñe: sequit̃ ad eius añs. ¶ Quarta ɔsideratio si velimus sumere extraneũ: debet sumi tale extraneũ qõ sit propriũ vni termino ɔclusionis: ⁊ cum hoc maxime extraneũ alteri. ¶ Quĩta cõsideratio si velimus sumere añs p̃dicati nõ debemus sumere añs subiecti. licz quicq̃d sit añs antecedẽtis sit ɔ̃ñs ɔsequẽtis. Ex quo sumitur talis auctoritas. Quicq̃d antecedit ad añs añcedit ad ɔ̃ñs. Sexta ɔsideratio. non oportet sumere illa q̃ semꝑ ɔsequunt̃: neq̃ sumenda sunt ɔsequẽtia que ɔsequunt̃ ad oĩa: vt sunt transcẽdentia: q: ex talibus argueretur ex puris affirmatiuis in scd̃a figura. Cõsequẽter docet alias cõsiderationes ad inueniendũ mediũ specialiori modo. Prima ad fillogisandũ vl̃em affirmatiuam sumendũ est mediũ qõ est antecedẽs ad predicatũ ɔclusionis et cõsequẽs ad subiectuz eiusdem. ⁊ fit dispositio primi modi prime figure: et designatur ꝑ istã dictionem fecana. Secũda ɔsideratio: ad ɔcludendũ ꝑticularẽ affirmatiuã sumendũ est mediũ qõ est añs ad vtrunq̃ sc̃z tam ad subiectũ q̃ ad p̃dicatũ ɔclusionis: ⁊ deseruit pro darapti: datisi et disamis. In darapti debet sumi sicut in barbara: et signatur hec cõsideratio ꝑ istã dictionẽ cageti. ¶ Tertia ɔsideratio: ad sillogisandũ vl̃em negatiuã sumẽduz est mediũ quod est ɔsequens ad subiectum extraneũ ad predicatũ ɔclusiõis. et hoc in celarent ferio et cesare. et designatur per hãc dictionez dasenes: vel sumendũ est mediũ quod est extraneum subiecto cõclusionis et ɔ̃ñs ad predicatũ eiusdẽ et hoc in camestres et baroco et designatur ꝑ hanc dictionẽ hebare. ¶ Quarta cõsideratio ad sillogisandũ particularẽ negatiuã sumendũ est mediũ qõ est añs ad subiectũ: extraneum ad p̃dicatũ ɔclusionis. et hoc in felapton bocardo ⁊ ferison. ⁊ designat̃ ꝑ hãc dictionẽ gedaco. ¶ Quinta ɔsideratio ad ɔcludendũ indirecte ꝑticularẽ affirmatiuã sumẽdũ est mediuz qõ sit añs ad subm̃ et ɔ̃ñs ad predicatũ et designatur ꝑ hãc dictionẽ gebali. ¶ Cõsequẽter declarat istas cõsideratiões ꝑ exempla. Et primo ponit aliq̃s litteras q̃ sunt iste. a. b. c. d. e. f. g. h. Unde hec littera a. quando ponitur in fine alicuius dictionis significat qualis et quãta sit cõclusio inferenda: puta ꝙ sit vniuersalis affirmatiua. per e. vniuersalis negatiua. ꝑ i. ꝑticularis affirmatiua. per o. ꝑticularis negatiua. Sed qñ a. et d. ponunt̃ in duabus p̃mis sillabis dant intelligere subiectũ et p̃dicatũ ɔclusionis. ꝑ e. subiectum et per a. p̃dicatũ. ⁊ sumunt̃ cum alijs cõsonantibus: vt a. cũ istis tribus. b. c. d. et quãdo ponitur b. denotatur ꝙ mediũ deb̃z esse ɔ̃ñs respectu predicati ⁊ qñ ponitur c. denotatur ꝙ d̃z esse antecedens ad p̃dicatũ et qñ ponit̃ d. ꝙ sit extraneuz respectu p̃dicati. simil̃r hec littera e. ponit̃ cũ trib⁹ ɔsonantibus. f. g. h. ꝑ f. denotat̃ ꝙ mediũ d̃z esse ɔ̃ñs ad subm̃ ɔclusionis. ꝑ g. ꝙ sit añs. ꝑ h. ꝙ sit extraneũ respectu subiecti conclusionis. ¶ Deinde ponit alias cõsideratiões medij que sunt inutiles. Quaꝝ prima est si medium sit ɔ̃ñs ad ambas extremitates et signat̃ ꝑ hãc dictionẽ sebas ꝑ quã signat̃ argui ex pur⁹ affirmatiuis in scd̃a figura. ¶ Secunda ɔsideratio. si mediũ sit añs ad p̃dicatũ extraneuz ad subiectũ. ⁊ signat̃ per hãc dictionẽ hecas ꝑ quã argueret̃ minore negatiã in p̃ma figura. ¶ Tertia ɔsideratio qñ est extraneum vtriq̃ extremitati ⁊ signat̃ ꝑ hãc dictionẽ hedas ꝑ quã argueretur ex puris negatiuis in q̃libet figura.

Alie cõſideratões ad inueniendũ medium ſpecialiori modo.


Exempla predictas cõſideratões declarantia.

Alie cõſideratões inutiles

¶ Ut ars inueniendi medium cũctis sit facilis plana atq̃ perspicua ad manifestationem ponitur sequens figura que cõmuniter ꝓpter ei⁹ apparentem difficultatem pons asinorum dicitur licz intellectis dictis in hoc passu omnibus possit esse familiaris ac intellecta.

F Non pergunt asini per pontem sint nisi cauti
Pontem vel caueant pretereundo cadent
Impedit hic oculos sensus firmat dat ⁊ altos
t In doctis saltus est sibi nulla salus

Horret equus talē validus certe titubantē
Dum graditur cernens sit licet ire potens
Non igitur rursum, dico veniant asinorum
Qui. sed eos, retro nunc remanere volo



asin⁹ Mutat ab oī vū pōs eo pte tremit
pgens. si nūc vadā labar cur cito regrediar

asinus
cadēs

Heu me quid faciā rno nec prebet mihi quisꝙ̃
Auxilium monitor que dedit experior

Eodem aūt modo se habēt ⁊ q̇ ad ĩpossibile deducūt sill'is ostẽsiuis. naȝ et ipsi fiūt ꝑ ea q̄ sequunt̄. ⁊ q̄bus seq̄t̄ vtrūq; ⁊ eadē cōsideratō ē in vtrisq;

Probat predictā artez esse sufficientem ad oēz sill'm

i Stud est scd'm capitulū huius tractat⁹ in quo ostendit p̄dictaȝ arteȝ inueniendi mediū esse sufficienteȝ ad oēm sillogismū. ⁊ p̄mo ꝓbat quo ad sillogismū ad impossibile: q; ipsa est generalis ad oēm sillogismum ostensiuū: ergo ad omnē sillogismū ad impossibile: q; eadem ꝯclusio ostensa per sillogismum ostensiuū ex eisdē terminis ostendit̄ ꝑ sillogismum ad impossibile: vt ꝓbat in cōclusione particulari affirmatiua ⁊ vniuersali negatiua: vt. si hec ꝯclusio nullū c. est a. fuerit sillogisata in tameistres ꝑ medium b.h. sic arguēdo oē a. ē b. b. nullum c. est b. h. ḡ nullū c. est a. talis autē cōclusio ꝑ eosdē termīos sillogisat̄ ꝑ impossibile capiēdo ꝯtradictoriā ꝯclusionis cū maiore ad inferendū oppositum mīoris: ⁊ faciēdo oīs ꝓcessus q̄ req̄runt̄ ad sillogismū ad impossibile: et tunc in vltīo talis ꝯclusio erit sillogisata: et ꝓcedit sill'us ex impossibili semꝑ ex vna falsa ad ꝯcludendū vnā falsaȝ. ideo vocat̄ sill'us mēdacij.

Probat p̄dictā artē eē generalem ad alios sill'os

Cōsequēter ꝓbat dictā artē esse gnālem ad alios sill'os ex ypothesi sicut sūt sillogismi a transsumptō: ⁊ s'm qualitatē in subiectis: q̄a eodeȝ mō inuenit̄ mediū in ipsis sicut in sill'is ostēsiuis. Est tñ dr̄ia: q; in sillogismo a trāssumpto nō sumitur ꝯn̄a añtia ⁊ extranea termīoꝝ: iō talis sill'us nō ostendit suā ꝯclusionē p̄ncipalē per hanc artem: sȝ sumit̄ ꝯn̄a añtia ⁊ extranea termīoꝝ ꝯclusionis ad quā se transfert. Sil'r sill'us s'm qualitatē in subiectis sumit mediuȝ ꝯuertibile cū mīori extremitate inferēs ex maiore vl'i ⁊ mīore ꝑticulari ꝯclusionē vl'em in tertia figura: vt hic oīs homo est aīal: hō est risibil' ḡ oē risibile est aīal. Cōsequēter dicit istā arteȝ eē gnālē ad sill'os cōpositos ex modalib⁹ vl' ex vna de ineē ⁊ alia modali q̄ sunt ostēsiui. nam eodē mō sumit̄ mediū sicut in alijs sill'is ꝯpositis ex ambab⁹ de ineē. Ex quo infert q; ista ars est gnālis ad oēm sill'm. ⁊ est gnālis ad inueniendū mediū circa phīaȝ. i. circa scīas speculatiuas ⁊ circa artē. i. scīas factiuas ⁊ circa disciplinaȝ. i. circa scīas morales.

Solutio questiōis

Sȝ q̄reret aliq̄s vtꝝ per istam scīam possint sillogisari p̄ncipia scīaram. Hoc remouet dicēs q; nō. q; principia scientiaꝝ n̄ cognoscūtur per viā sensus memorie et experiētie tñ ex ipsis principijs pōt aliq̄d sillogisari. ⁊ aliq̄d demōstrari. Sequit̄ textus.

Quoniā aūt diuisio ꝑ genera pua q̄daȝ ꝑticula est dicte methodi facile est videre. Est eñ diuisio velut infirmus sillogismus. Nam quod oportet ostendere quidem petitur.

i Stud est tertiū capitulū in quo p̄ꝰus ōndit q; diuisio. i. sill'us nō est sufficiēs ad inueniēduȝ mediū, ꝓpt' h' qd nō valȝ ad demōstrandū diffinitioneȝ de diffinito circa qd ponit talē ꝯclusionē. diuisio nō valȝ ad inueniendū mediū sill'i: q; diuisio. i. sill'us diuisiu⁹ est sill'us infirm⁹ eo q; petit p̄ncipiū.

An sill'us sit sufficiens ad inueniēduȝ medium.

Deīde ōndit q; talis sill'us nō est vtilis ad ōndendum diffinitionē de diffinito: q; nullus sill'us capiēs mediū cōius maiori extremitati sillogisat vl'em affirmatiuā: sȝ sill'us diuisiu⁹ est hmōi: igitur.

An in sillogismo diuisiuo petatur p̄ncipium.

Scd'o ꝓbat: q; in sill'o diuisiuo petit̄ principiū: igit̄. ⁊ q; capiat mediū cōius maiori extremitati: ⁊ q; petat p̄ncipiū ꝓbat duob⁹ exēplis. sic arguēdo. oē aīal est mortale vel īmortale: hō est aīal: ḡ hō est mortalis vl' īmortal'. sȝ nullus hō est īmortalis: ḡ est mortalis. in p̄mo processu mediū. s. aīal ē cōi⁹ maiori extremitati finalis ꝯclusiōis: ⁊ in scd'o ꝓcessu ē petitio p̄ncipij: q; deberet ꝓbare q; null⁹ hō est mortal'. ⁊ illud assumit tāq; notū. Scd'z exēplū. oē aīal mortale ē hn̄s pedes vl' nō hn̄s pedes. sȝ oīs hō ē aīal mortale: igit̄ oīs hō ē hn̄s pedes vl' nō hn̄s pedes. sȝ nō est nō hn̄s pedes. igit̄ est hn̄s pedes.

An diffīo sit valitura ad sillogisandū accidēs, ⁊c̄.

Deīde ōndit diuisionē nō eē vtilē ad sillogisandū accn̄s de subo nec aliqd aliō p̄dicatū: vt puta gen⁹ vl' ꝓpriū: q; in tali mō arguēdi nō cōcludit̄ ꝓpositū vl' petit̄ p̄ncipiū. Nā si aliq̄s dubitaret vtꝝ dyamet̄ sit symeter. i. ꝯmēsurabilis coste cadrati. ⁊ argr̄ oīs lōgitudo ē symetra vl' assymetra. dyamet̄ ē lōgitudo: ḡ dyamet̄ est symetra vl' asymetra. sȝ nō est symetra: ḡ ē asymetra ibi ē petitio p̄ncipij cū eque ignotū sit dyametrum eē symetrā sicut assymetrā. Ex quo infert q; per diuisionem nō pōt sillogisari diffinitio de diffinito.

Questio de sill'o ⁊ modo inueniendi medium.

Ueritur vtrū aristoteles sufficiēter docuerit oēȝ sill'm eē alicui⁹ figure. ⁊ sufficient̄ tradiderit artē inueniēdi mediū.

Arguit̄ p̄mo q; nō: q; iste est bon⁹ sillogism⁹. nullū risibile ē hō: nullus asin⁹ ē risibilis: ḡ nullus asin⁹ ē hō. ⁊ tñ nō est in aliq̄ figura cū non reducat̄ ad aliquē modū prime figure. Scd'o sic: iste ē bon⁹ sill'us si a ē b. ē. sȝ a. est: ḡ b. ē. ⁊ tñ nō reducit̄ ad p̄mā figurā: igr̄. Tertio sic: ista scīa ē scīa resolutoria: ḡ ipsa nō ē inuētiua. ⁊ ꝑ ꝯn̄s nō doceȝ inuenire mediū. Quarto sic: hec scīa tractat de resolutione ꝯn̄e ⁊ non ꝯsequētis: ḡ nō hȝ resoluere sillogismuȝ in sua principia materialia. ⁊ ꝑ ꝯn̄s non hȝ docere artem inueniendi medium. Quinto sic: in ista scīa determīatur de sillogismo simpl'r dicto. sȝ regule ibi date de inuentione medij nō possunt ad ipm̄ applicari: igitur. Item in termīs cōuertibilibus nō reperiūtur antecedentia nec cōsequētia: igitur ista ars nō est generalis ad oēs sillogismos. In oppositum est philosophus in tertiu. in questione erunt tres articuli.

Sillogism⁹ est duplex.

Quātū ad primū sciendū est p̄mo q; duplex est sillogismus. scȝ cathegoric⁹ ⁊ ypotheticus de q̄bus alias visuȝ est: sȝ sill'us cathegoricus adhuc est duplex q̄daȝ est ostēsiuus q. s. ex duabus premissis in mō ⁊ figura dispositis ōndit suā ꝯclusionē nō p̄supposita aliqua ypo-

thesi. vt sunt sillogismi q̄ fiūt in aliqua triuz figurarum. Alius ē sill'us ex ypothesi q̄. s. facta aliqua ypothesi. s. aliq̄ suppōne ex duab⁹ p̄missis infert ɔclusionē ⁊ est triplex. s. ad impossibile d' quo videbit̄ in scd̄o hui⁹. a trāssumpto ⁊ ſm q̄litatem in subiectis. vñ sill'us a trāssumpto ē ille in quo aliq̄s se trāsfert ad ꝓbandū aliquam ɔclusionē extra p̄ncipale ꝓpositū ex q̄ mediante ɔcessione vel amissione rñdētis finaliter cōludit̄ ꝓpositū: vt si q̄s habeat ꝓbare q̄ aīa sortis est imortalis. ⁊ faciat talē suppōnē q̄ si probauerit aīam petri esse imortalē etiā ꝓbauerit sufficiēter aīaz sortis eē imortalē quo admisso a rñdente transferat se opponēs ad ꝓbandum istam aīa petri est imortalis. sic arguēdo omne beatuz est imortale aīa petri est beata: g̊ aīa petri est imortalis: ⁊ p̄ ɔñs aīa sortis est imortal'.

Quid est sill'us ſm q̄litatē i subiectis

Sed sillogism⁹ ſm qualitatē in subiectis d' ille cuius mediū ⁊ minor extremitas sūt termini ɔuertibiles rōne cu⁹ ɔuertabilitatis infert̄ cōclusio v'lis in tertia figura. vt oīs hō ē aīal oīs hō est risibilis: g̊ oīn̄e risibile est aīal. Vel sic sillogismus ſm q̄litatem in subiectis est q̄n̄ opponens se trāsfert ad ꝓbandū aliquā ɔclusionez q̄ est sill'is q̄litatis veritatis ⁊ falsitatis cuz cōclusione p̄ncipali q̄ etiā ɔuenit in subiecto cum ɔclusione p̄ncipali: id'o d': sill'us ſm q̄litatem in subiectis: q: ꝓpō ad quā se transfert est sill'is q̄litatis ⁊ similis subiecti cū ɔclusione ꝓbāda.

Aliq̄ difficultates circa tertiū incidentes.

Sciendū est scd̄o q̄ circa tertiū incidunt aliq̄ difficultates. Prima an oīs sill'us diuisiuus ⁊ gn̄aliter oīs sill'us sit in aliq̄ trium figurarum. Pro cui⁹ solutiōe supponitur p̄mo q̄ in quolibz sill'o diuisiuo sunt duo ꝓcessus. P̄mus est sillogistic⁹ in quo capit̄ diuisiuū ꝓ medio et eius mēbra ɔiunctiz cū maiori extreītate ⁊ vnū suppositum diuisiz ꝓ miori extremitate. Sed ꝓ scd̄o ꝓcessu sumit̄ ɔclusio p̄cedētis ꝓcessus ꝓ p̄ma ꝓpōne ⁊ ꝓ scd̄a negat̄ alterū mēbrorum diuidentiū de illo supposito. ⁊ ꝓ ɔclusione capit̄ alteruz mēbrorum de eodē supposito: vt pz in exēplis textus. ⁊ sic sill'us diuisiuus quo ad p̄muz ꝓcessum est sillogisticus: sz quo ad scd̄m ꝓcessum petit p̄ncipium. Et ideo quo ad illū vocat̄ sill'us infirm⁹. ¶ Supponit̄ scd̄o q̄ dupl'r pōt intelligi aliquē sillogismū eē in aliqua triuz figurarum. vno mō ꝓprie ⁊ directe q̄n̄ scz mediuz ⁊ extremitates sunt totalia extrema. s. subiecta vel p̄dicata. Et sic nō oīs sill'us est in aliq̄ triū figurarum: vt pz d' sill'o ex obliq̄s. Alio mō improprie siue reductiue q̄n̄. s. mediū ⁊ extremitates nō sunt totalia extrema. ⁊ de hoc iam visuz est in p̄ncipio hui⁹ libri. Ex istis d' p̄mo q̄ nullus sillogism⁹ ex ypothesi quo ad se totū est in aliqua triū figurarū: q: in quolibet tali sunt plures ꝓcessus quorum vnus est sillogisticus. alij sunt nō sillogistici. Dicitur scd̄o: q̄ oīo sillogism⁹ cathegoricus ostēsiuus est ꝓprie vel improprie ⁊ reductiue in aliqua triū figurarū. Dicit̄ tertio: q̄ nullus sillogism⁹ ypotheticus est in aliq̄ trium figurarū: q: in eo nō est aliqd̄ medium ordinatum ſm dispōnem alicui⁹ figure.

Quot modis intelligit̄ sill'z esse in aliqua triuz figuraruz

¶ Scd̄a difficultas. an in omni sillogismo sint tm̄ tres termini et due ꝓpositiones. Arguit̄ p̄mo q̄ nō. q: in sillogismo ex oppositis nō sunt nisi duo termi͂ vt patebit in scd̄o hui⁹ agit̄. ¶ Scd̄o sic. in omni sill'o sunt due ꝓpōnes sz in qualz ꝓpōne sunt duo termi: igit̄ sunt plures q̄ tres. Pro solutōne supponit̄: q̄ nō opz termios ex q̄bus cōponitur sill'us distingui vocaliter. v'l ſm significatū: sed suffic̄t q̄ distinguātur officialit̄. ita q̄ tria distincta officia exerceāt. vnus officiū medij alter officiū maioris extremitatis ⁊ alter mioris extremitatis. Ex isto pz q̄ lz in sill'o sint simpl'r plures termi͂ q̄ tres nō cōputādo copulā ꝓ tertio tm̄ official'r sūt tm̄ tres teri. ⁊ p̄ h' soluunt̄ rōes.

Scd̄a difficultas

Quō distīguntur termi ex q̄bus sill's ꝓponit̄.

Sciendum est tertio q̄ ad inueniēdum mediū ad ɔcludendū qualibz ꝓpōnē opz capere octo l'ras. s. a. b. c. d. e. f. g. h. vñ p̄ a. ⁊ e. et etiam per i. ⁊ o. quādo in fine istarum dictionū ponuntur scz fecana cageti ⁊c. denotat̄ qualis et quanta dz esse ɔclusio ɔcludenda: per a. intelligim⁹ q̄ ꝓpō ɔcludēda sit v'lis affirmatiua. p̄ e. vniuersalis negatiā. per i. ꝑticularis affirmatiua. p̄ o. particularis negatiua: sed quādo a. ⁊ e. ponūtur in principio vel medio. per a. intelligitur predicatū. per e. subiectū: vnde ex parte de ly a. se tenēt tres littere: scz b. c. d. p̄ b. intelligimus ɔsequēs ad predicatum. per c. antecedēs ad predicatum. ⁊ per d. extraneuz. Et etiam ex parte de ly e. se tenēt tres littere: scz f. g. h. per f. intelligimus ɔsequēs ad subiectū. per g. aūs per h. extraneuz. versus. p̄dicat a. b. sequit̄ c. p̄cedit d. quoq̄ sit extra. e. subit. f. seq̄tur. g. precedit. h. quoq̄ sit extra. vñ antecedēs est terminus ad quē alius termin⁹ seq̄tur. v'l de quo ali⁹ termin⁹ vniuersaliter ⁊ affirmatiue p̄dicatur. Sed ɔsequēs est termin⁹ qui seq̄tur ad alium vel qui vniuersaliter ⁊ affirmatiue p̄dicatur de alio. Sed extraneū est termin⁹ q̄ nō pōt subijci neq̄ p̄dicari respectu alteri⁹ vere ⁊ affirmatiue vt homo asinus. ¶ Et aduerte q̄ sex dictōnes trissillabarum in versibus sequētibus valēt ad inueniendum mediū ad inferendū qualibet conclusionē: sz dictiones dissillabe valēt ad cognoscendū cōbinatiōes inutiles. Versus fecana cageti dafenes hebare gedaco gebali stāt. Sz nō ɔstant febas hecas ⁊ edas. vt satis pz in textu.

Modus inueniēdi mediu' i qualibet ꝓpōne.

Quid est ātecedēs Quid est ɔsequēs.

Quid est extraneū

Scienduz est quarto q̄ circa textū incidunt alique difficultates. Prima vtrū p̄ncipia oīm scientiarum sint sillogisabilia per artem inueniendi mediuz traditā a philosopho. ¶ Pro cuius solutione supponitur q̄ aliud est propositionem esse sillogisabilem ⁊ esse sillogisabilem per artem inueniendi medium: quia omīs propositio que potest esse conclusio sillogismi alicuius est sillogisabilis: sed solum propositio est sillogisabilis per artem inueniendi medium cuius subiectum ⁊ p̄dicatū habēt antecedētia ɔsequētia vel extranea per que talis ꝓpō est sillogisabilis. Hoc supposito d' q̄ lz oīa p̄ncipia sciarum sint sillogisabilia cum q̄libet ꝓpō

Alie difficultates circa textum incidentes.

possit esse cõclusio silli tamẽ ipsa non sunt sillogisabilia per artẽ inueniendi mediũ saltem in illa sciẽtia cuius sunt principia cuȝ non habeãt medium quod sit antecedẽs vel cõsequẽs altero extremoꝝ. Secũda difficultas vtrũ illa regula logicalis que habetur in textu sit vera: nã quia dicitur quicquid sequitur ad ɔsequẽs bone cõsequentie sequit̃ ad eius añcedens. Et videtur ꝙ nõ: quia tunc sequeretur ꝙ vnũ ɔtradictoriũ sequeretur ad reliquũ vt bene sequeret̃ si tãtũ pater est non tantũ pater est. quia ad istã tantũ pater est sequit̃ pater est. ⁊ ad istã pater est seq̃tur filius est. ⁊ ad istã filius est sequitur nõ tantum pater est. ğ ad istã tantũ pater est sequitur ista nõ tantũ pater est. Respondeo ꝙ regula logicalis est vera. Et dico vlterius ꝙ omnis ꝓpositio d̃ ĩpossibili potest inferre suũ ɔtradictoriũ cuȝ ad impossibile sequat̃ quodlibet adeo dico ꝙ bene sequitur tantũ pater est: ğ nõ tantũ pat̃ est: quia añcedẽs est possibile. Aduerte vlteriꝰ ꝙ virtute istius regule fit vna ɔsequẽtia que vocatur de p̃mo ad vltimũ que est bona tribus cõditionibus obseruatis. Prima ꝙ cõsequens p̃me cõsequẽtie sit precise antecedẽs scd̃e consequẽtie nihil mutando. Secũda ꝙ cõsequẽtie inter medie sint bone. Tertia ꝙ ꝓpositiones semper accipiantur in eodẽ sensu: adeo nõ sequitur omnis homo est animal: ğ nõ deus est. Et vltra bene sequitur non deus est: ğ homo est asinus: ergo de primo ad vltimum bene sequitur hõ est animal: ergo hõ est asinus. dico ꝙ nõ sequit̃: q2 in prima ɔsequẽtia illa negatio nõ accipitur infinitanter et in alijs neganter.

Secũda difficultas de regula logicali

Probatõ p̃dicte regule.

Cõditiones ad p̃dictaȝ regulam requisite

Quantum ad secundũ articulũ dubitatur primo vtrum sit danda ars inueniendi medium ad sillogisandũ quãlibet ꝓpositioneȝ. ¶ Arguitur primo ꝙ non. quia non est danda ars inueniendi extremitates: ğ nõ est dãda ars inueniendi mediũ. Secũdo sic nõ est difficile inuenire meduȝ: ğ non est danda ars: q2 ars ⁊ doctrina sunt circa difficilia: antecedens patet: q2 quilibet terminꝰ respectu cuiuslibet alteriꝰ põt esse mediũ et sic nõ est difficile inuenire. Itẽ ad sillogisandũ aliquã ɔclusionẽ sufficiũt figura ⁊ modus: ğ nõ est danda ars: q2 frustra daretur. ¶ In oppositũ arguitur p phm in textu. Pro cuius declaratõe ponunt̃ alique regule. ¶ Prima. terminꝰ qui est añs ad p̃dicatũ ɔclusionis ⁊ ɔsequẽs ad subiectũ est ɔueniẽs mediũ ad inferendũ vl̃em affirmatiuã in prima figura vt ad cõcludendũ istã: oĩs hõ est substãtia capiat̃ pro medio animal qd̃ est añs ad p̃dicatũ scȝ ad substantiã ⁊ ɔñs ad subiectũ. s. ad hoĩem et dat̃ intelligi ista regula p istã dictionẽ secana que valet ad barbara ⁊ darij. vt satis patȝ in textu. Et similr̃ fiant regule d̃ alijs dictionibꝰ puta cagetí: dafenes: hebare: gedaco: et gebali de quibus visum est in textu. de dictionibus que valẽt ad cõbinatiões inutiles. s. sebas: hecas: et edas. satis etiã dictuȝ est: Aduerte tñ ꝙ in ipsis nõ ponuntur nisi due vocales ad denotandũ ꝙ ɔclusio in illis cõbinationibus inutilibus aliquãdo potest esse vniuersalis. aliquando particularis ideo solum ponunt̃ littere pro premissis: et p̃nt oĩes iste regule videri in quadã figura sub arte inueniẽdi mediũ. ¶ His premissis respõdet̃ ad dubium ꝙ danda est ars inueniendi mediũ ad sillogisandũ cõclusionẽ ex veris: q2 illa ars ẽ danda in isto libro que facit hominẽ promptuȝ et abilem ad sillogisandum quãlibet conclusionem veram ex veris: sed ista ars est huiusmodi igitur. Ex quo sequitur ꝙ nõ est ista ars generalis ad ɔcludendũ quãlibet cõclusionem indifferenter: sed solũ veraȝ ex veris. ¶ Ad argumẽta dicit̃ ad p̃mũ ɔcedẽdo añs. ⁊ negando ɔñaȝ et ad ꝓbationẽ dicit̃ ꝙ non est simile. quia quicunq3 habet ɔclusionẽ sillogisandã ille habȝ extremitates. sed nõ adhuc habet mediũ. ¶ Ad secũdã dicitur ꝙ valde difficile est inuenire mediũ ad ɔcludendum quãlibet ɔclusionẽ verã ex veris sed inuenire medium ad quamlibet ɔclusioneȝ siue ex veris siue ex falsis nõ ẽ difficile. ⁊ etiaȝ ad sic sillogisandũ sufficit modꝰ et figura.

Dubiũ d̃ inuentione medij ad sillogisandũ p̃positiões

Regule p̃dictũ dubiũ soluẽtes.

Solutio p̃cedẽtis dubij

Dubitatur secundo vtrũ in quolibȝ sillogismo necesse sit alterã p̃missarũ esse vl̃em Et videtur ꝙ nõ: quia ibi est bonus sillꝰs. aĩal est substantia. hõ est animal. ğ hõ est substantia Nec solũ valet dicere ꝙ solum tenet gratia materie: q2 si maior esset vniuersalis esset darij. sed talis p̃ticularis equiualet vl̃i: igit̃. Nã dicit aristoteles p̃mo peryarmenias ꝙ particularis in materia naturali equiualet vniuersali. Itẽ sillogismus expositoriꝰ est bonus sillꝰs et tñ nulla premissarũ est vl̃is: igit̃. Iteȝ dictũ est superius ꝙ in quinq3 casibus fit bonus sillꝰs ex puris p̃ticularibus. Itẽ ad istã. animal est substãtia seq̃t̃ ista. oẽ animal est substantia. ⁊ ad istã homo est animal. sequit̃ ista. oĩs homo est animal. ⁊ ad illas duas vniuersales gr̃a forme sequit̃ ista vniuersalis in barbara. oĩs hõ est substãtia. ğ ex illis duabus p̃ticularibus gratia forme sequitur illa vniuersalis affirmatiua: q2 quicquid sequit̃ ad ɔñs bone ɔsequẽtie sequitur ad eiꝰ añs. Sȝ ille due vniuersales sequunt̃ ad illas duas particulares. ergo ad illas duas vniuersales gratia forme sequit̃ illa vl̃is affirmatiua: igit̃. Pro solutiõe supponit̃ primo vt alias visum est ꝙ p̃ticularis in materia naturali non equiualet vniuersali in significãdo. sed solũ in inferẽdo. ¶ Dico vlterius ꝙ nõ oportet ꝙ si particularis gratia materie inferat vniuersalem ad quã gratia forme aliquid sequat̃ ꝙ etiaȝ sequat̃ ad particularem gratia forme. Supponit̃ secũdo ꝙ nullꝰ sillogismus de medio communi est bonus nisi altera p̃missarũ sit vniuersalis. nisi in quinq3 casibus superius dictis. vbi ostẽsum est ꝙ ex puris particularibus quinq3 modis fit bonus sillogismus. ¶ Supponitur tertio ꝙ illa regula logicalis in qua dicitur ꝙ quicquid sequitur ad consequens bone ɔsequentie sequitur ad eius antecedens est bona. sȝ tamẽ nõ oportet ꝙ si ad ɔsequens alicuius ɔsequẽtie sequatur aliquid gr̃a

Aliud dubiũ de vl̃itate p̃missarum.

Quõ equiualet p̃ticularis in mat̃ia naturali.

Suppositio de regula logicali.

forme. q̄ illud sequat̄ ad antecedēs illius cōsequenti gratia forme. sed sufficit q̄ sequatur gratia materie vel gratia forme. Et per hoc etiam faciliter posset solui dubitatio. puta q̄ in quolibet bono sillogismo oportet alteraʒ p̄missarum esse affirmatiuā cum dictū sit q̄ ex puris negatiuis in tribus casibus fit bonus sillogismus.


Dubitatur tertio vtrū diameter sit assimeter. et quid intelligit p̄hs per angulos equicruros. Pro solutione prime partis supponitur primo q̄ quadratum est figura habēs q̄tuor latera equalia. Dyameter autē quadrati ē linea longissima in quadrato diuidēs ipsum in duas partes equales protensa ab vno cono ad aliū conū sibi cōtrariū. Costa q̄drati est vna de illis lineis q̄ claudit̄ quadratū. Cimeter est idem q̄ cōmensurabile coste. Sed acimeter est idem q̄ icōmensurabile. Ex quo sequit̄ q̄ dyametrū esse cimetrū nihil aliud est q̄ ipsum esse cōmensurabilē coste. et ipsum esse assimetrū. est ipsuʒ esse incomēsurabilē coste. ¶ His suppositis d̄r q̄ dyameter est incōmensurabilis coste ⁊ nō cōmensurabilis. q̄ʒ tunc numerus perfectus esset numerus abundās. quod est falsum igit̄. Unde numerus perfectus nō est nisi numerus par. Et numerus abūdans est numerus impar. ¶ Pro solutione secūde partis oportʒ supponere vnū circulū a cuius cētro ad circūferentiā ducantur due linee recte quasi duo semidiametri. ⁊ ponatur ex p̄te vni⁹ a. et in extrēitate alterius b. Deinde inter extrēitates illaʒ lineaʒ a. et b. ducat̄ tertia linea q̄ faciat triāgulū eq̄crurū .i. equarū tibiarū eo q̄ ille linee sunt equales. Hec autem linea ducta a puncto a. ad punctuʒ b. ɔcludens vnā portionē circuli vocat̄ basis trianguli incisionis. eo q̄ diuidit circulū p̄ portiones. anguli aūt cāti ex incidētia basis sup̄ circulū ex vtraq̄ p̄te vocant̄ anguli incisionis et signant̄ p̄ c. ⁊ d. Ex quo pʒ q̄ p̄ angulos eq̄cruros ītelligit p̄hs angulos ɔstitutos ex īcidētia duarū linearū rectaʒ equaliū. Et hec d̄ secundo articulo.

Quid est diametʒ eē cymetrum.

Quid est numerus p̄fectus.

Quantū ad tertiū sit cōclusio respōsalis ad q̄situ. p̄hs sufficiēter docuit reductionē silloʒ in modos v̄les prime figure cū arte inueniendi mediū. et hec ɔclusio pʒ ex dictis. ¶ Ad rōnes aū oppositū. ¶ Ad p̄mā d̄r q̄ ille est bonus sillus gr̄a materie ⁊ non gr̄a forme. ¶ Ad scdāʒ d̄r q̄ arist. ītellexit suā ɔclusionē de sillo cathegorico ⁊ nō ypothetico. ¶ Ad tertiā d̄r q̄ q̄uis hec scia doceat artē inueniendi mediū tū ista est simplr̄ resolutoria ⁊ nō inuētiua q̄ʒ non docet inuenire mediū vt sit stat⁹. sʒ vt cōponat sillm̄ et post ɔpōneʒ ip̄m finalr̄ resoluat in sua principia. Et silr̄ dicat̄ ad quartā. ¶ Ad q̄ntā pro p̄ma p̄te patet solutio. ¶ Ad aliā d̄r q̄ ɔn̄s pōt duplr̄ capi. vno mō sine p̄assione: ⁊ sic illud d̄r ɔn̄s quod sequit̄ ad aliud siue inferat ip̄m siue nō. et isto mō in ɔuertibilib⁹ bn̄ reperit̄ ɔn̄s. Alio mō capit̄ ɔn̄s cū p̄assione. puta q̄ sic ē ɔn̄s q̄d sīp̄ sequit̄. ⁊ nūq̄ pōt esse aūs: ⁊ hoc mō in cōuertibilib⁹ nō reperit̄ ɔn̄s.

Cōclusio rn̄dēs ad p̄dicta.



Quomō aūt reducem⁹ sillogismos in p̄dictas figuras dicēduʒ erit post hec. restat enim cōsideratio hec. si enī et generationē silloʒū inspexerimus et inueniendi habem⁹ potestateʒ. amplius autem factos reducemus in p̄dictas figuras. finem habebit quod ex principio propositum est.

Documētuʒ ad reducendū sillos in p̄dictas figuras.

Ste est septimus et vltimus tractatus huius libri in quo p̄hs determīat de reductione silloʒum in figuras. Et ɔtinet quinq̄ capitula. In p̄rio docet resoluere aliquos sillogismos ɔpositos ex terminis rectis. ⁊ p̄mo ponit aliqua documēta: Primū sillus prius est resoluendus in duas p̄pōnes q̄ in tres termīos quia facilius est resoluere in maiora q̄ in minora. ¶ Secundū documentū. videnduʒ est in sillogismo vtrū vna premissa sit maior et alia minor. et an vna v̄lis et alia particularis. ¶ Tertiuʒ documētū oportʒ ɔsiderare si in sillogismo sit aliquid sup̄fluū vel aliquid diminutū. Naʒ si sit aliquid superfluū remouēdū est. Et si sit aliquid diminutū aliquid addendū est. Et subdit q̄ in aliquib⁹ facile est videre vtrū aliquid deficiat vl̄ aliquid superfluat: puta in illis in quib⁹ conclusio nō sequit̄ de necessitate. sed in illis in quibus ɔclusio sequit̄ de necessitate difficile est videre vtrū aliquid deficiat vel sup̄fluat. Et hoc probat duobus exemplis. Primuʒ substātia nō interempta non interimitur suba: sed partibus substātie interemptis interimit̄ substantia: igit̄ partes substātie sunt substātie: ubi sequit̄ cōclusio de necessitate: ⁊ tū sillogismus nō est bonus q̄ʒ ibi deficit p̄pō v̄lis: sed posset sic reduci: oīa quib⁹ interemptis interimit̄ suba sunt suba. sʒ partes sube sunt hm̄ōi: ḡ partes substātie sunt substātia. ¶ Scdm̄ exemplū. si homo est aīal ē. et si animal est: substantia est: ergo si hō est substantia est: ibi necessario sequitur cōclusio. et tū non est sillogismus cathegoricus. posset tamen sic reduci. omne illud quo posito ponit̄ animal est substātia. sed posito hōīe ponit̄ animal. ḡ hō est substātia. Et subdit p̄hs q̄ in talibus decipi

Exēpla predictū documētum p̄bantia.

mur credētes tales argumētationes esse sillogisticas eo q ex p̄missis necessario sequitur cōclusio: τ tñ non sunt sillogistice. Nō enim oportet oē inferēs cōclusionē necessario esse sillogismum. ¶ Cōsequēter dicit q in reductione sillogismorū ex p̄teterminorū accipiendi sunt tres termini. quoꝝ vnus d̄r mediū: alter maior extremitas: τ alius minor extremitas. τ si mediū subijciat̄ in vna τ p̄dicetur in alia reducit̄ ad primā figurā. si p̄dicet̄ in vtraq̄ ad scd̄az figurā τ si subijciat̄ in vtraq̄ ad tertiā figurā. Ex quo īfert q nulla ofo dicitur sillogistica nisi idē frequēter dicat̄: hoc est nisi mediū bis sumat̄. ¶ Consequenter subdit q frequēter cōtingit decipi credēdo aliquas argumentationes esse sillogisticas: et tamen nō sunt quod ꝓbat per duo exempla. Primū est. aristomenes intelligibilis semꝑ est τ aristomenes est aristomenes intelligibilis: igit̄ aristomenes semꝑ est. Scd̄m exemplū. michalus musicus corrūpetur cras: τ michalus est michalus musicus: ergo michalus corrumpetur cras. ibi nō sunt sillogismi. licet videātur esse ꝓpter similē dispositionē terminoꝝ: τ tñ nō sunt: quia neutra p̄missaꝝ sumit̄ vliter. ¶ Subdit ꝯñter q etiā cōtingit decipi quādo termi nō capiunt̄ vniformiter in p̄missis τ cōclusione. sed variantur fm̄ cōcretionē τ abstractionē. vt nō sequit̄ i prima figura: nulli egritudini inest sanitas: oīs hō est susceptiuus egritudinis: ḡ nullus hō est sanus. Silr̄ nō sequit̄ in scd̄a figura: nulli egritudini cōtingit inesse sanitatē. τ oī homini contingit inesse sanitatē. ḡ nulli hoī contingit inesse egritudinē. Silr̄ nō sequit̄ in tertia figura oīm homini cōtingit inesse sanitatē: τ omni homini contingit inesse egritudinem: ergo alicui egritudini contingit inesse sanitatem.

Modus sillogisā di i p̄ia figura

Inesse autem primū medio τ hoc postremo nō oportet sumere velut q̄ semper predicētur de seinuicē similiter: τ primū de medio: τ hoc d̄ postremo τ non inesse similiter.

¶ Istud est scd̄m capitulū in quo docet sillogisare ex obliquis. Primo in prima figura ponēs tres regulas. ¶ Prima maiore de recto τ minore de obliquo valet sillogism⁹ ad inferendū conclusionē de obliquo: vt oīs sophia est disciplina: boni est sophia. ergo boni est disciplina. ¶ Secūda regula. maiore de obliquo τ minore de recto valet sillogismus ad inferēdū cōclusionem de obliquo: vt oīm cōtrarioꝝ est eadez disciplina. bonū τ malum sunt contraria: ḡ boni τ mali est eadē disciplina. ¶ Tertia regula ex ambab⁹ de obliquo in prima figura fit bon⁹ sillogismus ad inferendū cōclusionē de obliquo τ quādoq̄ de recto. Exemplū primi: vt cuiuscūq̄ est disciplina illius est gen⁹. boni est disciplina. ergo boni est genus. Exemplū scd̄i: vt cuiuscūq̄ est disciplina hoc est genus. bonū est disciplina. ḡ bonum est gen⁹. ¶ Deinde docet sillogisare in secūda figura dicens. q negatiua premissa existē

Regule ostēdentes sillogisare in prima figura.

Modus sillogisā di i secūda figu̅.

te de obliquo valet sillogism⁹. quod ꝓbat duobus exemplis. Primū. nullius motus est motus sed voluptatis est motus. ergo voluptas nō est motus. Scd̄m exemplū. nullius signi est signū. sed ipsius visus est signum. ergo visus nō est signum. ¶ Deinde docet sillogisare ex obliquis in tertia figura dicēs. q bene valet sillogismus vt probat vno exemplo. vt deo non est tempus oportunum. deo est estas: ergo estas nō est tempus oportunū. Et subdit q ad reducendū istos sillogismos opꝫ mutare obliquos in rectos.

Modus sillogisā di in tertia figura.

Reduplicatum aūt in propositionibus ad primā extremitatez ponendum nō ad medium: dico autem vt si fiat sillogismus quoniam iusticie est disciplina quoniā bonū in eo q bonū ad primā extremitatem ponendum.

Quomō sillogisatur ex reduplicatiuis

¶ Istud est tertiū capitulū in quo aristoteles docet sillogisare ex reduplicatiuis dicēs. q sillogisando ex reduplicatiuis reduplicatio nunq̄ ē addenda predicato reduplicās ipm: quod probat tribus exemplis. ¶ Primū exemplum: bonum est disciplina inq̄tuz bonū τ iusticia est bonum: ergo iustica est disciplina inq̄tum bonuz. talis reduplicatio nō est addenda medio, reduplicās ipm dicēdo: iusticia est bonū inq̄tum bonum: cum sensus esset q iusticia est oē bonū qđ est falsum q̄diu sunt plura bona. ¶ Scd̄m exemplum: bonum est disciplinatū inq̄tuz bonū salubre est bonuz. ergo salubre est disciplinatum in q̄tum bonum. ¶ Tertiuz exemplū. omne non existens est opinabile in eo quod non existens. ycoceruus est non existens. ergo ycoceruus est opinabilis in eo qđ non existens. ¶ Quartum exemplum: sensibile est corruptibile in eo quod sensibile: omnis homo est sensibilis: ergo oīs homo est corruptibilis in eo q est sensibilis.

Exēpla predictā sillogisationeꝫ ꝓbantia.

¶ Ex istis infert q aliter sillogisatur ex reduplicatiuis q̄ ex non reduplicatiuis. nam ad concludendum cum reduplicatione debet poni reduplicatio in aliqua premissarum: dūmodo nō ponatur ad predicatū reduplicando ipm predicatum. ¶ Consequēter ponit sex documēta ꝓ perfectiori reductione sillogismorum. Primuz in sillogismis ꝓ vno termino minus noto debꝫ capi vnus terminus magis notus. τ etiam pro oratione minus nota debet capi oratio magis nota: vt non refert dicere suspicabile non est genus opinabilis: τ suspicabile non est opinabile. Secūdum documentum: in sillogisando refert sumere propositiones vniuersales vel particulares. quia ex vniuersalibus potest concludi cōclusio non autem ex particularibus. Tertium documentum. non enim oportet expositione exemplorum inconueniens acadere: non enim sumūtur exempla vt vera sunt. Exempla enim nō ponimus vt vera sint: sed vt sentiant quid adiscunt. Quartum documentuz quando premisse alicuius sillogismi probantur per alios sillogismos τ vn⁹ sillogism⁹ pficit̄ ꝑ aliū: nō opꝫ bu-

Documēta pro ꝑfection reductione silloꝝ

ius modi sillogismos fieri in eadē figura. Quintum documētū ad videndū in qua figura debeat fieri sillus vl̄ reduci multū ꝯfert aspicere ad ꝯclusionē: q̄r si ꝯclusio sit vl̄is nō pōt eē in tertia figura. si fuerit affirmatiā nō pōt eē in scđa si fuerit vl̄is affirmatiua solū pōt esse in prima figura. Sextū dictū seu documētū ad interimēdum vnā diffinitionē sufficit vnam ptem interimi vt ad interimēdum istaꝫ aq̄ est potus humidus. sufficit ostēdere ꝙ aqua nō sit potus sic arguēdo. oīs potus est trāsmutabilis in substantiam viuētis. ſꝫ aqua nō ē hmōi: igit̄ nō est potus. ꝛ per ꝯn̄s nō est potus humidus. ex quibꝯ infert ꝙ sillogismi ex ypothesi fm̄ se totos nō reducūtur ad aliquam trium figuraꝝ. ¶ Seq̄tur textus. Querit autem.

Sillorū reductio ad seinuicem.

Istud est quartum ꝛ vltimū capitulum in quo docꝫ reducere sillos vniꝯ cuiusqꝫ figure ad seinuicē p̄mo sillos p̄me figure. dicens ꝙ celarēt ꝛ ferio reducunt̄ ad sillos scđe figure puta celarēt ad cesare maiore ꝯuersa simplr̄ ꝛ ferio ad festino maiore ꝯuersa simplr̄. sed barbara ꝛ darij nō p̄nt reduci ad scđam figurā. q̄a in scđa figura nō ꝯcludit̄ nisi negatiue. Ex quo sequit̄ etiā ꝙ barbara reducit̄ ad aliquā aliam figurā: q̄r nulla alia figura a p̄ma ꝯcludit vl̄ez affirmatiuā: nisi prima. ſꝫ darij ꝛ ferio reducūt̄ ad sillos tertie figure: puta darij ad datisi miore ꝯuersa simplr̄. ꝛ ferio ad ferison mīore cōuersa etiam simplr̄. ¶ Cōsequēter dicit ꝙ omnes sillogismi scđe figure reducūtur ꝑ ꝯuersionem ad sillos prime figure: dēpto baroco q̄ non pōt reduci ꝑ ꝯuersionē. ſꝫ bñ ꝑ impossibile vt iaꝫ superius ostensuꝫ est. Sillogismi etiā tertie figure reducunt̄ ad sillogismos prime figure per cōuersionem dempto bocardo qui nō pōt reduci per conuersionem. cum maior prime figure nō possit esse ꝑticularis ſꝫ bene per impossibile.

Silli secūde figure quare reducunt̄ ad sillos p̄me fig.

Differt aūt in cōstruēdo ꝛ destruēdo opinari. aut idem aut diuersum significare nō esse hoc ꝛ esse non hoc. vt nō esse albū ei quod est esse non album. nō eīm idē significāt: neqꝫ negatio eius quod est esse albū: ea que est esse non album. sed ea que est nō esse album.

Modus sillogisādi ex terminis infinitis

Istud est quintū et vltimū capitulūꝫ in quo docet sillogisare ex terminis infinitis. et ponit primo talē cōclusionem. ꝓpositio de predicato infinito affirmatiua nō est eadē cū ꝓpōe negatiua de p̄dicato finito: vt iste due nō sunt eedē: hō est nō albus: ꝛ hō nō est albus. quod ꝓbat duabꝯ rationibus. Prima sicut se habēt iste due. fortem possibile est ambulare. ꝛ fortē possibile est nō ambulare: ita iste due hō est nō albus et hō non est albus. sed due prime nō sunt eedē. licet bene sequātur se adinuicem ḡ etiā alie due nō sunt eedē. Secūda ratio non est ideꝫ esse nō equale. et nō esse equale. q̄r huic quod est esse nō equale aliquid subiacet. s. inequale et huic quod nō est esse equale nihil subiacet ¶ Tertia ratio ab affirmatiua de p̄dicato infinito sequit̄ aliquid quod nō sequit̄ ad negatiuaꝫ de predicato finito: ḡ ille ꝓpositiones non sunt eedē. añs patet. q̄r ad istā hoc est lignum nō album: sequit̄ ista: hoc est lignūꝫ: et tn̄ illa nō seq̄t̄ ad istā hoc nō ē lignū albū. ¶ Cōsequēter ostēdit p̄hs qualr̄ valet ꝯn̄a a ꝓpōne de p̄dicato finito ad propositionē de p̄dicato infinito et ecōtra. ꝛ ponit q̄ttuor regulas. Prima. ab affirmatiua de predicato infinito ad negatiuaꝫ de p̄dicato finito est bona ꝯsequētia: vt bene sequitur hoc est nō albuꝫ. ḡ nō est album. Secunda regula. a negatiua de predicato finito ad affirmatiuam de p̄dicato infinito non valet cōsequētia. et hoc q̄n̄ supple totale p̄dicatū nō infinitatur. vt nō sequit̄: hoc nō est lignū albū. ergo hoc est lignū nō albū. demōstrādo ꝑ ly hoc lapidē. Tertia regula ab affirmatiua de p̄dicato finito ad negatiuā d̄ p̄dicato infinito est bona ꝯn̄a. vt bene sequit̄: hoc est albū: ergo hoc nō est nō albū. q̄r oppositū ꝯn̄tis nō pōt stare cū añte. Quarta regula. a negatiua de p̄dicato infinito non sequitur affirmatiua de p̄dicato finito vt nō seq̄tur: hoc nō est lignū nō albū: ḡ est lignū albū. et hoc q̄n̄ totale p̄dicatū nō infinitatur. Et subdit ꝙ sicut fiunt ꝯn̄tie in ꝓpōnibus de p̄dicato finito ꝛ infinito: sic etiam fiunt de terminis priuatis et terminis positiuis: vt bene sequit̄: hoc est iniustum. ergo nō est iustū: ꝛ sic de alijs. ¶ Cōsequēter subdit ꝙ ex ꝓpōnibꝯ de terminis infinitis vl̄ priuatiuis: eodē mō sillogisādū est sicut ex propositionibꝯ de terminis finitis: vt sicut bene seq̄t̄. omne aīal est musicū: oīs hō est aīal: ergo oīs hō est musicus: ita etiā bene sequit̄: oē aīal ē nō musicū: oīs hō est aīal: ḡ oīs hō est nō musicus. ¶ Finaliter ponit q̄ttuor regulas ḡnales. Prima. si ad antecedēs sequatur cōsequēs: tūc ad oppositū cōsequētis sequit̄ oppositū añtis. Scđa regula: nō oportet ꝙ ad oppositū añtis sequatur oppositū cōsequētis. Tertia regula. oppositū ꝯn̄tis repugnat seu nō pōt stare cum añte. Quarta regula: cōtradictoriū añtis bene potest stare cū ꝯn̄te. Primā regulā ꝓbat: quia ad oppositum ꝯn̄tis sequitur oppositūꝫ añtis: vel ip̄m oppositum ꝯn̄tis stabit cum antecedente: sed hoc nō: quia oppositū ꝯn̄tis repugnat cōsequenti: ergo etiam antecedenti per illam maximam: quicquid repugnat consequenti repugnat antecedenti. Secunda regula probatur. quia si oppositum antecedentis stet cum consequente: tunc ad oppositum antecedentis nō sequitur oppositūꝫ cōsequentis: quia si ad oppositum cōtradictorium antecedētis sequeret̄ oppositū ꝯn̄tis: tūc contradictorie essent simul vere: quia dato opposito añtis vero: tunc ex quo sequitur oppositum cōsequentis ip̄m cōsequēs et suū oppositum simul stabunt q̄d est falsum. Tertia regula ꝓbatur. q̄r cōtradictoriūꝫ ꝯn̄tis repugnat ꝯn̄ti: ḡ ꝛ antecedēti. Quarta r̄sa pꝫ: quia ad oppositū antecedētis non sequit̄ oppo

Regule de p̄dicato ꝯn̄a.

Quattuor regule ḡnales.

Obiectõ cõtra secundã regulam.

situm ꝯñtis: ergo oppositũ añtis põt stare cũ ꝯñte ¶ Deinde ponit vnã obiectionẽ ꝯtra scđam regulam q̄ est hec: ponamꝰ ꝙ a. ꝛ b. ꝯtradicãt ipi f. c. vero ꝛ d. ꝯtradicãt b. tunc arguit̃ sic. ad c. sequit̃ a. ergo ad f. sequit̃ b. ꝛ ꝑ ꝯñs ad d. seqtur b. q̄re de primo ad vltimũ si ad c. sequat̃ a. ad d. sequit̃ b. quod est ꝯtra scđam regulam q̄ dicit ꝙ ad oppositum añtis nõ sequit̃ oppositũ ꝯñtis. Soluit nõ admittẽdo casuz: qꝛ due ꝓpões nõ pñt hr̃e vnã ꝯdictoriã: qđ tñ supponebat̃ i casu.

An regule de formatõe sillogismorũ ex ꝓpositionibꝰ de obliqs ꝛc. sint sufficiẽter assignate.

Queritur vtrum regule de formatione sillogismorũ ex ꝓpõnibus de obliqs ꝛ ꝓpõnibus reduplicatiuis ꝛ ꝓpõnibus de termis infinitis sint sufficiẽter assignate a pħo. ¶ Arguit̃ primo ꝙ nõ: qꝛ tunc arguendo ex obliqs ex vero sequeret̃ falsuz. sic arguendo: nullus equꝰ est asinꝰ cuiuslibet hois ẽ equus: ergo nullius hois est asinꝰ. ¶ Scđo sic. dictio reduplicatiua est quoddaz sincathegorema sicut alia sincathegoremata: ergo videtur ꝙ possit addi ita bñ ꝑdicato sicut addit̃ alteri termino. ¶ Tertio sic. reduplicatio est nota cause inherẽtie ꝑdicati ad subm: sz talis cã querit̃ in ꝑdicato: ergo dictio reduplicatiua nõ põt addi ꝑdicato. ¶ Quarto. affirmatiua de ꝑdicato infinito habz ꝯcludi in modo negatiuo nõ aũt affirmatiua de ꝑdicato finito: ergo nõ eodẽmodo est sillogisandum ex ꝓpõnibꝰ de ꝑdicato infinito ꝛ de ꝑdicato finito. añs ꝓbatur: qꝛ in sillo negatiuo sillogisat̃ ꝯclusio negatiua de predicato finito: ꝛ ad ipam sequit̃ ꝓpõ negatiua de ꝑdicato infinito: igit̃. ¶ Quinto sic. sillus ex termis finitis ꝛ ambabꝰ negatiuis nõ est bonꝰ: ergo sillus q̄ fit ex vna negatiua ꝛ altera affirmatiua de ꝑdicato infinito nõ erit bonus: qꝛ ꝑmisse vtriusqꝫ sillogismi inferunt se adinuicem. ¶ In oppositum ẽ phs in textu. In questione erunt tres articuli.

Quare nõ eodem mõ sillogisat̃ ex obliquis sic ex rectis.

Quantum ad primũ sciendum est primo ꝙ pro solutione ꝑme ptis: supponit̃ ꝑmo ꝙ nõ oĩno eodẽmodo est sillogisandũ ex obliqs sicut ex rectis: qꝛ ex obliqs quãqꝫ põt fieri bonꝰ sillus ambabꝰ existẽtibus ꝑticularibꝰ aut indefinitis: nec opꝫ ꝙ sit ꝑcise idẽ subm in vna ꝛ ꝑdicatum in alia aut ꝙ sint tres termini: quorũ q̄libet sit ꝑcise subm vł ꝑdicatũ. ¶ Aduerte tñ ꝙ ex obliqs nõ valꝫ sillus grã forme. nisi aliqs terminꝰ distribuat̃ in ꝑmissis ꝛ sub illo termio fiat subsumptio in miore: ideo iste sillus nõ valet cuiuslibz hois asinus currit: brunellus ẽ asinus: ergo brunellus currit. nã ꝑmisse pñt esse vere

Regula gñalis ex predictis.

ꝯclusione existẽte falsa. Ex isto sequit̃ vna rła generalis ex oĩ ꝓpõne de termĩo distributo siue ille sit rectus siue obliquꝰ: cũ vna alia in q̄ subsumitur alius terminꝰ sub termĩo distributo ẽ bonꝰ sillogismꝰ siue ille terminꝰ sit subm siue ꝑdicatum siue ps subiecti siue ꝑdicati. Ex istis dicit̃ primo ꝙ non opꝫ in sillogismis ex obliqs ꝙ maior vł minor extremitas vł mediũ sit totale extremũ. i. totale subm vł totale ꝑdicatum: nec opꝫ ꝙ mediũ sillogisticũ sit subiectũ vł predicatum in maiore: sz sufficit ꝙ se teneat ex parte subiecti vł ꝑdicati. nam in hoc sillogismo hõ oẽm equuz est vidẽs: brunellus est equus: ergo brunellus homo est vidẽs. iste terminꝰ equum est medium ꝛ brunellus mĩor extremitas ꝛ hoc totum residuũ est maior extremitas. Scđo dr̃ ꝙ tales sillogismi q̄ sic fiũt ex obliqs dicũtur eẽ in aliquo mõ vł in aliqua figura: qꝛ hñt similitudinem talis figure vł talis modi. Dicit̃ tertio ꝙ tales silli ex obliqs nõ dicũtur ꝓprie ꝛ directe esse in aliq̄ trium figurarum capiendo figuraz eodez modo quo cõiter diffinitur. sed soluz reductiue inquantum. s. ꝑmisse de termis obliqs hñt resolui in ꝑmissas de terminis rectis.

Notabile đ obliquo in pa figu.

Sciendum est scđo ꝙ in prima figura maiore de obliquo cuiꝰ mediũ est terminꝰ obliquus ꝛ mĩore de recto seq̄tur ꝯclusio đ obliquo dũmodo obliquitas in ꝯclusione cadat ex parte eiusdez extremi sicut in maiore: ꝛ dũmõ obseruet̃ talis obliq̄tas. Et dicit̃ notãter dũmõ obliq̄tas cadat ex pte eiusdez extremi. qꝛ si caderet ex pte alterꝰ nõ oporteret ꝯñam valere: vt nõ seq̄tur cuiuslibet hois asinꝰ currit: sortes est homo: ergo sortes est asini q̄ currit. Dicit̃ notãter dũmodo seruet̃ talis obliq̄tas. qꝛ si variaretur nõ oporteret ꝯñam valere. vt nõ seq̄tur. cuiuslibet hois est asinus: sortes est hõ: ergo in sorte est asinus. Et hoc intelligit̃ per istã regulaz generalẽ quãdocũqꝫ in maiori ꝓpõne aliquis terminus fuerit distributꝰ in obliquo siue affirmatiue siue negatiue de quocũqꝫ alio termĩo rectꝰ illius obliqui: ꝯ tunc q̄cquid affirmabit̃ đ obliquo in maiori affirmabit̃ de obliquo illius vltimi termini. Silr̃ ex maiore de recto ꝛ mĩore de obliquo: in quo minor extremitas ponit̃ in obliquo valet sillus ad inferendũ ꝯclusionem: in q̄ minor extremitas ponit̃ in obliquo vt bene sequitur. omĩs asinus est aĩal. ꝛ hois est asinus: ergo homĩs est aĩal. Sed ex dubus ꝑmissis in quibꝰ mediũ tenet̃ in obliquo gratia forme nõ valet ꝯsequẽtia: vt nõ seq̄tur: oẽm asinuz videt equus omĩs homo videt asinuz: ergo oĩs hõ est equꝰ.

Alij tres mõi de ꝑdictis.

Preter illos modos ponũtur adhuc tres alij modi: quorum primus est maiore vli negatiua cuius medium est terminꝰ obliquꝰ ꝛ minore affirmatiua in qua mediũ ponit̃ in obliquo valet ꝯsequẽtia ad inferendũ ꝯclusionez de recto. vt bene sequit̃ nullum hoiem videt asinus ꝛ omne risibile videt hoiem: ergo nulluz risibile est asinus. ¶ Scđus modus: quando maior est vlis negatiua in qua maior extremitas ponitur in obliquo: ꝛ minor est affirmatiua in qua minor extremitas ponit̃ in obliquo. valet ꝯsequentia ad inferendũ ꝯclusionem de recto: vt bene seq̄tur nullus asinus videt hoiem: ꝛ omne risibile videt asinus: ergo nullũ risibile est hõ: sz si ambe premisse fuerint affirmatie nõ vꝫ ꝯña vt nõ seq̄tur oĩs hõ videt asinum: ꝛ oẽm equuz videt homo: ergo oĩs equus est asinꝰ. ¶ Tertius modꝰ quãn maior est vlis affirmatiua de recto ꝛ in mĩore. medium est in obliquo valet ꝯña: in qua maior extremitas ponit̃ in obliquo: vt bñ seq̄tur.

omĩs homo est aĩal asinus est hoĩs: ergo asinus est aĩalis: sed in mõ negatiuo nõ valet. vt non seq̃tur. nullũ risibile est asinus. oĩs hõ videt risibile. ergo nullus homo videt asinum. et ista debẽt intelligi de prima figura.

Aliud notabile de obliquo in secunda figu.

Sciendum est tertio q in scd̃a figura duobus p̃missis de obliquo in q̃bus extremitates sunt termini obliq̃ valet sill̃us ad inferẽdum ꝯclusionẽ de recto: vt cuiuslibꝫ homĩs est equus. et nullius asini est equ⁹: ergo nullus asin⁹ ẽ homo. ¶ Scd̃a regula medio existente in obliquo in ambab⁹ p̃missis valet ꝯña ad inferẽduꝫ ꝯclusionẽ de recto. vt bñ seq̃tur. null⁹ asinus est hoĩs. oĩs bos est hoĩs: ergo nullus bos ẽ asin⁹. Similiter maiore affirmatiua de recto et mĩore negatiua de obliquo valet sill̃us ad inferendũ cõclusionẽ de obliquo seruata obliq̃tate ex parte eiusdẽ extremi. vt oĩs asinus est aĩal: et nullius hoĩs est aĩal: ergo nullius hoĩs est asin⁹. Scd̃ꝫ exẽpluꝫ. oĩs homo est aĩal et null⁹ asinus est aĩalis ergo nullus asin⁹ est homĩs. ¶ Sed p tertia figura ponũtur aliq̃ regl̃e. Prima maiore d obliquo siue mediũ ponat in obliquo siue maior extreĩtas et mĩore d recto valet sill̃us ad inferẽdũ ꝯclusionẽ de obliquo, dũmõ eadẽ obliq̃tas se teneat ex p̃te eiusdẽ extremi: vt in darapti cuiuslibet hoĩs est asin⁹. oĩs hõ est aĩal: ergo aĩalis ẽ asinus. Item q̃libet asinus est hoĩs. asinus est rudibilis: ergo rudibile est homĩs. ¶ Scd̃a regl̃a ex duab⁹ de obliquo in q̃bus mediũ ponit̃ in obliquo nõ valet ꝯña. nõ em̃ seq̃tur cuiuslibet hoĩs est asinus: cuiuslibꝫ hoĩs est equus: ergo equus est asin⁹. Et si mĩor sit de obliquo ex p̃te subiecti seq̃tur ꝯclusio de obliquo ponẽdo obliq̃tatem in p̃dicato. vt oĩs hõ est aĩal. hoĩs est asinus: ergo asin⁹ est aĩalis. sꝫ si obliq̃tas se teneat ex p̃te p̃dicati. seq̃tur ꝯclusio in qua mĩor extremitas ponitur in obliquo: vt omĩs hõ est animal. q̃libet homo est asini: ergo asini est animal.

Alie regule pro tertia figura.

Sciendũ est quarto q circa textũ incidit vna difficultas: quał̃r est saluabile hũc sill̃m michalus musicus corrũpet̃ cras. michalus ẽ michalus music⁹: ergo michalus corrũpetur cras. nõ esse bonũ sill̃m cũ videat̃ esse sill̃us expositori⁹ cũ mediũ sit termin⁹ singl̃aris singl̃ariter et vniuoce tẽtus. R̃ndetur q ille sill̃us nõ est bonus: q2 cõclusio põt esse falsa p̃missis existentibus veris: vt si ponat̃ q nũc michalus sit musicus. et cras ei⁹ musica corrũpet̃ et nõ ipe michalus tũc ꝯclusio erit falsa et p̃misse vere. Dicitur scd̃o q ad sillogismũ expositoriũ nõ sufficit mediũ esse terminũ singularẽ simpl̃r et vniuoce tentum. Sed requirũtur alie tres cõditiones. Prima q ab vna premissaꝝ ad vnã de omĩ valeat ꝯña que ibi deficit: q̃a ad istam michalus musicus corrũpet̃ cras. nõ sequit̃ ista omne qd̃ est michalus musicus corrũpetur cras. Et si q̃s dicat: nũq̃ ad singularẽ põt sequi illa de omni eisdem termĩs: ergo illa cõditio nõ valet: antecedens pbatur: q2 termino singl̃ari nõ cõgrue potest addi signũ vniuersale vt nõ cõgrue diceretur omnis sortes. Respõdet̃ q licet termĩo singulari singulariter tento et incõplexo nõ possit addi signum vniuersale: tamẽ bene termĩo singulari complexo cui⁹ vna pars est terminus cõmunis: vt omñe ens qd̃ est sortes currit. vñ istud subiectum ens qd̃ est sortes dicitur supponere discrete: q̃a ex modo sue significationis repugnat sibi supponere p plurib⁹ ratione illi⁹ termini sortes. ita q ille termin⁹ ens capitur singulariter ratione determĩationis sibi addite. ¶ Et si quis dicat: ista est vniuersalis omñe ens quod est sortes currit: igit̃ subiectũ non supponit discrete neq3 est termin⁹ discretus. Respondetur q est simpl̃r singularis et nõ vniuersalis nisi capiendo ꝓpositionẽ vniuersalem large p omni ꝓpositione cui⁹ subiecto addit̃ signum vniuersale siue distribuat̃ siue nõ. Ex quo seq̃tur q sicut ibi est sillogism⁹ expositori⁹ sortes currit homo est sortes: ergo homo currit. ita ibi omne ens quod est sortes currit. homo est ens quod est sortes: ergo homo currit. ¶ Et hec de primo articulo.

Dubium de isto sillogismo Michalus musicus corrumpet̃, etc.

Conditiones ad sillogismũ expositorium requisite

Quantum ad scd̃m dubitatur p̃mo qualiter arguẽdum est ex reduplicatiuis. Pro cui⁹ solutione supponit̃ q ꝓpositio reduplicatiua est in qua ponit̃ signũ reduplicatiuum reduplicatiue tẽtũ vt sunt ista. inantũ. inquantum. eo q. Supponit̃ scd̃o q sillogismi reduplicatiui ad est in quib⁹ ponũtur ꝓpositiones reduplicatiue habet̃ fieri ꝓprie in prima figura et in omĩbus modis dũmodo reduplicatio se teneat ex parte maioris extremitatis et nõ medij nec minoris extremitatis. Exemplũ in barbara: vt omĩs triangulus habet tres angulos eq̃les duobus rectis sm̃ q triangulus. ysocheles est triangulus. ergo ysocheles hꝫ tres angulos equales duob⁹ rectis inquãtum triangulus. similiter omñe animal est viuẽs inquãtum animatum: omĩs homo est aĩal. ergo omĩs homo est viuens inquantum aĩatum. Exemplũ in celarẽt nullum animal est sensitiuum inquãtũ est aĩatum. omĩs hõ est animal. ergo nullus homo est sensitiuus inquantũ aĩatus. Sed quereret aliquis quare reduplicatio non se tenet ex parte medij seu non additur medio. Respondetur q ratio est: quia tũc nõ concluderetur conclusio reduplicatiua cum mediũ nõ intret cõclusionẽ Secundo quare nõ addit̃ minori extremitati. Respõdetur q ratio ẽ: q2 reduplicatio ponitur ad designandum cõuertibilitatem termini reduplicati ad predicatum et nõ ad subiectũ. modo minor extremitas est subiectũ: igit̃. Supponitur tertio: q tales sillogismi proprie non habent fieri in secũda figura: q2 vel reduplicatio adderetur medio vel extremitatibus. non medio vt notuꝫ est nec extremitatibus cũ subijciatur in p̃missis modo reduplicatio ꝓprie nõ se tenet ex parte subiecti. Sed in tertia figura fiunt boni sillogismi. dũmodo reduplicatio se teneat ex parte maioris extremitatis. Exempluꝫ in darapti omñe animal est viuens inq̃tum aĩatum omne animal est substantia: ergo quedam substantia est viuens inq̃tum animata.

Quid est ꝓpositio reduplicatiua.

Quomō fiunt sillogismi ex terminis īfinitis.

Dubitatur scđo qualiter arguendū est ex terminis infinitis. Pro cui⁹ solutione supponiť primo ꝙ ex terminis infinitis fiūt eodē mō silli in omi figura sicut ex terminis finitis dūmodo termin⁹ q̄ est finit⁹ nō muteť in terim infinitū nec termin⁹ infinit⁹ in terim finitū: vt oē aīal est nō albū: oīs hō est aīal: ğ oīs hō est non alb⁹. Exemplū vbi oēs termini sunt infiniti. vt oīe nō albū est nō hō. oīs nō lapis est nō alb⁹. ergo oīs nō lapis est non hō. ¶ Sed q̄reret aliquis vtrū possint fieri boni silli variādo aliquē terim penes finitū ⁊ infinitū. Rñdeť p aliq̄ dicta. Primū in omi figura ex duab⁹ p̄missis vlibus negatiuis medio variato penes finitū ⁊ infinitum seq̄tur ɔclusio negatiua. vt nullū nō album currit nullus hō est albus: ğ nullus hō currit. Dicitur scđo ꝙ in p̄ma ⁊ scđa figuris ex maiori vli negatiua ⁊ minori ꝑticulari negatiā sequitur cōclusio ꝑticularis negatiua medio variato penes finitū ⁊ infinitū. vt nullū nō albū currit hō nō est albus: ğ homo nō currit. Sz in tertia figura medio sic variato nihil seq̄tur: vt nō seq̄tur nulla nō substātia est aīal. q̄daz suba nō est hō: ğ q̄dam hō nō est aīal. ibi ɔclusio ē falsa: ⁊ p̄misse sunt vere. Diciť tertio ꝙ in prima ⁊ tertia figuris medio variato penes finitū ⁊ infinitum si ambe p̄misse fuerint affirmatiue nihil seq̄tur. Sed in scđa figura ex ambabus p̄missis affirmatiuis seq̄tur ɔclusio negatiua medio variato penes finitū ⁊ infinitū. exemplū vt oīs hō est aīal lapis est nō aīal. ğ lapis nō est hō. Et si quis dicat: isti sillogismi nō sunt in aliqua figura cū sint q̄ttuor termini: ⁊ etiā nō inueniť ratō medij. Rñdetur ꝙ de rigore nō sunt in aliqua figura neq̧ mō. sed solū dicitur esse in aliqua figura: q: hñt similitudinē alicuius figure.

Aliud dubium

An regule quib⁹ arguitur a propositiōib⁹ đ p̄dicatis finit⁹. ⁊c. sint sufficiēter posite.

Dubitatur tertio vtrū regule q̄bus arguiť a ꝓpōnibus de p̄dicatis finitis ad ꝓpōnes de p̄dicatis infinitis sint ɔueniēter posite ab aristotele. Pro cui⁹ solutione dr p̄mo: ꝙ a ꝓpōne affirmatiua ad negatiuā: ⁊ ecōtra variato predicato penes finitū ⁊ infinitū ē bona ɔsequētia seruatis cōditionib⁹ vt dictū ē in scđo peryarmenias: dūmodo totale p̄dicatū infinitetur dicitur scđo ꝙ dne regule philosophi q̄bus dicit ꝙ a negatiua ad affirmatiuam nō valz ɔña debent intelligi qñ predicatū est cōplexū cuius tantū vna pars infinitatur vt nō sequitur lapis non est lignū album. ğ lapis est lignū nō album Sed bene sequiť hoc nō est lignuz album: ğ hoc est non lignuz albū. Et si quis arguat nō sequitur sortes est vidēs nō asinū: ğ sortes non est videns asinū: q: antecedēs pōt esse verum et ɔsequens falsum posito casu ꝙ sortes videat equū et asinū et tamē arguiť ab affirmatiua ad negatiuā cuius totale predicatū nō est infinitatum. Respondetur ꝙ tales regule ꝓprie non tenent in terminis obliquis nisi totale p̄dicatū infinitaretur. Si quis etiam arguat dicit aristoteles in textu ꝙ idem est iudiciū de terminis priuatiuis et infinitis. vt de nō equale ⁊ inequale. et tū nō sequitur hoc est inequale. ğ nō est equale cū idem possit esse equale et inequale: vt posito casu ꝙ iohānes sit equalis petro ⁊ inequalis guillermo: tūc ista est vera petrus est equalis: et ista est falsa petrus est inequalis. respondeť ꝙ licet idē respectu diuersorū possit esse equale et inequale nō tamē respectu eiusdē. diciť vlterius ꝙ nō est intelligendū ꝙ in omnib⁹ sit idē iudiciuz de terminis infinitis et priuatiuis. sed quantū ad aliqua bene pōt esse idē iudiciū. ¶ Sed quereret aliquis quō intelligiť dictum aristotelis vbi dicit ꝙ huic quod nō equale aliquid subiacet .s. inequale ⁊ nō huic qō est nō esse equale. Respōdetur ꝙ nō debz intelligi ꝙ nō equale aliq̄d ponat seu significet aliquod positiuū: sz intelligendum est ꝙ inequale subijcitur respectu hui⁹ qō est non equale: vt ista cōceditur inequale est nō equale. Et hec de scđo articulo.

Quantum ad tertium sit cōclusio responsalis: regule de formatione sillogismorū ex ꝓpōnibus de obliquis reduplicatiuis ⁊ terminis infinitis sunt sufficienter assignate a philosopho vt satis patet ex dictis. ¶ Ad ratiōes ante oppositum patet solutio quid sit dicendū ex dictis. — Concłō de p̄dict̄.

¶ Finis primi libri priorum.

¶ Incipit liber secundus priorum.

i

N quantis ergo figuris et per quales et quot propositiōes et quādo et quomō fit sillogismus: ampli⁹ aūt per que perspiciendum cōstruenti et destruenti. ⁊ quomō oporteat querere de ꝓposito scđm vnā quāq̧ artez. amplius autem per quam viā sumamus q̄ in sillogismis sunt principia propria iam pertransiuim⁹. quoniaz autem alij syllogismoruz sunt vniuersales. alij vero particulares. — Sillor̄ diuisio.

i

Ste est secūdus liber priorum in quo phūs determiat de potestatib⁹ sillogismoꝝ ⁊ de ptīs cōtingentibus circa eas ⁊ de spēbus argumētatiōis alijs a sillogismo. Et diuidiť in tres tractatus. primus tractatus cōtinet sex capitula. In p̄io determinat de prima potestate sillogismi q̄ est posse plura cōcludere: ostendens primo quot modis aliq̄s sillogismus dr plura cōcludere: dicēs p̄io ꝙ omes sillogismi vles plura possunt cōcludere p ɔuersionē sue cōclusionis. Siłr ⁊ sillogismi ꝑticulares affirmatiui: q: ɔclusiones coꝝ possunt ɔuerti in termis. sed sillogismi ꝑticulares negatiui nō possunt plures cōclusiones cōcludere p conuersionē. q: ꝑticularis negatiā nō pōt ɔuerti in teris. vñ queciūq̧ p̄misse inferūt suas cōuersas et eedē iferūt suas cōuertētes. qō declarat p istas — Istius libri diuisio.

litteras a.b.c. deinde subdit alios modos plura cõcludẽdi ponẽs tres ꝯclusiones. ¶ Prima oẽs sillogismi vles prime figure possunt plura cõcludere in latus assumẽdo.i. sumẽdo sub medio. Etiam põt plura ꝯcludere in post sumẽdo: id est sumẽdo sub minori extremitate. ¶ Scda cõclusio: oẽs sillogismi vles scde figure possunt cõcludere plures cõclusiones in post assumẽdo id est sumendo sub subiecto cõclusionis: sed nõ possunt sillogisare manifeste plures cõclusiões sumẽdo sub medio. licet possint plures sillogisare imanifeste. pꝫ qꝛ ꝓpõ in qua ponit̃ mediũ sub quo subsumitur: nõ est cõclusa ꝑ priorẽ sillogismũ: ideo nõ cõcluditur manifeste: sed imanifeste. ¶ Tertia conclusio. nulli syllogismi ꝑticulares possũt plura ꝯcludere sumẽdo sub subiecto cõclusionis: cum ipm non distribuat̃. Omnes tñ sillogismi tertie figure tam vles ꝙ ꝑticulares possunt plura cõcludere sumẽdo sub medio: sed nõ euidẽter. quia nulla talis ꝑmissaruꝫ est cõclusa vel sillogisata. Subdit finaliter ꝙ in tertia figura nõ possunt plura cõcludi sumẽdo sub minori extremitate: cum nõ distribuatur: sꝫ sillogismi concludentes propositionem que potest conuerti possunt plura cõcludere per conuersionem.

Cõclusiones qñ dẽtes modos plura cõcludẽdi.

Est ergo sic se habere vt vere sint ꝓpões per quas syllogism⁹ fit: est aũt vt false: est vero vt hec quidẽ vera: illa vero falsa. cõclusio aũt aut vera est ex his aut falsa ex necessitate.

Que est secunda ptãs sillogismorum.

¶ Istud est scdm capitulum hui⁹ tractatus in quo phũs determĩat de scda potestate sillogismorum que est ex falsis posse sequi verũ. Et diuidit̃ in tres ꝑtes. In pria docet sillogisare verꝫ ex falsis in pria figura: ponẽs tres cõclusiones quas intendit ꝓbare in hoc capitulo. ¶ Pria. nõ cõtingit sillogisare falsuꝫ ex veris. ¶ Scda contingit sillogisare verũ ex falsis. ¶ Tertia. nõ cõtingit sillogisare verũ ex falsis ꝓpter q̃d: sed solũ qꝛ est. primã cõclusionẽ ꝓbat sic: quia si añs est necesse est ꝯñs esse. ⁊ ex opposito ꝯñtis necessario sequit̃ oppositũ añtis. g̃ si añs sit verũ ꝯñs erit verũ aut idẽ accidit simul eẽ aut nõ esse qd̃ est ĩpossibile: si eñ a.i. añs poneret verũ ⁊ b.i. ꝯñs falsũ ad a. seq̃ret̃ b. eẽ ⁊ b. nõ esse: ⁊ cũ ad b. nõ esse sequat̃ nõ a. esse etiã ad a. eẽ seq̃retur nõ esse. ¶ Deĩde remouet vnũ dubiũ cũ eñ ꝓ añte posuit a: aliq̃s posset credere ꝙ ꝑ a. itelligeret tñ vnã ꝑmissam: hoc remouet dicens ꝙ nõ: quia ex vno nihil sequitur sillogistice. Secũdam cõclusionem ꝓbat inductiue in omni figura ponẽs q̃ttuor cõclusiones. ¶ Pria est in modis vlibus ex ambab⁹ ꝑmissis in toto falsis potest sequi cõclusio vera. Et etiam ex ambab⁹ in ꝑte falsis. primã ꝑtem ꝓbat sic sillogisando in barbara. oĩs lapis est aĩal: oĩs hõ est lapis: ergo oĩs hõ est aĩal. ¶ Scda ꝯclusio: in modis vlib⁹ prĩe figure ex maiore in toto falsa ⁊ minore vera nũq̃ sequitur cõclusio vera. sed bene ex maiore in parte falsa ⁊ minorẽ vera seq̃tur ꝯclusio vera. dicitur aũt ꝓpõ in toto falsa q ꝓ quolibet supposito subiecti est falsa. ⁊ ei⁹ cõtraria est vera: vt ista oĩs lapis est aĩal. Sed illa dr̃ in parte falsa que rõne aliquoꝝ suppositoꝝ est falsa nõ tñ ratione oĩm. vt oĩe albũ est aĩal. ¶ Tertia cõclusio maiore vera ⁊ minore in toto falsa. aut etiam in ꝑte falsa sequitur cõclusio vera. primã ꝑtem ꝓbat capiẽdo spẽs disparatas sic arguendo: oĩs equus est aĩal: oĩs hõ est equus: g̃ omĩs hõ est aĩal. sed in modis negatiuis debent sumi due spẽs nõ subalterne ⁊ genus extraneũ illaꝝ: vt musica: medicina: ⁊ aĩal. Scdam ꝑtem ꝓbat sic arguẽdo: oĩs hõ est aĩal: oẽ gressibile est hõ. ergo oĩe gressibile est aĩal. ¶ Quarta cõclusio. in modis ꝑticularib⁹ põt sequi verꝫ ex ambabus falsis siue in toto siue in ꝑte: ⁊ ex altera vera et altera falsa: siue in toto siue in ꝑte ꝓbat inductiue formãdo sillogismos in modis ꝑticularibus. ¶ Cõsequẽter ꝓbat dictã cõclusioneꝫ in modis scde figure ponẽdo hãc regulã: in omnibus modis scde figure põt syllogisari veruꝫ ex falsis tam ex ambab⁹ in toto falsis ꝙ in ꝑte falsis. Et ex vna vera ⁊ altera falsa: siue in toto siue in ꝑte quecũq̃ fuerit illa siue maior siue minor. ⁊ ꝓbat inductiue in modis ꝑticularib⁹. Cõsequẽter ꝓbat ꝑdictã cõclusionẽ in modis tertie figure. Et ponit hãc ꝯclõnẽ: in oĩbus modis tertie figure põt syllogisari veruꝫ ex falsis siue ambe ꝑmisse sint false siue in toto siue in parte siue vna sit vera ⁊ altera falsa. Ex quo infert duo correlaria. primũ. si cõclusio sit falsa necesse est ambas vel alterã ꝑmissaꝝ esse falsam: qꝛ falsuꝫ nõ sequit̃ ex veris. Scdm correlariũ. qñ cõclõ ẽ vera nõ est necesse vtrãq̃ ꝑmissarũ vel alteram esse verã: qꝛ verũ põt sequi ex vero ⁊ ex falso. Cõsequẽter ꝓbat tertiã cõclusionẽ principalẽ. s. ꝙ ex falso nõ sequat̃ verũ ꝓpter q̃d ⁊ vliter: quia tunc ad idem verũ affirmatũ ⁊ negatum aut ad duo cõtradictoria seq̃retur idẽ. ⁊ ꝑ ꝯñs vnũ contradictorioꝝ seq̃retur ad reliquũ: ꝯñs est ĩpossibile: igit̃ ⁊ añs. Et cõsequẽtia declarat̃: quia ad añs eẽ verꝫ seq̃tur cõsequẽs esse verꝫ: sed si falsum inferret verũ ꝓpter q̃d: tũc ad idẽ añs non esse verũ. seq̃retur idẽ cõsequẽs esse veruꝫ: ergo ad duo ꝯdictoria seq̃retur idẽ. cõsequẽtia patet quia si ad a. esse albũ sequat̃ b. esse nigrũ: ⁊ ideꝫ sequatur ad a. nõ esse albũ: tunc ex opposito cõsequentis prime consequentie sequitur oppositum antecedentis. vt si sequitur a. est album: ergo b. est nigrum. Etiam sequitur b. non est nigrum: ergo a. non est album. Et vltra a non est album: ergo b. est nigrum. ergo idem sequeretur ad duo contradictoria. ¶ Sequitur textus. Tertia potestas. Circulo autem.

Remouet dubiũ

Probationes predicte cõclusiõis.

Correlaria ex eisdem.

Istud est tertiũ capitulum in quo philosophus determinat de tertia potestate syllogismorum que est posse circulariter syllogisare. Et sillogisare circulariter est ex cõclõne ꝑ oris sillogismi cũ cõuertẽte alteri⁹ ꝑmisse inferre alterã premissam. Et dat exẽplũ in barbara: vt

Que est tertia potestas sillogismorum.

facto isto sillogismo. omne b. est a. omne c. est b. g̃ omne c. est a. sic sillogisatur circulariter. oẽ c. est a. & omne b. est c. g̃ omne b. est a. ubi ex cõclusiõe prioris sillogismi cuꝫ cõuertẽte minoris infert᷑ maior. Et subdit ꝙ sillogismus circularis debꝫ fieri ex terminis cõuertibilib⁹ si debeat ꝓcedere ex veris. Et prĩo docet sillogisare circulariter ĩ prĩa figura dicẽs: ꝙ ex cõclusiõe de barbara cuꝫ cõuertẽte minoris infertur maior. Et similiter ex eadem cõclusione cum conuertente maioris infertur minor. vt pꝫ faciẽdo sillogismũ in barbara. Sed ad sillogisãdũ in celarẽt dicit ꝙ maior de celarẽt sillogisatur circulariter ex conclusione & cõuertẽte minoris. sed minor nõ potest sillogisari circulariter. q᷑ tunc argueret᷑ ex puris negatiuis: nisi maior de celareut conuertat᷑ in vl'em affirmatiuã de subiecto infinito. vt ista nullũ aĩal rationale est lapis. in istam: oĩs nõ lapis est aĩal rõnale. Deinde docet sillogisare circulariter in modis ꝑticularib⁹: dicens ꝙ in ipsis ꝓmissa vl'is nõ põt sillogisari circulariter. quia ꝓpositio vl'is nõ cõcluditur nisi ex ambab⁹ vl'ibus: etiã ex puris ꝑticularib⁹ nihil sequitur sillogistice. ¶ Deinde docet sillogisare circulariter in scd̃a figura ponẽs quattuor cõclusiones. Prĩa. in scd̃a figura nõ põt sillogisari circulariter vl'is affirmatiua: nec etiã ꝑticularis affirmatiua. quia tunc argueretur ex puris negatiuis. ¶ Scd̃a cõclusio. in modis scd̃e figure negatiua est circulariter sillogisabilis. qd̃ ꝓbat in camestres faciẽdo sillogismũ: ex cuius cõclusione cum cõuertẽte maiori infertur minor. & eodem mõ ꝓbat in cesare. ¶ Tertia cõclusio: in sillogismis ꝑticularibus vl'is nõ põt sillogisari circulariter: quia tunc fieret sillogism⁹ ex puris ꝑticularibus. ¶ Quarta cõclusio. in sillogismis ꝑticularibus: ꝑticularis negatiua bene põt sillogisari circulariter: sed nõ ꝑticularis affirmatiua. ¶ Finaliter docet sillogisare ĩ tertia figura: ponẽs tres ꝯclusiones. Prima est. in modis vl'ibus tertie figure: vl'is nõ põt sillogisari circulariter. q᷑ ꝯclusio sꝑ est ꝑticularis in tertia figura. ¶ Scd̃a ꝯclusio. in mõis ꝑticularib⁹ affirmatis ꝑticular' põt sillogisari circ'larit᷑. ¶ Tertia ꝯclusio in mõis ꝑticularib⁹ negatis: negatiua põt sillogisari si sit ꝑticularis: sꝫ nõ affirmatiua.

Quomodo fit sillogismus circularis

Modus sillogisãdi circ'lariter in mõis ꝑticularibus

Modus sillogisãdi in secunda figura,

Modus sillogisãdi in tertia figura

An tres prime potestates sil'mor' a pho suffi cienter assignẽtur.

Queritur vtrum tres prime potestates sillogismorũ sint a philosopho sufficiẽter assignate. Et arguitur prĩo ꝯ primã: quia idẽ sillogismus nõ põt inferre plures conclusiones igitur. aña patꝫ q᷑ conclusio est effectus ꝓmissarum. ergo eedem ꝓmisse non inferunt plures cõclusiones. quia vnius cause est tm̃ vnus effectus. ¶ Scd̃o sic. nullus bonus sillogism⁹ ꝓcedit ex falsis: ergo scd̃a potestas male assignatur. Aña patꝫ: quia nec sillogism⁹ demõstratiuus nec dyaleticus. igitur nullus sillogismus ꝓcedit ex falsis. ¶ Tertio sic. ex falso nõ põt sequi verũ: ergo nullus sillogism⁹ concludit cõclusionẽ veram ex premissis falsis: aña pꝫ: q᷑ ens & verũ cõuertũtur & nõ ens & falsum modo nõ ens nõ est causa entis: ergo falsum nõ est causa veri. ¶ Quarto sic. si bona ꝯña ex falso seq̃retur verũ: hec ꝯña esset bona hoc non est verum. ergo hoc nõ est falsum. sed hoc est incõueniens: igitur. Cõsequẽtia pꝫ: quia si ex falso seq̃retur verũ: g̃ ad destructionẽ veri seq̃retur destructio falsi cũ ad destructionẽ ꝯñtis seq̃tur destructio añtis. & ꝑ ꝯñs si verũ sit ꝯñs ad falsũ sequitur hoc non esse verũ. ¶ Quinto sic. sillogism⁹ circularis nõ est bona ꝯña & formalis. igr̃. aña pꝫ quia nõ habet fieri nisi in terminis conuertibilib⁹ etiã sillogism⁹ circularis petit principiũ: ergo non est bonus nec vtilis demõstratori nec dyaletico. ¶ In oppositum est ph'us in textu. In questione erunt tres articuli.

Quantum ad primũ sciendum est primo ꝙ ꝓ declaratione prime potestatis supponitur primo ꝙ potestas sillogismi est quedã ꝓprietas attributa sillogismo ad veritatis euidentiaꝫ & falsitatis ostensionẽ. Et sunt sex. quarum prima est posse plura ꝯcludere que põt fieri trib⁹ modis. s. ꝑ cõuersionem cõclusionis aut sumẽdo subalterna eius. Scd̃o põt fieri subsumendo in latus. & hoc fit capiẽdo sub medio distributo plures minores extremitates. Tertio in post sumendo videlicet qñ sub minori extremitate distributa aliquid subsumit᷑. vñ sub minori extremitate põt subsumi dupl'r. s. in cõclusione & in minori ꝓpõne. vñ si subsumatur in cõclusione erit vn⁹ & idẽ sillogism⁹ capiendo sillogismũ ꝓ ꝓmissis. sed si subsumatur in minori: tunc nõ erit vn⁹ sillogism⁹ nisi capiẽdo sillogismũ ꝓ parte principali. s. ꝓ maiori. Scd̃o supponitur ꝙ oĩs sillogism⁹ põt plura cõcludere ꝑ cõuersionẽ cui⁹ ꝯclusio põt cõuerti sicut est vl'is siue affirmatiua siue negatiua: & ꝑticularis affirmatiua. Et sic oĩs sillogism⁹ cõcludẽs aliquam illaꝝ põt plura cõcludere ꝑ cõuersionẽ. Tertio supponit᷑ ꝙ due sunt regule ꝯñarum in quibus fundatur ista potestas. Prima. quicq̃d sequitur ad ꝯñs bone ꝯñtie sequit᷑ ad ei⁹ añs. Scd̃a quicquid ꝑdicatur d̃ subiecto distributo. etiã ꝑdicatur de quolibet cõtento sub eo. Ex omnibus istis pꝫ qui sunt sillogismi qui possunt plura cõcludere sub medio cum mediũ in altera ꝓmissarũ semꝑ distribuatur. & hoc debet intelligi siue euidenter siue incuidẽter. Sed oẽs sillogismi quorum minor extremitas distribuit᷑ pñt plura cõcludere subsumẽdo sub ea. & oẽs silli quoꝝ conclusio põt ꝯuerti possunt plura concludere.

Quid est ptãs silli

Quot sũt figure cõsequẽtiarum in q̃bus fundat᷑ ista potestas

Sciendũ est secũdo ꝙ circa primã potestatẽ incidũt due difficultates. quaꝝ ruꝫ prima est vtrum vnus & ideꝫ sillogismus possit plura cõcludere ĩmediate ad quã dr̃ breuiter ꝙ capiẽdo sillogismũ ꝓ ꝓmissis tm̃ eadem sollogismus põt prĩo & ĩmediate cõcludere plures conclusiones sicut ꝓmisse sillogismi facti in barbara ĩmediate inferunt vl'em affirmatiuaꝫ. etiam possunt ĩmediate inferre cõclusionẽ ꝑticulareꝫ affirmatiuã: q᷑ minoris virtutis est inferre ꝑticularẽ q̃ vl'em. Etiam si minor de barbara esset

Due difficultates. circa primam ptãtẽ incidẽtes,

particularis immediate inferret ꝑticularem: ergo a fortiori si sit vlis. ꝛ silr dicatur de alya sillogismus quoꝝ ꝯclusio est vlis: vel quoꝝ conclusio nõ põt ꝯuerti: vel sub quoꝝ minori extremitate põt aliq̃d subsumi. Scđa difficultas an sillogismus cõcludẽs plures cõclusiones sit vnus et idem sillogism⁹. Pro cui⁹ solutione supponitur ꝙ sillogism⁹ capit̃ dupl̃r. vno mõ ꝓ aggregato ex ꝑmissis ꝛ cõclusione simul. alio modo ꝓ premissis tm̃. Hoc supposito dicit̃ primo ꝙ idez sillogismus põt inferre plures cõclusiones si capiatur ꝓ ꝑmissis tm̃: quia ꝑmisse inferẽtes vniuersalẽ possunt inferre ꝑticularẽ. Dicit̃ scđo ꝙ sumẽdo sillogismũ ꝓ ꝑmissis ꝛ cõclusione siml̃. tunc nullus sillogism⁹ põt inferre plures cõclusiones: qꝛ vel hoc essꝫ ꝑ cõuersionẽ vl̃ in lat⁹ vel in post sumẽdo. sed nullũ istoꝝ põt dici: qꝛ tunc nõ manet idẽ sillogism⁹ cum cõclusio semꝑ varietur. Dicitur scđo ꝙ sillogism⁹ cõcludẽs pl̃es cõclusiones sumẽdo sub medio plures minores extremitates vel sub minori extremitate sumẽdo etiã alias minores extremitates nõ est sillogismus simpliciter vnus sed plures. põt tñ dici vn⁹ ſm quid ꝛ gratia partis: quia tales plures cõclusiones cõcludũtur ꝑ vnã maiorẽ: qñ autez dicit phũs vnũ sillogismũ posse plura cõcludere capit sillogismũ ꝓ ꝑmissis ꝛ nõ ꝓ aggregato ex ꝑmissis ꝛ cõclusione simul. Et aduerte ꝙ huius ꝑtãtis due sũt vtilitates. pria ẽ scire multas cõclusiões ꝑ easdẽ ꝑmissas: scđa est ad sciẽdũ aliquã ꝯñaꝫ iserẽtẽ aliquã ꝯclusionẽ inuidẽter eẽ bonã. naꝫ si aliq̃ ꝑmisse iferrẽt aliquã ꝯclusionẽ inuidẽter q̃ seq̃retur ad cõclusionẽ prioris sillogismi. tũc prima cõsequẽtia ꝓbatur esse bona per scđam in virtute hui⁹ potestatis.

Secunda difficultas de eodem.
Quot modis capit̃ sill⁹.
Vtilitates huius potestatꝫ

Alia difficultas de eodem.

Sciendũ est tertio ꝙ hic incidit talis difficultas vtrũ illa regula in qua fundat̃ ista potestas. s. quicq̃d sequit̃ ad ꝯñs bone ꝯñe sequitur ad eius añs sit bona. ¶ Arguitur primo ꝙ nõ. quia bene sequit̃ homo est: ġ animal est. Et vltra: aĩal est: ergo genus est. ꝛ tñ nõ sequitur homo est: ergo gen⁹ ẽ. ġ aliquid sequitur ad ꝯñs alicui⁹ bone ꝯñe qđ non sequit̃ ad ei⁹ añs. Respondetur ꝙ ista ꝯña nõ valet: aĩal est: ergo genus est. Nam põt esse aĩal: dato ꝙ nõ denotetur gen⁹: ꝛ ad hoc ꝙ gen⁹ sit. naꝫ ad hoc ꝙ denominetur gen⁹ requiritur ꝙ cõcipiatur vt vnum in m̃tis: de multis. Et si dicat̃: ĩpossibile est ita esse sicut ꝑ añs significat̃: quin ita sit sicut ꝑ cõsequẽs significat̃. qꝛ si aĩal est: genus est: cũ aĩal sit gen⁹. etiã si aliq̃d qđ natũ est ꝑdicari de pluribus differẽtib⁹ spẽ est: ġ genus est. Respondetur ꝙ diffinitio bone ꝯñe ẽ dꝫ ĩtelligi in sensu diuiso: ꝛ nõ in sensu cõposito. ¶ Scđo sic arguit̃. nam bene sequit̃. quadrupedale est: ġ bipedale est. ꝛ vltra: bipedale est: ġ pedale est sua medietas: cum añs sit verũ ꝛ ꝯñs falsum. Respondet̃ ꝙ ly sua põt eẽ relatiuũ de bipedale: ꝛ tũc bene sequit̃: qꝛ tũc sensus est: quadrupedale est: ġ pedale est medietas de bipedale. alio mõ põt esse relatiuũ de q̃drupedale. ꝛ sic nõ bene seq̃tur. qꝛ tũc sẽsus est: pedale ẽ medietas ð q̃drupedale.

Quomodo intelligenda est diffinitio bone ꝯñe

Sciendum est quarto pro declaratione scđe ꝑtãtis ꝙ aliqua ꝓpõ dicit̃ falsa dupliciter. s. in toto ꝛ in ꝑte. Vñ illa ꝓpõ đr in toto falsa: cui⁹ ꝑdicatũ nõ ꝯuenit alicui cõtento sub subiecto. Et illa đr in ꝑte falsa ꝛ in ꝑte ṽa: cui⁹ ꝑdicatũ ꝯuenit alicui cõtẽto sub subiecto ꝛ alicui non: ꝛ hoc in affirmatiuis. Ex quo sequit̃ ꝙ ꝓpositio nõ dicit̃ in ꝑte vera ꝛ in ꝑte falsa: eo ꝙ simul ꝛ semel sit vera ꝛ falsa: sed qꝛ ꝑdicatũ alicui cõtento sub subõ ꝯuenit ꝛ alicui nõ. ¶ Sed dubitaret aliq̃s vtrũ vna ꝛ eadẽ ꝓpõ sine equiuocatione possit siml̃ esse vera ꝛ falsa. Et arguitur ꝙ sic. posito casu ꝙ sortes dicat istã ꝓpõnẽ plato dicit falsum. ꝛ plato istã sortes dicit falsũ. et nihil aliud dicãt. Tũc arguit̃ sic supponẽdo ꝙ si sortes dicat verũ etiã ꝛ plato: ꝛ ecõtra cum oĩno dicãt siles ꝓpõnes. Tũc arguit̃: vl̃ sortes dicit verũ vel falsum. si verũ: ġ plato dicit falsũ cum dicat ꝙ sortes dicit falsuꝫ. Et si plato dicat falsum: etiã sortes dicit falsum cũ dicãt oĩno similes ꝓpõnes. In oppositũ arguit̃. qꝛ tũc due cõtradictorie essent simul vere ꝛ simul false. qꝛ bene seq̃tur: illa ꝓpõ q̃ est siml̃ ṽa ꝛ falsa est vera. ġ sua ꝯ̃dictoria est falsa. Etiã bene sequitur est falsa. ġ sua ꝯ̃dictoria est vera. ꝛ ꝑ ꝯñs due cõtradictorie erũt siml̃ vere vel false. Pro solutione supponit̃ ꝙ ad oẽm ꝓpõnem asserentẽ se eẽ falsaꝫ sequit̃ ꝙ ipa est falsa. ¶ Supponit̃ scđo ꝙ aliqua ꝓpõ asserit se eẽ falsaꝫ dupl̃r. vno mõ ex directo sicut ꝓpõ hñs reflexionẽ supra seipsam: vt ista. oĩs ꝓpõ est ꝑticularis. Alio mõ ex indirecto. s. mediãte alia ꝓpõne. ꝛ sic in ꝓposito. Vñ ꝓpõ quã dicit sortes. puta ꝙ plato dicit falsuꝫ. nõ asserit se ex directo esse falsã. sed hoc qđ asserit platonẽ dicere falsuꝫ qui tñ dicit istã ꝓpõnem sortes dicit falsum. Ex istis põt poni ista cõclusio ꝙ nulla eadem ꝓpõ sine equiuocatione est simul vera ꝛ falsa. Et si q̃s dicat ista ꝓpositio: nõ hõ est aĩal est simul ṽa ꝛ falsa: quia habet sensum simul verum ꝛ falsum cũ vn⁹ sensus sit aliquid qđ non est homo est animal: ali⁹ est: nullus homo est animal. Respõdetur ꝙ hoc est ſm equiuocationem de ly non que potest eẽ negatio negans ꝛ negatio infinitans. Et dato ꝙ non est eadem propositio que ſm vnum sensuꝫ est vera. ꝛ ſm aliuꝫ falsa: sed est propositio plures. Et hec de primo articulo.

Propositio q̃t modis dicat̃ falsa.
Aliud dubiũ de eodem.
Quot modis ꝓpositio asserit se esse falsã.
Cõclusio de eodeꝫ.

Quantũ ad secundũ dubitatur primo: vtrum syllogismus circularis sit bonus et possibilis. ¶ Pro cuius solutione supponitur primo: ꝙ syllogismus circularis est syllogism⁹ procedens ex conclusione prioris syllogismi cũ conuertente alterius premisse ad inferendum alteram premissam. vt patet satis in textu per exempla. ¶ Supponitur secundo ꝙ in conuertendo premissam in syllogismo circulari ꝑmissa que conuertitur semper debet conuerti simpliciter siue fuerit vniuersalis affirmatiua siue negatiua siue ꝑticularis. vñ scđus ꝓcessus đr circularis ĩ ordĩe ad ẜ mũ ꝓcessũ. ita ꝙ sill⁹ circu

Quid est sill⁹ circularis.

laris de significato materiali significat primuz ꝓcessum: sed de significato formali significat secūdum ꝓcessum. ¶ Ex hoc sequit̃ ꝙ sillus circularis pōt dici sillogism⁹ ex ypothesi: qr ꝓsupponit vnum ꝓcessum. Et sic pz ꝙ in quolibz sillogismo circulari sunt duo ꝓcessus: prim⁹ quo arguit̃ a ꝑmissis dispositis in modo ꝛ figura. secūdus est in quo arguit̃ a ꝯclusione sillogismi prius facti cū ꝯuertente alteri⁹ ꝑmisse ad inferendum aliā ꝑmissaz siue maiorez siue minorē dūmodo recte sillogisari possit in tali mō vel in alio.

Quot sūt ꝓcessus ī quolibet sillo circulari.

¶ Supponit̃ tertio: ꝙ sillus circularis si debeat aliquid ostēdere ꝛ ꝓcedere ex veris nō pōt fieri nisi ex termīs ꝯuertibilibus: qr debet fieri ꝑ ꝯuersionē vl̃is simpl̃r q̄ solum ꝯuertitur simpl̃r in termīs ꝯuertibilib⁹. nam vt d̃r in textu si sillogism⁹ circularis fieret in termīs nō cōuertibilib⁹ oporteret ꝓcedere ex altera propositione indemōstrabili: qr talis ꝓpō esset falsa falsum aūt nō pōt demōstrari.

Cōclio ꝯ ꝓdictas.

¶ His suppositis d̃r ꝑmo ꝙ sillogisare circulariter est possibile. cū idem possit eē notius ꝛ innotius respectu diuersoꝝ. Dicit̃ scdo ꝙ sillus circularis quantuz ad oēs ꝓcessus suos simul nō est sillus: sz quātum ad vnuz ꝓcessum est bn̄ bon⁹ sillogismus.

Dubitatur scdo vtruz ex veris possit seq̄ falsum.

An ex veris sequatur falsū.

Et videt̃ ꝙ sic. qr ex illo q̄d ē vel pōt esse veꝝ pōt sequi falsuz: ḡ ex vero pōt seq̄ falsum. Pro solutiōe supponit̃ ꝙ ista est v̓a ex vero potest seq̄ falsum: qr de rigore ipā est diuisa. Et ly vero ampliat̃ ad illud q̄d est vl̃ pōt eē verū. Si aūt capiat̃ in sensu cōposito essz falsa cū sensus sit. talis ꝓpō est possibilis ex vero sequatur falsum: ꝛ hoc est incōueniēs. ideo ista est impossibilis ex vero sequit̃ falsum: qr si aīs est verum: ita est sicut ꝑ ipm significat̃. ꝛ si ꝯn̄s est falsum: nō ita est sicut ꝑ ipm significat̃: ḡ possibile erit ita eē sicut significat̃ ꝑ aīs dū nō erit ita sicut ꝑ ꝯn̄s significat̃: sed arguit̃ ꝙ ex vero sequatur falsum: qr bn̄ seq̄tur de⁹ est vl̃ tu es asinus: et nullus de⁹ est: ḡ tu es asinus. ꝛ tn̄ ꝯn̄s est falsuz. ꝛ aīs verū cū sit vna disiūctiua vera. Et ꝙ bn̄ sequat̃. pz: qr a tota disiūctiua cū destructione vni⁹ ptis ad positionē alterius. Rn̄det̃ ꝙ tale aīs pōt esse vna disiūctiua: ꝛ sic aīs est veꝝ: sed nō sequit̃. vel pōt esse vna copulatiua: ꝛ sic bn̄ sequit̃. sz sicut aīs est falsum: ita ꝛ ꝯn̄s. sicut si diceret̃ de⁹ est ꝛ tua positio est falsa: ḡ tua positio est falsa. Dicit̃ ꝯcedēdo ꝯn̄am. sed sicut cōsequēs est falsum ita ꝛ antecedēs. Itē bene seq̄tur. nō si homo est aīal homo est asinus. ꝛ tamen aīs est verū: et ꝯn̄s falsum. Et ꝙ ꝯsequentia sit bona ptz: quia sua ꝯtradictoria est mala ꝯsequētia. Respōdet̃ ꝙ talis ꝓpositio bene est vera. sed nō est ꝯsequētia vt superius visuz est Itē bene sequit̃ hec ꝯsequētia est bona: ḡ ex vero sequit̃ falsuz. demōstrādo ꝑ ly hec ipammet ꝯsequentiā: et tamē antecedēs est verū. qr ꝑ se significat illā ꝯsequētiā esse bonā. ꝛ ita est. q̄d ꝓbo. qr si dicas ꝙ ista ꝯn̄a nō valet. ḡ impossibile est eam valere: ḡ antecedēs dicte cōsequētie est impossibile: cum significet illā valere. Et vltra antecedēs est impossibile: ḡ cōsequētia est bona cum ad impossibile sequat̃ quodlibet. Respondetur ꝙ illa ꝯsequētia est bona. sed negat̃ ꝙ antecedēs sit verū. et ad probationē negat̃ ꝙ ꝑ se significet ꝯsequētiam esse bonā. quia omis ꝓpositio significans aliquā cōsequētiā esse bonā et ita esse sicut per eaz significat̃ significat etiaz cōsequens esse verum. modo consequens illius cōsequentie est falsum: igitur.

Solutiō ꝓdictorū dubiorū.

Dubitatur tertio vtrū ad idē affirmatum ꝛ negatū: seu ad ꝯtradictoria sequatur idē.

Duplex ē ꝓpositiō.

Pro cuius solutiōe supponit̃ ꝓ nunc ꝙ duplex est ꝓpositio: scz necessaria et impossibilis. vnde ꝓpositio necessaria nō dicitur ideo necessaria qr necessario sit: qr tūc nulla esset ꝓpositio necessaria creata: cuz quelibet ꝓpō creata possit nō esse: sed dicit̃ necessaria: quia qualitercūq ꝑ eam significat̃ esse: necesse est ita esse. ꝛ hoc si sit affirmatiua de ꝓsenti.

Propositio quare dā necessaria.

¶ Et aduerte ꝙ duplex est ꝓpō necessaria: quedā est cathegorica. et quedā ypothetica. Cathegorica est duplex. quedā est ratione formali terminoꝝ: vt homo ē aīal: ꝛ sic de alijs. Quedaz est necessaria: q̄ non est sic necessaria ratione formali termīoꝝ: sicut est ꝓpositio vera de ꝓterito. vt adam fuit. Alia est necessaria ypothetica: cuiusmodi est disiunctiua cōposita ex partib⁹ cōtradicētibus: vt sortes currit vel non currit.

Propō necessaria duplex ē.

Hoc supposito dicit̃ ꝙ ꝓpositio necessaria si formetur sequit̃ ad quālibet id est ꝙ quelibet ꝯn̄a est bona cui⁹ consequens est ꝓpō necessaria: vt bene sequit̃. sortes currit: ergo hō est aīal. tua positio est falsa: ergo homo ē aīal. ¶ Et si q̄s dicat: ibi nō est aliqua habitudo antecedētis ad ꝯn̄s: ergo nō est bona ꝯn̄a. dico ꝙ verū est ꝙ ibi nō ē habitudo ex natura rei antecedentis ad ꝯn̄s. tamen bene ē habitudo consecutionis sicut alias visum est. Unde consequentia significatione totali significat ꝙ habitudo sequele antecedētis ad ꝯn̄s sit necessaria. Item impossibile est ita esse sicut ꝑ antecedens significatur significatione totali quin ita sit sicut per cōsequēs significatur: igitur talis cōsequentia est bona. Ex quo sequitur ꝙ ꝓpositio necessaria potest sequi ad duo cōtradictoria cum sequatur ad quālibet ꝓpōnem mūdi.

Quare ꝓpositio dicitur impossibilis.

Alia est propositio impossibilis que non dicitur: ideo impossibilis quin possit formari: quia tunc nulla esset propositio impossibilis. sed dicitur impossibilis. quia qualitercūq ꝑ eam significatur esse impossibile est ita esse. Et ista est duplex scz cathegorica ꝛ ypothetica. Cathegorica est duplex. quedam est que ratione formali terminorum est impossibilis vt homo est asinus. ꝛ ad talem sequitur quelibet propositio mūdi id est ꝙ omnis illa consequentia est bona cui⁹ antecedens est propositio impossibilis: vt bene sequitur: homo est asinus: ergo tu es papa. Ex quo sequitur ꝙ idem potest sequi: etiaz ad duo contradictoria quando alteruz est impossibile.

Propō impossibilis ē duplex.

¶ Alia est impossibilis que sic non est impossi-

bilis rōne formali terminoꝝ. vt ꝓpō de preterito cuiꝰ ꝯtradictoria est vera ꝛ necessaria. vt adam nō fuit. Siṁr talis si spūs sanctus nō fuisset ꝓductus a filio nūꝙ ꝓducꝰ fuisset: ꝛ ad talem nō est necesse quālibꝫ ꝓpōnem mūdi seq̄. Alia est ypothetica vt copulatiua cōposita ex ꝑtibꝰ cōtradicētibus: vt petrus currit ꝛ petrus nō currit. ꝛ etiam ad talē pōt seq̄ quelibet ꝓpō mūdi vt poterit videri practicādo. Et q̄d dicendum erit ad aristotelē q̄ dicit ad idem affirmatum et negatum nō seq̄tur idem. Dico ꝙ dictū aristotelis est verū dēptis istis duobꝰ casibus: puta qn̄ ꝯn̄s est ꝓpositio necessaria vel an̄s est propositio impossibilis. Et hec de scd̄o articulo.

Quomodo intelligit dictū Aristotelis i textu.

Cōclo de ꝑdictis.

Quantum ad tertium sit cōclusio responsalis tres ꝑme ꝑtātes sillogismoꝝ sunt a pħo sufficiēter assignate in textu vt satis ꝑꝫ ex dictis. ¶ Ad rōnes ante oppositū. Ad ꝑmā dr̄ ꝙ quādo dr̄ ꝙ ꝑmisse sunt cā ꝯclusionis dꝫ intelligi ꝙ noticia ꝑmissaꝝ est causa ꝑtialis notiue ꝯclusionis. ¶ Ad scd̄am dr̄: ꝙ sillogismꝰ simpḷr pōt ꝓcedere ex falsis: q2 nō respicit nisi dispositionem ꝑmissaꝝ in modo ꝛ figura. vl̄ ꝑt etiam dici ꝙ sillogismꝰ sophisticus peccans in materia pōt bñ ꝓcedere ex falsis. ꝛ tñ est vere sillogismus. lꝫ sillus sophisticus peccās in forma nō sit sillogismus. ¶ Ad tertiā dr̄: ꝙ ens ꝛ verū ꝯuertūtur capiēdo veruꝫ pro passione entis. sed nō capiēdo verū vt est ꝓprietas ꝓpositionis. Ad quartam dr̄: ꝙ bñ ꝓbat ꝙ premisse false nō inferūt ꝯclusionē verā ꝓpter quid: id est vl̄r. sed solum q2 est: id est in aliq̄bus. ꝛ non a rōne falsitatis: sed rōne dispōnis talium ꝑmissarum constitutaꝝ ex talibus terminis. ¶ Ad quintam ꝑꝫ solutio in scd̄o articulo.

Cōuertere aūt est trāsponētem cōclusionē facere quoniā vel extremuꝫ medio non inerit vel hoc postremo. necesse est eñi cōclusione cōuersa et altera manēte propositione interimi reliquam. nam si erit ꝛ cōclusio erit.

Quid est cōuersiue sillogisare.

Istud est quartū capitulū huius tractatus in quo pħus determiat de quarta ꝑtāte sillogismoꝝ q̄ est sillogisare conuersiue ꝛ p̄rīo docet in ꝑma figura dicēs p̄rīo ꝙ ꝯuersiue sillogisare est sumere oppositū ꝯdictorium vel cōtrariū cōclusionis prioris sillogismi cū altera premissarū inferendo ꝯriū vel cōtradictoriū alterius ꝑmisse. et hoc docet primo in primo mō ꝑme figure dicēs ꝙ in primo mō ꝑme figure ex opposito ꝯrio ꝯclusionis cū maiore pōt ꝯuersiue sillogisari ꝯrium minoris in camestres Sꝫ si sumat̄ oppositū ꝯriuꝫ cū minore interimitur maior in felaptō. Et subdit ꝙ maior de barbara nō pōt interimi per suā ꝯriā cū solū interimatur in tertia figura in qua non ꝯcluditur vl̄ī ter. sed ex opposito ꝯdictorio ꝯclusionis cū altera ꝑmissarū pōt ꝯuersiue sillogisari oppositū cōtradictoriū alteriꝰ ꝑmisse. ꝛ similr̄ dicat̄ in celarent. sꝫ in modis ꝑticularibꝰ ex ꝯdictorio ꝯclusionis cū altera ꝑmissarū pōt sillogisari ꝯdictorium vtriusꝙ ꝑmisse. sed nō ex ꝯrio. cū ꝯclusiones eoꝝ nō habeāt ꝯriū. Sed si sumeret̄ subcōtrarium ꝯclusionis q̄ est ꝑticularis cū maiore q̄ est vl̄is. bene inferet̄ subcōtrariū minoris: sꝫ nō interimit̄: q2 due subcōtrarie possunt simul stare in veritate: sꝫ nō pōt sumi cū minore. q2 tunc ambe ꝑmisse essent ꝑticulares.

Quidam [illegible]

Quomodo sillogisatur in ꝑma figu.

¶ In scd̄a parte docet sillogisare cōuersiue in scd̄a figura ponens quinꝙ ꝯclusiones. Prima ꝯclusio: ex opposito cōclusionis cū minore nūꝙ pōt sillogisari ꝯuersiue oppositū ꝯriuꝫ maioris. q2 talis dispositio est in tertia figura in qua nūꝙ ꝯcluditur vniuersaliter. ¶ Scd̄a cōclusio: ex ꝯrio vel ꝯdictorio ꝯclusionis cum maiore in vl̄ibus modis pōt cōuersiue sillogisari cōtrarium vel cōtradictorium minoris. ¶ Tertia cōclusio. ex contradictorio cōclusionis cum minore pōt cōuersiue sillogisari cōtradictorium maioris. ¶ Quarta cōclusio. in modis ꝑticularibꝰ nūꝙ ex cōtrario cōclusionis potest cōuersiue sillogisari oppositum alterius ꝑmisse: q2 nō habent cōtrariū. ꝛ si sumatur subcōtrariū nō interimitur ꝓpositum: cum due subcontrarie possint simul esse vere. ¶ Quinta cōclusio. in modis ꝑticularibꝰ ex cōtradictorio cōclusionis cum altera ꝑmissarū potest inferri cōtradictorium alteriꝰ ꝑmisse.

Quomodo conuersiue sillogisatur i scd̄a fig.

¶ In tertia parte docet sillogisare ꝯuersiue in tertia figura: dicēs p̄rīo ꝙ neutra ꝑmissarū modorum tertie figure siue vniuersaliū siue ꝑticulariū interimit̄ sumēdo subcōtrariū ꝯclusionis. ex quo illa subcōtraria est ꝑticularis q̄ nō pōt interimere suam subcōtrariam: sed vtraꝙ potest interimi sumendo cōtradictoriū cōclusionis. vnde in darapti sumēdo cōtradictoriū cum minore interimitur maior in celarent: sed cum maiore interimitur minor in cesare.

Quomodo ꝯuersiue sillogisat̄ in tertia figur.

¶ Ex quibus infert̄ q̄dam correlaria. Primū satis manifestū est qualiter sillogisandum est cōuersiue. ¶ Scd̄m. premisse sillogismoꝝ prime figure interimūtur per scd̄am ꝛ tertiam figuras: maior per tertiam: et minor per scd̄am. ¶ Tertiū. ꝑmisse sillogismorū scd̄e figure interimūtur ꝑ tertiam ꝛ ꝑ primā. minor ꝑ ꝑmā. ꝛ maior ꝑ tertiā. ¶ Quartū correlarium. premisse sillogismorum tertie figure interimūtur per primam ꝛ scd̄am figuras: maior per primam. ꝛ minor per scd̄am.

Correlaria ex eisdem.

Per īpossibile aūt sillus ostēditur qn̄ quidē ꝯdictio ponitur cōclusiōis et assumitur alia ꝓpō. Fit vero in oībus figuris. simile eñi est ꝯuersioni.

Modus sillogisādi ꝑ ipossibile.

¶ Istud est quītū capl̄m huiꝰ tractatus in quo pħs deteriat de q̄nta ꝑtāte silli q̄ est sillogisare ꝑ īpossibiḷe. Et diuidit ī q̄ttuor ꝑtes. ī p̄rīa docet sillogisare ꝑ īpossibiḷe ī p̄rīa figura diffiniēs primo sillogismū ꝑ īpossibiḷe dicēs ꝙ sills ad īpossibiḷe ē q̄ ꝓcedit ex ꝯdictorio alicuꝰ ꝓpōnis ꝓbāde ꝑ vna ꝑmissaꝝ cū altera māifesteꝰ va ad īferēdū ꝯclusionē māifeste falsaꝫ: ex cuꝰ falsitate in

Quid est sillus ꝑ īpossibile

fertur falsitas vnius p̄misse ex cuius falsitate infertur veritas sue cōtradictorie. Secūdo ponit differentiā et cōuemētiā inter sillogismū ad impossibile et ɔuersiuū. differētia est: q2 sillus conuersiuus p̄supponit verū sillogismū ex cuiꝰ opposito cōclusionis cū altera p̄missarū infert oppositum alterius p̄misse. Sed sillus ad impossibile nō semper p̄supponit sillm: sed aliquando solū presupponit aliquā prepositionē ꝓbandaʒ. Sed ɔueniētia est. q2 tam sillogismus ɔuersiuꝰ q̄ sillus ad impossibile fiunt in qualibet figura. Tertio docet sillogisare ꝑ impossibile in prima figura dicēs in oībꝰ figuris quelibet ꝓpō potest sillogisari ꝑ impossibile cuius ɔtradictoria pōt esse premissa in tali figura. Ex quo infert q̄ vniuersalis affirmatiua nō potest sillogisari ꝑ impossibile in prima figura. q2 cōtradictoria eius nō potest esse premissa in prima figura. sed oēs alie ꝓpositiōes possunt bene sillogisari ꝑ impossibile in prima figura. Ex quo infert duo correlaria. primū ad sillogisandū per impossibile capiendū est oppositū cōtradictoriū ɔclusionis et non ɔ̄riū: q2 ista regula de quolibet est affirmatio ꝛ negatio vera ꝛ de nullo ambo simul supra quā fundatur sillus ad impossibile nō habet locū nisi in ɔtradictorijs in quibꝰ arguit a falsitate vniꝰ ad veritateʒ alterius et nō in contrarijs. Secundū correlariū. omnes alie ꝓpositiōes ab vniuersali affirmatiua ostendunt ꝑ impossibile in prima figura. ¶ In secunda parte docet sillogisare in secunda figura per impossibile dicens q̄ vlis affirmatiua sillogisatur in secūda figura sumēdo cōtradictoriū eius cū vna vniuersali affirmatiua manifeste vera ex qua infert ꝑticularis negatiua manifeste falsa in baroco. Sed ꝑticularis affirmatiua sillogisatur ꝑ impossibile in camestres sumēdo ɔtradictoriū eius cū vna manifeste vera ex qua infertur vna manifeste falsa. Sʒ vniuersalis negatiua sillogisat in festino sumēdo ɔ̄dictoriū eiꝰ cū vna vli negatiua manifeste vera: ad inferēdū ꝑticularē negatiuā manifeste falsaʒ. sed ꝑticularis negatiua sillogisat ꝑ impossibile in cesare sumēdo ɔ̄dictoriū cū vna vli negatiua manifeste v̄a ex q̄ infert vna manifeste falsa. ¶ In tertia p̄te docet sillogisare ꝑ impossibile in tertia figura dicēs p̄mo q̄ vlis affirmatiua sillogisat in bocardo sumēdo ɔtradictoriū eius cū vli affirmatiua manifeste vera. sed ꝑticularis affirmatiua sillogisatur in felapton vel ferison sumēdo cōtradictoriū eius ꝓ maiore cū vli vl ꝑticulari affirmatiua manifeste vera. Sʒ vlis negatiua sillogisatur in disamis sumendo ɔtradictoriū eius pro maiore cū vniuersali affirmatiua manifeste vera ad inferendū vnam manifeste falsam: sed ꝑticularis negatiua sillogisatur per impossibile sumendo ɔtradictoriū eius cum vna manifeste vera ad inferendū vnaʒ manifeste falsam. ¶ In quarta p̄te cōparat sillm ostensiuum ad sillogismum ad impossibile. ponens duas differētias. quarū prima est: quia sillogismus ostēsiuus pōt precedere ex premissis veris. sed sillogismus ad īpossibile semꝑ capit vnā manifeste falsaʒ. Secūda differētia in sillo ostēsiuo nō oportʒ opinari cōclusionē esse verā vel falsam. sed in sillogismo ad impossibile conclusio debet semper esse falsa. Deinde ponit cōuemētiam dicēs q̄ omnis cōclusio sillogisata ꝑ impossibile potest sillogisari ostēsiue.

Diãˀ int̄ sillm ad īpossibile ꝛ ɔuersiuum.

Coñdeʒ ɔuemētia.

Correlaria ex eisdem.

Sillogisandi modus ꝑ impossibile in scd̄a figura.

Sillogisandi modus ꝑ impossibile in tertia figura.

Silli ostēsiui ad īpossibile ɔ̄patio.

Due eorumdem diãe.

Cōuemientia eorumdem

In qua aūt figura est ex oppositis ꝓpositionibꝰ sillogisare. et in qua nō est sic erit manifestuʒ. dico aūt oppositas propositiōes ꝑm locutionē quidem quattuor: vt omni nulli. et omī ꝛ non omni. et alicui nulli. et alicui non alicui. ꝑm veritatem autem tres. nam alicui non alicui ꝑm locutionem solū opponitur.

¶ Istud est sextū capitulū et vltimū huius tractatus in quo determinat de sexta potestate sillogismi que est sillogisare ex oppositis. Et cōtinet quattuor partes. In prima docʒ sillogisare ex oppositis in p̄ma figura: dicēs primo q̄ quattuor sunt oppositiōes ꝑm affirmationē et negationē. vt oppositio vlis affirmatiue et vniuersalis negatiue. ꝛ oppositio vniuersalis affirmatiue et particularis negatiue: vel vniuersalis negatiue et particularis affirmatiue. et oppositio particularis affirmatiue ꝛ ꝑticularis negatiue. ¶ Deinde subdit q̄ in prima figura non potest fieri sillogismus ex oppositis. p̄mo in modis affirmatiuis: quia sillogismus affirmatiuus cōstituitur ex ambabus affirmatiuis premissis que nō sunt opposite. nec in negatiuis: quia in talibus modis nō idem subijcitur et p̄dicatur in p̄missis igit. ¶ In secūda parte docet sillogisare ex oppositis in secūda figura: dicēs q̄ in secunda figura fit sillogismus ex oppositis: tam ɔtrarijs q̄ ɔtradictorijs. p̄mā partē ꝓbat in modis vniuersalibus. p̄io in camestres: vt oīs disciplina est studiosa: nulla disciplīa est studiosa. ergo nulla disciplina est disciplina. Deinde declarat secundaʒ partē dicēs q̄ in modis particularibꝰ ex oppositis ɔtradictorijs fit bonus sillus ex oppositis. ¶ In tertia p̄te docet sillogisare ex oppositis in tertia figura. et primo in modis affirmatiuis: dicēs q̄ in modis affirmatiuis non fit sillogismus ex oppositis. cū ambe premisse sunt affirmatiue. sed in modis negatiuis bene fit sillogismus ex oppositis. in vniuersalibꝰ quidē fit ex cōtrarijs. et in particularibus fit ex cōtradictorijs. ¶ In quarta parte ponit sex documēta quoꝝ. Primū est. sillogisando ex oppositis: debemus sumere opposita cōtraria vel ɔtradictoria et nō subcōtraria: quia subcōtrarie sunt ꝑticulares ex quibꝰ nihil sequitur. ¶ Secūdū documētū: ad hoc q̄ premisse alicuiꝰ sillogismi ex oppositis cōcedantur ab aliquo: oportet vtrāq̄ per aliquē sillogismū concludi: et vnā supponere et aliā sillogisare. ¶ Tertiū documentuʒ. ex quo tres sunt modi oppositionū: scʒ duo ɔtradictoꝝ et vnus cōtrarius: ideo contingit sex mo-

Sillogisandi modꝰ ex oppositis in p̄ma figura.

Idem in scd̄a.

Idem in tertia.

Documēta de eisdem.

dis ista opposita cōbinari in sillogismo ex oppositis variando maiorē affirmatiuā in negatiuā et ecōtra. vt satis patz. ¶ Quartū documentū sillogismus ex oppositis differt a sillo cōcludēte verū ex falsis: quia licet in sillogismis ex oppositis vna premissarum sit falsa et alia vera: tñ ex illis oppositis nunq̄ potest fieri ꝯclusio vera ¶ Quintū documentuz: nihil prohibet in sillis ex oppositis inferre cōclusionē cōtrariā vel ꝯdictoriaz ꝓpositioni ꝯcesse a respōdente. ¶ Sextum documentū: premisse opposite que sumunt in sillogismo ex oppositis nō pñt cōcludi ꝑ vnū sillogismū: nisi maior sumatur cū vtraq; pte cōtradictionis ex pte predicati. ⁊ si nō cōcludant ambo opposita in vno sillo. tunc oportet alterū oppositoꝝ ꝯcedi a respōdēte: et alterū sillogisari: aut vtrūq; sillogisari in diuersis sillogismis. exemplū primi. vt omne aīal est albuz. omīs hō est animal. ḡ omīs homo est albꝰ. exemplū secūdi. vt si cōcedatur illa. oīs disciplina est opinio tunc sillogisatur sua ꝯtradictoria per accidens nulla medicina est opinio.

Dubium ꝯ sillo cōuersiuo ⁊ sillo ad īpossibile: ⁊ sillo ex oppositꝫ.

q Ueritur vtrū sillogismus cōuersiuus: sillogismus ad impossibile ⁊ sillus ex oppositis: sint boni silli et inter se distīcti. ¶ Arguit primo sic. sillogismꝰ cōuersiuus et ad impossibile fiunt in eisdē figuris per eosdē terminos: ḡ non differunt. ¶ Secundo sic. oīs bonus sillogismus solū constat ex tribus terminis et duabꝰ ꝓpositionibus. sed in sillogismo ad īpossibile sunt plures termini q̄ tres cū in ipso sint tres processus. ḡ sequitur ꝙ sillus ad impossibile nō est bonus sillogismus. ¶ Tertio sic: omnis bonꝰ sillogismus secunde aut tertie figure est reducibilis ad sillos prime sed sillogismus ex oppositis nō est huiusmodi: igiꝰ nō potest fieri in secunda et tertia figuris. ¶ Quarto sic. omnis bonꝰ sillogismꝰ est in aliqua triū figurarū. sed sillogismus ex oppositis nō est hmōi: igiꝰ. minor patet primo: qꝛ omnis sillus existēs in aliqua figura fit tm̄ ex tribꝰ terminis. sed in sillogismo ex oppositis sunt tantū duo termini: igiꝰ. ¶ Quinto sic. sillogismus ex oppositis non est vtilis: igiꝰ non est ponendus. aūs patet. quia nō est vtilis demōstratori: eo ꝙ demōstrator semꝑ ꝓcedit ex veris: neq; dyaletico: quia dyaleticus ꝓcedit ex probabilibus: mō cōtraria vel ꝯtradictoria nō videnꝰ esse probabilia: igitur. ¶ In oppositū est philosophus in textu. In questione erunt tres articuli.

Quid est sillus cōuersiuus

Sciendū est primo ꝙ pro declaratiōe quarte potestatis supponiꝰ prīo ꝙ vt dictū est circa textū: sillus ꝯuersiuꝰ est sillus q̄ ex opposito ꝯrio vel ꝯdictorio ꝯclusionis cū altera ꝑmissarū infert oppositū ꝯriū vel ꝯdictoriū alterius ꝑmisse. puta illiꝰ loco cuiꝰ accipitur ꝯrium vel ꝯdictoriū ꝯclusionis. vnde sillus ꝯuersiuus de significato materiali significat ꝑmū ꝓcessuz. de formali significat scđm in ordine ad ꝑmū. ita ꝙ ille scđs ꝓcessus in ordine ad primū pōt dici sillus ꝯuersiuus: qꝛ ꝓpter tale dr̄ ꝯuersiuꝰ. vñ si sillus ꝯuersiuus capiaꝰ q̄tū ad materiale ⁊ formale nō est vnꝰ ꝓcessus. sꝫ sunt duo nūero differentes. et etiā sepē cū sint sꝑ in diuersis figuris. Et sic pꝫ ꝙ sillus ꝯuersiuꝰ sꝑ ꝑsupponit vnū sillogismū ꝑus factū in ordine ad quē dr̄ ꝯuersiuꝰ Supponiꝰ scđo ꝙ si conclusio ꝑoris silli fuerit vlis: tūc possumꝰ in tali dupl'r sillogisare ꝯuersiue. s. ex opposito ꝯrio et ex opposito ꝯdictorio sꝫ si ꝯclusio sit ꝑticularꝭ indefinita vl' singularꝭ tūc solū vno mō possumꝰ sillogisare ꝯuersiue. s. ex opposito ꝯdictorio. ¶ Et si quis dicat: nōne in tali mō possumꝰ sillogisare ꝯuersiue ex subcōtrario. Rñdet ꝙ nō. qꝛ vna subꝯria nō hꝫ interimere alterā: cū due subꝯrie possūt simꝰ stare in veritate. Ex quo sequiꝰ ꝙ ꝓpō tm̄ duobꝰ modis pōt interimi. s. ꝑ ꝯriū ꝑ ꝯdictoriū. Supponitur tertio q̄in omni bono sillogismo ex opposito ꝯdictorio ꝯclusionis cū altera ꝑmissaruz infertur oppositū alterꝰ premisse. Ex quo patz ꝙ quilibet sillogismus pōt reduci ꝑ impossibile. nā sillogisare cōuersiue et sillm reduci ꝑ impossibile sūt penitꝰ idē. fl'ā est ḡ illa opīo illoꝝ q̄ dicūt ꝙ mōi prīe figure nō reducūꝰ ꝑ īpossibile.

Silli cōuersiui ⁊ per ipossibile in plet differentia.

Sciendū est scđo ꝙ circa ꝑdicta incidit hec difficultas. an sillus ꝯuersiuꝰ differat a sillo per impossibile. ¶ Ad quā rñdetur breuiter ꝙ sillus cōuersiuꝰ drt a sillo ꝑ impossibile multipl'r. prīa. qꝛ sillus ꝑ ipossibile nō ꝑsupponit aliquā ꝯclusionē sillogisatā neq; aliū sillm: ex cuiꝰ ꝯclusiōis opposito ꝓcedat. sed bñ supponit aliquā ꝓpōnem ex cuiꝰ ꝯdictorio cū vna vera infert vnā manifeste falsaz. Scđo drt: qꝛ sillus per impossibile sꝑ ꝓcedit ex altera falsa. iō eiꝰ cōclusio sꝑ est falsa. sed sillus ꝯuersiuꝰ pōt ꝓcedere ex ambabꝰ veris. iō eiꝰ ꝯclusio pōt esse vera Tertio. qꝛ sillus ꝯuersiuꝰ valꝫ ad ostendēdū bonitatē ꝯñe. sꝫ sillus ad impossibile valet ad ostēdendū veritatē alicuiꝰ oppositi. Cōueniūt autē multipl'r. prīo qꝛ pñt fieri ex eisdē terminis. secūdo. qꝛ vterq; ꝓcedit ex opposito alicuiꝰ. tertio qꝛ idē sillus in numero aliquādo est ꝯuersiuus et aliqñ ad impossibile ⁊ hic debet intelligi quo ad vnū ꝓcessuz: vt iste sillus. quidā hō nō ē risibilis: oīs hō est aīal rōnale. ḡ qōdaz aīal rōnale nō est risibile pōt dici ad impossibile et ꝯuersiuꝰ in ordine ad istū sillm. omne aīal rōnale est risibile: oīs homo est aīal rationale. ḡ omīs homo est risibilis. Et si q̄s arguat ḡ tales silli nō differūt negaꝰ ꝯñā. cuius ratio est: qꝛ licet cōueniāt in significato materiali nō tamen in significato formali seu quo ad omnes ꝓcessus.

Eorūdez cōuenientia.

Sciendū est tertio ꝙ sillus nō dicitur ꝯuersiuꝰ eo ꝙ aliq̄ ꝑmissaꝝ in ipo ꝯuertatur sed diciꝰ ꝯuersiuꝰ ex eo ꝙ maior vel minor mutaꝰ in oppositū ꝯrium vel cōtradictoriū conclusionis. ⁊ isto mō conuersio attribuitur sillo qui ex opposito cōclusionis alicuiꝰ silli priꝰ facti cū altera ꝑmissarū infert oppositū alterius ꝑmisse vñ vtilitas huiꝰ silli est ad ꝓbandū seu ad oñdēdū bonitatē ꝯñe ꝑoris sillogismi: qꝛ illa ꝯñā est bona in qua ex opposito ꝯñtis cū altera ꝑmissa

Quare sillus dr̄ conuersiuus.

rum infertur oppositū alterius premisse et ꝯſe quēter totus añtus qđ est vna copulatiua. naʒ ex opposito illiꝰ ꝑmisse infert̄ vna disiūctiua cuiꝰ ipa ps ⁊ alia ps erit oppositum alterius ꝑmisse et tunc erit vna disiūctiua cōposita ex ptibꝰ cōtradicētibus copulatiue existētis totū añs. Et ad illaʒ disiūctiuā seq̄tur copulatiua negatiua que contradicit toti illi antecedenti.

Duo dubia incidētia circa vltias ptās,

Sciendum est quarto ꝙ circa duo vltima capitula seu circa duas vltimas potestates incidūt due parue difficultates: pma an oīs sillogismus sit ex ypothesi. Et arguit̄ pmo ꝙ sic: q2 oīs sillogismꝰ est ex ypothesi. añs pat3: q2 oīs bonus sillus ꝯsupponit tres terminos ⁊ duas ꝓpōnes: agit̄. ❡ Scđo sic. oīs sillogismus infert suā ꝯclusionē pncipaliter intentā virtute alicuiꝰ suppōnis nō expsse in ꝑmissis: igr̄ omis sillus est ex ypothesi. ꝯña p3: q2 sillus đr ex ypothesi: q2 ifert suā ꝯclusionē pncipalr̄ intētā vtute suppositionis nō enūerate in ꝑmissis. añs p3 q2 oīs bonus sillus si sit affirmatiuꝰ infert suā ꝯclusionē virtute istiꝰ suppositionis. quicq̄d af-

Quid est ypothesis

firmatur de subō distributo affirmat̄ de quolibet ꝯtento sub eo. ⁊ si sit negatiuꝰ infert virtute istius q̄cquid vere negat̄ de distributo negatur de quolibet ꝯtento sub eo. Pro solutione huiꝰ

Quomodo intelligit̄ sillogismū cē ex ypothesi,

supponit̄ pmo ꝙ ypothesis idē est ꝙ suppositio. đr eñ ypothesis ab ypos qđ ē sub: ⁊ thesis positio: q̄si suppositō. Supponit̄ scđo ꝙ sillus potest duplr̄ intelligi esse ex ypothesi. vno mō q2 fit ex suppōne triū terminoꝝ ⁊ duaꝝ ꝓpositionū: vel virtute alicuiꝰ pncipij ꝯsuppositi. et sic oīs sillogismꝰ oñsiuus pōt dici ex ypothesi. alio mō đr sills ex ypothesi: q2 infert ꝯclusionē principaliter intentā: virtute alicuiꝰ suppōnis extrinsece nō enumerate neq3 intellecte in premissis. ⁊ sic sillus ex ypothesi distinguit̄ contra sillogismū ostensiuū. Et ꝑ hoc soluuntur rōnes prius facte q̄ nihil aliud ꝓbant nisi ꝙ oīs sillogismus sit ex ypothesi pmo mō: ⁊ nō scđo mō.

Vtrū sillogismus ex oppositis possit fieri in pma figura,

❡ Scđa difficultas: an sillus ex oppositis possit fieri in prima figura. ⁊ videt̄ ꝙ sic. q2 fit in secūda ⁊ tertia figuris: ḡ in prima. ꝯña p3: q2 sillogismi scđe ⁊ tertie figuraꝝ reducūtur ad sillos prime figure. Ad hoc rñdet̄ ꝙ l3 ex repugnātibus ꝓpōnibus possit fieri sillus in prima figura: nō tñ ex oppositis: q2 opposite debēt participare vtroq3 termīo ordine eodem que nō pñt esse ꝑmisse in prima figura: cū illud qđ subijcit̄ in vna: ꝑdicetur in alia. nec oportet sillos ex oppositis factos in scđa vel in tertia figuris reductos ad primā esse ex oppositis. et sic bñ ꝯcedit̄ ꝙ silli facti in scđa ⁊ tria figuris ex opposit3 reducunt̄ ad ꝑmā figurā: s3 tūc nō sūt ex opposit3

An sills ꝑ impossibile sufficienter diffiniat̄, Silli ꝑ īpossibile acceptiones,

Quantum ad scđm articulu3 dubitatur pmo vtrū diffinitio sillogismi ꝑ impossibile sit a phō sufficiēter assignata. Pro cuiꝰ solutione supponit̄ pmo ꝙ sillus ꝑ impossibile pōt capi duplr̄. vno mō ꝓ primo ꝓcessu in quo arguit̄ ex opposito ꝯtradictorio ꝯclusionis propositionis date a rñdente: cū vna manifeste vera ad inferendū vnam manifeste falsam: ⁊ sic est in aliqua triū figuraꝝ: ⁊ tūc vocat̄ sillus medacij a phō in ꝑmo prioꝝ. Alio mō capit̄ ꝓ tribus ꝓcessibus: puta ꝓ ꝑmo sillogismo ⁊ duobꝰ emptimematibus necessario req̄sitis ad ꝯclusionē principalem probandā: ⁊ hoc modo capit̄ cum dicitur ꝙ sillogismꝰ ad impossibile nō est in aliqua triu3 figuraꝝ. Et per hoc pōt solui questio in qua q̄ritur vtrū sillogismꝰ ad impossibile sit sillogismꝰ. nam si capiat̄ pro pmo ꝓcessu: est sillogismꝰ. si autem capiat̄ ꝓ aggregato ex illis tribus ꝓcessibus simul: nō est sillogismꝰ. Supponitur scđo ꝙ sillogismꝰ ad impossibile ⁊ per impossibile idem sunt fm rem: sed differunt ratione. q2 nō dicitur ad impossibile eo ꝙ ꝯsequētia est falsa vel impossibilis: s3 đr per impossibile eo ꝙ vna ꝑmissaꝝ ē semꝑ falsa vel impossibilis. nō tñ est intelligendū ꝙ omīs sillogismꝰ qui procedit ex premissa impossibili: vel q̄ infert cōclusione3 impossibilē sit ꝑ impossibile: sed sillogismꝰ ille qui ꝓcedit ex cōtradictorio cōclusionis probande cum vna manifeste vera: infert vnam manifeste falsam. Supponit̄ tertio ꝙ in quolibet sillogismo ꝑ impossibile sunt tres processus. pmꝰ est a cōtradictorio propositionis ꝓbande cum vna manifeste vera ad vna3 manifeste falsam. Secūdus est a falsitate cōclusionis ad falsitatē alterius ꝑmisse: ⁊ tenet ꝑ hanc maximam ꝙ ex veris nō sequit̄ falsum. ergo si cōclusio sit falsa: necesse est altera3 premissarū esse falsam. Tertiꝰ est a falsitate illiꝰ premisse ad veritate3 illius cōclusionis probande. ⁊ tenet virtute istius maxime ꝙ nunq̄ due contradictorie sunt simul vere. ❡ Et si quis dicat: cōclusio sillogismi ad impossibile nō est semꝑ impossibilis: ergo nō semper debet dici sillogismꝰ ad impossibile. Respondetur ꝙ etiam nō oportet: sed sufficiat ipam esse falsam: quia nō dicit̄ solum ad impossibile eo ꝙ conclusio sit impossibilis: sed quia procedit ex contraditorio cum vna manifeste vera ad cōclusionē falsam vl̄ impossibilem: cum etiam alijs duobus ꝓcessibus. Supponitur finaliter ꝙ ad faciendum sillogismu3 per impossibile nos debemus accipere cōtradictorium ⁊ nō contrariū: quia si haberetur contraria falsa cōclusionis ꝓbande: adhuc nō haberemus veritatem illius conclusionis: cum nō valeat consequentia. ista est falsa: ergo sua ꝯtraria est vera. q2 due ꝯtrarie pñt simul esse false.

Que differētia ē int̄ sillm ad īpossibile et ꝑ īpossibile

Tres ꝓcessus in quolibet sillo ꝑ īpossibile

Dubitatur secundo vtrum vniuersalis affirmatiua possit sillogisari ⁊ probari per sillogismum ad impossibile. Pro cuius solutione supponitur ꝙ ad probandum aliquam propositionem per impossibile: oportet ꝙ contradictorium illius sumatur pro vna premissa. vt patet per diffinitionem sillogismi ad impossibile. Sed propositionem sillogisari per impossibile. nō est aliud q̄ ipam esse ꝯclusionē sillogismi ad impossibile. Tunc ponūtur alique ꝯclusiones. prima vl̄is affirmatiua nō pōt ꝓbari ꝑ impossibile in prima figura: q2 eiꝰ ꝯtradictoria

Dubium de sillogisatōe vl̄is affirmatiue ꝑ sillogismu3 ad īpossibile, Quid requirit̄ ad ꝓbandū aliquā ꝓpōem ꝑ īpossibile

nō potest eē ꝑmissa in prima figura cum ꝯtradictoria eius sit ꝑticularis negatiua q̄ nō potest eē ꝑmissa in aliquo modo ꝑme figure. ¶ Scd̄a cōclusio vl'is affirmatiua pōt sillogisari ꝑ impossibile in prima figura: q2 vl'is affirmatiua falsa pōt sillogisari in ꝑma figura ex duabꝰ ꝑmissis vna manifeste vera ⁊ alia manifeste falsa. ⁊ ex falsitate ꝯclusionis pōt inferri falsitas alterius premisse ex cuiꝰ falsitate pōt inferri veritas ꝓpositionis sibi ꝯtradictorie. Et sic erit ibi vnus totus ꝓcessus ad impossibile cuiꝰ ꝯclusio sillogistice illata est vl'is affirmatiua. Ex quo pꝫ ꝙ nō est idem sillogisare aliquā ꝯclusionē per impossibile ⁊ ipam ꝓbare ꝑ impossibile. ¶ Sꝫ peteret aliq̄s q̄ ꝯclusio in sillogismo ad impossibile sillogisaṫ ꝑ impossibile ⁊ q̄ ꝓbatur. Rñdetur ꝙ ꝯclusio primo illata sillogistice sillogisaṫ per impossibile ⁊ ꝯclusio vltimo illata ꝓbatur per impossibile. s. illa q̄ inferṫ in tertio ꝓcessu. Et si q̄s dicat. dixit aristo. in textu ꝙ vl'is affirmatiua nō pōt sillogisari per impossibile. Rñdetur ꝙ aristoteles ibi capit sillogisari stricte ꝓut idem est quod probari.

Dubium de sillo. ex opposit. Eiusdez diffinitō

Dubitatur tertio vtrum sillogismꝰ ex oppositis sit bonꝰ sillogismꝰ ⁊ vtrū quelibet ꝯclusio sillogismi ex oppositis sit falsa. Pro solutione prime ptis supponiṫ primo ꝙ sill'us ex oppositis est q̄ ex ꝑmissis ꝯtrarijs vl' ꝯtradictorijs infert ꝓponem in qua idē negatur de seipso. Sꝫ hoc cōplexum sill'us ex oppositis de materiali significato significat sillogismū ꝯnotando ipm̄ ꝓcedere ex ꝯtrarijs vel ꝯtradictorijs. ⁊ est duplex. s. illatiuus ⁊ ꝓbatiuus simul: aliꝰ est illatiuus tantū. illatiuꝰ tm̄ d' ille cuius vna premissarum est formaliter sinonima cū ꝯclusione

Eiusdez acceptiones.

Et talis pōt fieri in qualꝫ figura: vt patꝫ de isto nullus hō est homo oīs homo est hō: ḡ nullꝰ hō est homo: et de tali nō loq̄tur aristoteles cum dicit ꝙ sillogismꝰ ex oppositis nō sit in ꝑma figura. Sed sillogismꝰ ex oppositis ꝓbatiuꝰ ⁊ illatiuus simul d' ille cuꝰ nulla ꝑmissaꝝ est formaliter synonima cū ꝯclusione ⁊ fit ex duobus terminis sine termīo ipis dissimili. ⁊ de isto loquitur phūs cū dicit ꝙ sillogismꝰ ex oppositis non fit in prima figura: sed bñ in scd̄a ⁊ tertia. cuꝰ vtilitas est cōponere sillogismū ex duobus terminis: sine termīo ipis dissimili. pōt eē etiā vtilis ad ducendū respondentē ad maius incōueniens: ꝙ ꝯcedere duo ꝯtraria vel ꝯtradictoria puta ad ꝯcedendū ꝓpōnem in qua idem negatur de seipō. sꝫ talis vtilitas nō est generaľ cuilibꝫ sillogismo ex oppositis. ¶ Ad scd̄am partem dubij r'ndetur ꝙ nō semꝑ opꝫ cōclusionez sillogismi ex oppositis eē falsam: imo aliq̄n est v̄a vt puta q̄n alteꝝ extremū importat rōem impossibilē seu q̄n teri ꝓ nullo supponūt. vt ista: nulla chimera ē chimera. nullus deꝰ asinꝰ ē deꝰ asinus. nullus hō irrationalis ē hō irrōnalis: que sunt vere: ⁊ sue ꝯtradictorie false. nec opꝫ semper ꝓpositionē eē verā: in qua idē p̄dicaṫ de seipō. Sed multis modis idem pōt negari de seipō. Primo q̄n subm̄ ꝓ nullo supponit vel importat rationē in se impossibilē vel rationez in se falsam. Scd̄o q̄n subm supponit ꝯfuse tantū vt a homo nō est hō. Tertio in ꝓpōne de modo loquēdi incōsueto. vt homo hō nō est. Quarto in ꝓpōne modali de necessario respectu istius termini futurū. vt futuruz de necessitate nō est futurū. adeo in talibꝰ ꝯclusio sillogismi ex oppositis pōt eē verra. ¶ Et si dicaṫ: si ꝯclusio sillogismi ex oppositis eēt vera: tūc non eēt sillogismꝰ ex oppositis. eū careret vtilitate sua que est ducere respondentē ad maiꝰ incōueniēs: ꝙ ꝯcedere duo cōtraria vel contradictoria. Rñdetur ꝙ visum est ꝙ illa vtilitas nō est generalis cuilibꝫ sillogismo ex oppositis: sed soluz aliq̄bus. sed vtilitas generalis est scire componere sillogismū ex duobus termīs sine termīo ipis dissimuli. Et hec de scd̄o articulo.

Cōclusio de supradictis sillogismis

Quantum ad tertium sit conclusio respōsalis. sillogismꝰ ꝯuersiuus. sillogismus ad impossibile. ⁊ sillogismꝰ ex oppositis: sunt boni sillogismi ⁊ inter se distincti. ⁊ ꝑ hec ꝯclusio pꝫ ex dictis. ¶ Ad rōnes ante oppositū. Ad ꝑmaꝫ patꝫ solutio. ¶ Ad scd̄am etiā dictū est ꝙ sillogismus ad impossibile: capꝫ ꝓ aggregato ex tribus ꝓcessibus nō est vnꝰ sillogismꝰ: sed bñ si capiaṫ pro primo ꝓcessu: ꝯnotando tamē alios ꝓcessus. ¶ Ad tertiā d' ꝙ sillogismꝰ ex oppositis factꝰ in scd̄a ⁊ tertia figuris: pōt reduci ad primā figurā: sed postq̄ est reductꝰ nō plus est sillogismus ex oppositis. ¶ Ad quartā d' ꝙ licet in sillogismo ex oppositis sint soluz duo termini distincti vocaliter ⁊ in significatione: sunt tamen ibi tres distincti officialiter. eo ꝙ vnus semper exercet officium duoꝝ. ¶ Ad quintam patet solutio ex dictis.

Quid est peterē principium.

i

In principio aūt petere et accipere est q̄dem vt in genere sumere in eo qd̄ nō ē demōstrare ꝓpositum. hoc aūt accidit multipliciter. Nam ⁊ si oīno nō sillogisaṫ: ⁊ si per ignotiora aut similiter ignota. ⁊ si ꝑ posteriora qd̄ prius est. demonstratio eīn ex notioribus et priorib' est horum autem nihil est petere qd̄ est ex principio.

t

Ste est scd̄us tractatꝰ huiꝰ libri in quo phūs determiat d' tribus defectibꝰ seu peccatis incidētibꝰ circa potestates sillogismoꝝ. ꝯtinet tria capitula. In primo determinat de primo defectu q̄ est petere principiū: qui incidit in sillogismo circulari. Et primo oñ dit q̄d est petere principiū: dicēs ꝙ petere principium est nō oñdere ꝓpositum. Et ꝯtingit q̄tuor modis. Primo quādo oīno nō sillogisaṫ. id est poniṫ aliquid sine ꝓbatione. Scd̄o quando idem oñditur per ignotiora: id est ꝑ minus notum. Tertio quādo idem oñditur ꝑ eq̄ ignota. Quarto: quādo prius ostendiṫ ꝑ posterius.

Petere principiū qt modis cōtingit.

Nam omnis sillogismus ꝓbatiuus debet ꝓcedere ex priorib⁹ et notiorib⁹.

Petitionis principij diuisio.

¶ Deinde diuidit petere principiũ dicẽs ꝙ petitio ꝑncipij est duplex: quedã est petitio ꝑncipij statim: et quedam nõ statim. Petitio ꝑncipij statiz: est quãdo idẽ re et nomine assumit̃ ad probandũ seipm̃. vt dicendo a. est: ergo a. est. Sed petitio principij nõ statim: est quãdo assumit̃ aliquid ad ꝓbanduz aliquod ꝓpositũ ꝑ qd̃ nõ est natuz probari. imo magis ecõtra. Et exemplificat dupliciter. ꝑmo vt si a. ostẽdatur per b. et b. ꝑ c. et tñ a. sit natuz ostẽdi per c. tunc est petitio principij nõ statim. Secũdo. vt si quis probet lineas peralellas per hoc quod nõ est cõcurrere adinuicẽ. erit petitio principij nõ statim. q2 illud añs linee peralelle nõ concurrũt natum est ostẽdi ꝑ illud ꝯñs iste linee sunt peralelle. vt sic arguẽdo linee sunt peralelle: ergo nõ concurrũt. et vltra nõ cõcurrũt ergo sunt peralelle. igit̃ de primo ad vltimũ bñ sequitur iste linee sunt peralelle ergo sunt peralelle.

Cõclusio ostẽdẽs qualiter petitio principij in qualibet figura.

¶ Consequẽter ostẽdit qualiter contingit petere pricipiũ in omni figura ponẽs tres ꝯclusiones. Prima in mõ affirmatiuo prime figure si maior sit eque dubia sicut cõclusio et termini minoris sint cõuertibiles. tũc petitur principiũ quia ex ꝯclusione cũ ꝯuertente minoris ostenditur maior. Secũda ꝯclusio. si minor sit eque dubia sicut ꝯclusio et teri maioris conuertant̃ petitur ꝑncipiũ. q2 ex conclusione cũ ꝯuertẽte maioris ostẽditur minor. Tertia cõclusio. contigit petere ꝑncipiũ in secũda et tertia figurꝫ sicut in prima. Et subdit ꝙ sicut petitur pricipiũ in modis affirmatiuis. ita petitur ꝑncipiuz in modis negatiuis Subdit etiã finaliter ꝙ differẽter cõtingit petere principiũ in demõstratiuis et dyalecticis. quia in demonstratiuis petitur principium secũdum veritatem et in dyalecticis petitur principium s̃m opinionem.

Quid est non ꝓpter hoc accidere fal̃m.

Non aũt ꝓpter hoc accidere falsuz quod sepe in disputatiõibus solem⁹ dicere. primũ quidẽ est in ad impossibile sillogismis qñ ad cõtradictionez est impossibilis illius qd̃ demõstratũ est ea q̃ est ꝑ impossibile. Nã neqꝫ qui nõ cõtradicit nõ dicit ꝓpter hoc accidere falsum. sed qñ falsum aliqd̃ positũ est eorũ que prius.

Istud est scd̃m capitulũ in quo phũs determinat de scd̃o defectu q̃ dicitur non propter hoc accidere falsum: ostẽdẽs ꝑmo in quo sill̃o habet fieri dicẽs ꝙ fit in sill̃o ad impossibile et ostẽsiuo. pmũ probat duabus rationibus. Prima. q2 nõ ꝓpter hoc accidere fal̃m fit in illo sillogismo in quo capit̃ ꝓ premissa cõtradictoriũ ꝯclusionis et in quo ex falsitate ꝯclusionis regredit̃ ad falsitatẽ alicuius premisse inferẽdo veritatẽ principalis cõclusionis. sed hoc fit in sillogismo ad impossibile: igit̃. Secũda rõ non ꝓpter hoc accidere falsum dicit̃ propositio ꝯnumerata cũ alijs ꝑmissis qua remota nõ minus sequit̃ ꝯclusio. sed illa solet poni in sillogismo ad ĩpossibile: igit̃. Ex quo diffinit nõ ꝓpter hoc accidere falsuz: dicẽs ꝙ nõ ꝓpt̃ hoc accidere falsum est ꝓpositio superflue posita in sillogismo ad ĩpossibile: sic se habẽs ꝙ ipa remota non minus accidit impossibile. idõ si ex falsitate ꝯclusionis inferatur falsitas talis ꝓpositionis tunc ꝯmittitur ille defectus qui non est ꝓpter hoc accidere falsum.

Modi d̃ eodem.

¶ Consequẽter ponit duos modos huius. Prim⁹ qñ talis ꝓpositio non ꝯuenit in aliquo termino cũ premissis vel conclusione sillogismi ad impossibile. vt si conclusio sit ista: impossibile est aliqd̃ spaciũ ꝑtransire. et ypothesis seu nõ ꝓpter hoc accidere falsuz sit ista. dyameter nõ est assimeter. Et arguitur sic: dyameter nõ est assimeter nõ contingit infinita ꝑtrãsire: in quolibet spacio sunt infinita: g̃ non cõtingit aliquod spaciũ ꝑtransire. ꝯclusio est falsa: g̃ aliqua prẽmissarũ. et nõ nisi ista. dyameter non est assimeter: igit̃ hec est vera. dyameter est assimeter. Secund⁹ modus est qñ talis propositio cõuenit in aliquo termino cuz ꝯclusione et hoc in subiecto vel ꝑdicato. Et exẽplificat aristoteles in litteris. ¶ Deinde remouet vnũ dubiuz: quis eñ posset dubitare ꝙ falsuz in sill̃o ad impossibile sequeret̃ propter propositionẽ veraz ibi assumptã. Respondet phs dicens ꝙ in sill̃o habente ꝯclusionez falsam: sequit̃ talis ꝯclusio ꝓpter falsum prius assumptum et nõ ꝓpter verum. quia si cõclusio est falsa: necesse est alteraz premissarũ esse falsam:

Cautele rñdẽtis.

¶ Consequenter ponit duas cautelas respõdentis quib⁹ debet cauere ne ducatur ad falsum. Prima si respõdẽs ignoret ꝯclusionẽ quã vult cõcludere opponẽs caueat ꝯcedere propositiones vno terño cõmunicantes. Secũda. si respondẽs sciat ꝯclusionẽ quaz vult inferre opponẽs debz cauere ꝙ nõ ꝯcedat duas ꝓpositiones cõmunicãtes in vno termĩo et dispositas in modo et figura ex quib⁹ posset inferri illa ꝯclusio.

Cautele opponentis.

¶ Deinde ponit duas cautelas opponẽtis. Prima: opponẽs debz celare cõclusionẽ quã vult inferre ꝯtra respõdentẽ. Secunda si opponẽs habeat plura media debz interpere a remotioꝛi: quia ꝑ hoc magis lat3 respõdentẽ.

Quõ fit elẽchus.

¶ Finaliter et incidẽtaliter determinat de elẽcho dicens ꝙ eius noticia satis põt haberi ex noticia sill̃i. Naz elenchus põt fieri ex duabus affirmatiuis. aut altera affirmatiua et altera negatiua: sicut sill̃us. Et si ꝯclusio ꝯtradicat illi quod ꝯcessum est a respondẽte iam est elenchus: quia elenchus addit supra sillogismuz ꝙ sit sillogismus cõtradictionis. idõ si respondens nõ ꝯcedat affirmatiuã nõ põt fieri elenchus: cũ ex puris negatiuis nihil sequatur. Simil̃r si respondens nõ concedat aliquam propositionem vniuersalem non potest esse elenchus: cũ ex puris particularibus nihil sequatur.

Quõ fit fallacia.

Accidit autem. quãdoqꝫ quẽadmodũ in positiõe terminorũ fallebamur sic et s̃m opinionẽ fieri fallaciaz.

Stud est tertiū capitulū huius tractat⁹ in quo phs determīat de tertio defectu qui dicitur fallacia ꝯtrarie opinionis. ⁊ dicit ꝙ ꝯtingit aliquē decipi in opinione ꝓpositionū positarū in sillogismo ex oppositis. et dicit vlterius ꝙ talis fallacia cōtingit fieri dupliciter. Uno mō per media adinuicem nō ordinata. Secundo ꝑ media subordinata. Declarat ꝑmo in medijs nō subordinatis. vt si quis cognoscat substantiā inesse animali ⁊ ignoret eam inesse sensibili: et tñ sciat ambo. s. animal ⁊ sensibile inesse alicui. puta homini. Secūdo decipitur per diuersos sillogismos ad opinādū ꝯtrarias ꝓpositiōes. vt ꝑ istū sillogismū. oē aīal est suba omnis homo est animal. opinabit̄ istā. oīs hō est suba et ꝑ istū sill̄m. nullū sensibile est suba. oīs hō est sensibilis: opinabit̄ istā: null⁹ hō est suba que est ꝯ̄ria prime ꝯclusioni. Exemplū quando sumunt̄ media subordinata: vt si quis sciat substātiā inesse aīali et ignoret ipsam inesse corpori dū tñ sciat ꝙ corp⁹ ⁊ animal ꝯueniāt homini ducetur ad ꝯcedendū cōclusiones contrarias ꝑ diuersos sill̄os. affirmatiuā ꝑ istum: omne aīal est suba: oīs hō est animal. g̃ oīs homo est suba. Et negatiuā ꝑ istū: nullū corp⁹ est suba: oīs hō est corpus. g̃ nullus hō est suba.

Quō ducit̄ q̄s ad opinādū ꝯtrariaꝫ vel ꝯtradictoriaꝫ alicuius ꝑmisse.

¶ Deinde ostēdit quō aliquis ducetur ad opinandū ꝯ̄riam vel cōtradictoriā alicui⁹ premisse: dicēs ꝙ si quis opinetur ambas premissas silli affirmatiui nō pot opinari ambas premissas silli negatiui. q2 tunc duceret̄ ad ꝯcedendū ꝯtradictoriaꝫ alicui⁹ premissarū et cū hoc ipsam ꝑmissaꝫ. q2 ex cōclusiōe sillogismi negatiui cum minore sillogismi affirmatiui ꝯcluderet̄ ꝯtradictoria maioris silli affirmatiui. vt si quis ꝯcedat duas ꝑmissas illius silli. oē aīal est suba. oīs hō est animal. g̃ oīs hō est suba. Et simil̄r istius nullū sensibile est suba oīs hō est sensibilis. g̃ nullus hō est suba. tūc dꝫ capi ista ꝯclusio. null⁹ hō est suba cū minore ꝑoris silli ⁊ inferat̄ ꝑticular̄ negatiua in felaptō.

Quotmodis cōtingit opinari ꝓpōes silloꝝ inferentiuꝫ ꝯtrarias sine inconueníenti.

¶ Consequēter ostēdit qualiter ꝯtingit opinari ꝓpōnes sill̄orū inferentiū ꝯ̄rias sine inconueniēti: dicēs ꝙ duo sunt modi qb⁹ hoc est possibile. Primus est qñ neutrū opinat̄ in ꝓpria forma sꝫ vtrūqꝫ opinat̄ in suis ꝑmissis siue opinet̄ eas in vno sill̄o siue in diuersis. declarat ꝑ duo exēpla Primū. vt si quis sciret ꝙ oīs triangul⁹ hꝫ tres Et ponam⁹. ꝙ c. sit idē qđ triangul⁹ et ignoreꝫ ipsum esse triangulū. tūc habeo sciam in vl̄i ꝙ oīs triangul⁹ hꝫ tres. ⁊ ꝑ ꝯñs de ipso c. tñ in propria forma credo c. nō hēre tres angulos. Secūdum exemplū vt aliquis potest scire ꝙ oīs mula est sterilis: et ꝙ hec mula sit mula. videbit tñ vnam mulaꝫ habere grossum. ventrē ꝓpter qđ putabit ipsam nō esse sterilem et sic opinabitur istas duas oīs mula est sterilis. et istam. aliqua mula non est sterilis quaꝫ tñ credit in ꝑticulari esse mulam.

Mōi scire ⁊ ignorare.

¶ Consequēter ponit aliquos modos ipsius scire ⁊ ipsius ignorare. Primus modus. scire est scire in vniuersali vt sciēdo istā ꝙ omnis triangul⁹ hꝫ tres: dicim⁹ scire ꝙ ysocheles habet tres. Secund⁹ mod⁹ est scire in ꝓpria forma et vterqꝫ istorum modorū est duplex: seu potest esse duplex: scilicꝫ in habitu et in actu. in habitu. quādo dormimus vel quādo circa illud actu nō consideramus. in actu quando actu cōsideramus et tot modis dicitur etiam ignorare ¶ Et aduerte ꝙ scire in vniuersali et ignorare in particulari nō opponuntur. etiam scire in habitu ⁊ ignorare in actu non opponuntur. ideo cōtingit eandem propositionē scire vno modo: et ignorare alio modo.

Quō ꝯtīgit opinari ſm materiam.

¶ Finaliter ostendit quomodo cōtingit opinari contraria ſm materiam hoc est ſm terminos dicēs ꝙ dupliciter. ¶ Primo cum inconuenienti. vt si quis opinet̄ aliquē esse bonum et esse maluꝫ. tunc debet opinari bonum esse malum. Sic arguendo hoc est malum et hoc est bonum. ergo bonum est maluꝫ. ¶ Secundo sine inconuenienti vt ignoretur vnum ꝑ se et aliud per accidens. vel vnuꝫ in propria forma et aliud per accidens.

Quādo aūt cōuertūt̄ extremitates necesse est mediū cōuerti ad vtrāqꝫ Si eñi a. de c. ꝑ b. est. si cōuertit̄ inest cui a. omni c. et b. a conuertit̄: et inest cui a. omni b. per medium c.

Sex regule et alijs speciebꝰ argumētationis.

Ste est tertius tractatus huius libri in quo philosoph⁹ determīat de alijs speciebus argumentationis a sillogismo.

Prima.

¶ Et primo ponit sex regulas. Prima: si extremitates alicuius sillogismi conuertantur inter se: necesse est mediū conuerti cum ambabus extremitatibus qđ probat in barbara. q2 ex ꝯuertente ꝯclusionis cū minore posita loco maioris infert̄ cōuertēs maioris. sed ex cōuertēte ꝯclusionis cū maiore posita loco mīoris infert̄ ꝯuertens minoris. qđ nō possꝫ fieri nisi mediū ꝯuertatur cū extremitatib⁹. et dꝫ ꝓprie intelligi ista regula in mō vl̄i affirmatiuo. q2 in alijs patitur instantiā.

Secūda

¶ Scđa regula: si aliq̄ duo ꝯuertant̄ inter se sicut genitū ⁊ corruptibile: similiter ⁊ coꝝ opposita. s. ingenitū ⁊ incorruptibile.

Tertia.

¶ Tertia regula. si sumant̄ duo ꝯ̄ria ex vna pte. puta genitū et ingenitū. Et alia duo ex altera pte. s. corruptibile et incorruptibile: tunc vnū ꝯ̄rioruꝫ ex vna parte ꝯuertatur cū vno ꝯ̄rioꝝ ex altera parte puta genitū cū incorruptibili: tūc ingenitū cōuertetur cū incorruptibili. q2 si non esset ita tunc aliquid esset ingenitū quod nō eēt incorruptibile. et si nō esset incorruptibile: tūc esset corruptibile. et per cōsequēs genitum. quod est falsum.

Quarta.

¶ Quarta regula. si aliquid dicatur de duob⁹ vniuersaliter et de nullis alijs quādo illa etiaꝫ dicantur de ipsis: tunc si illa duo ꝯuertantur inter se necesse est tertiū cōuerti cum vtroqꝫ. vt si rationale dicatur de oī homīe et oī risibili et de nullis alijs de quib⁹ non dicant̄ illa: si hō et risibile cōuertant̄ inter se ita et rationale.

Quinta.

¶ Quinta regula: si aliqua duo predicata dicant̄ de eodem subiecto vniuersaliter et vnum illorum cōuertatur cum tali subiecto: tunc alterum predicabitur vniuersal̄r de eꝫ. o. vt in istis terminis

Sexta. sibile rationale et homo. ¶ Sexta regula: si sint aliqua duo opposita puta a et b. quorum unum est eligendum et alterũ fugiendũ puta a. eligendum et b. fugiendũ: et sint alia duo opposita ex altera parte quorum unũ est eligendũ s. d. et alterũ fugiẽdum puta c. si a. iunctum cũ c. sit magis eligendum q̃ iunctum cum b. a. simplr est magis eligendũ q̃ d. ¶ Declarat rõne et exemplo. ratiõe sic: oppositũ ↄñtis est falsum: igitur ↄñs est verum et quia oppositum ↄñtis põt habere duas causas veritatis. aut quia a. est similiter eligendũ sicut b. aut minus. sed utrũq; est falsum: igitur. probat priõ de primo. quia si a. et b. essent eligenda equaliter: tũc eorum opposita essent equaliter fugiẽda. et tũc seq̃retur quod a. et c. simul iuncta nõ eẽnt magis eligenda q̃ b. et d. quod est contra suppositum. De scdo quod a. nõ sit minus eligendũ q̃ d. pbat: quia si sic seq̃ret quod b. eius oppositũ esset minus fugiendũ q̃ c. quod est oppositũ ipsius b. cũ min⁹ malũ minori bono opponat. et tũc seq̃retur quod a. et c. iuncta simul nõ essent magis eligenda q̃ b. et d. quod est ↄtra suppositũ. Exẽplo sic declarat ut sic a velle bene agere: b. nolle bene agere: d. bene agere: c. male agere. si velle bene agere et male agere sit magis eligendũ q̃ bene agere et nolle bene agere: tũc velle bene agere simpliciter erit melius q̃ bene agere: quia volũtas bona sine actione est magis eligẽda q̃ actio sine bona voluntate. Ex quo infert quod dilectio fm amorem est magis eligenda q̃ coitus: quia dilectio est finis coit⁹. et nõ dz coit⁹ appeti nisi ppt dilectõem.

Conclusio. Quoniã autem nõ solũ dyaletici et demonstratiui syllogismi per predictas fiunt figuras: sed et rhetorici sed et simpliciter quecũq; fides est et fm unãquãq; artem nũc erit dicendum. Omnia enim credimus aut per syllogismum aut ex inductione.

¶ Istud est scdm capitulũ hui⁹ tractat⁹ in quo phũs determinat de inductione. et diuiditur in duas ptes. In pria ponit talẽ cõclusionẽ: quod nõ solũ sillogismi dyaletici et demõstratiui sunt in tribus figuris: sed etiã rhetorice argumentationes: sicut est entimema et exemplũ. ¶ Consequenter diffinit inductionẽ: dicens quod inductio

Quid est inductio. est argumẽtatio ostẽdens maiorem extremitatem de medio per minorem. ut si esse longeuum ostendatur de hoc cõplexo: aĩal nõ habẽs coleram p illud cõplexũ iste equus et ille equus. sic arguendo: ille equus est longeuus: et ille equus est longeu⁹: et sic de alijs. Siĩr iste asinus est lõgeuus: et iste asinus est longeu⁹. et sic de alijs aĩalibus nõ habẽtibus colerã: ergo oẽ aĩal nõ habens coleram est longeuũ. Et nõ capitur ibi medium p termino inferẽte: sed pro illo quod fm naturã mediat inter maiorẽ extremitatẽ et minorẽ. Et reducitur ad sillogismũ sumẽdo singularia pro medio: et põt fieri in tertia figura vel in prima: ut sic arguẽdo: oẽ quod est ille equus et sic de alijs est aĩal longeuum: sed omne quod est ille equus et sic de alijs est animal non habens coleram. ergo omne animal non habens coleram est longeuum. ¶ Et si quis dicat conclusio est uniuersalis que non potest cõcludi in tertia figura. Respondet quod prius dictum est. si duo pdicata insunt uni subiecto uniuersaliter: et unũ illorum cõuertatur cum subiecto: necesse est alterũ dici de altero predicato uniuersaliter cuiusmodi est longeuũ et nõ habens colerã. ¶ Consequenter

Differentia silli et inductionis. ponit duas differentias inter sillogismũ et inductionem. Quarũ prima est. inductio est pbatiua ppositionum imediatarum. sed sillogism⁹ propositionũ mediatarum. Scda differentia. inductio ostendit maiorem extremitatẽ de medio. sed sillogismus ostendit maiorẽ extremitatẽ de minori per mediũ. Ex quo infert quod sillogismus pcedit ex prioribus fm naturã. inductio vero ex posteriorib⁹ tamẽ ex notiorib⁹ quo ad nos.

Exempli diffinitio. Exẽplũ ãt est qñ medio extremũ inesse oñdit p id quod ẽ siĩe tertio: opz aũt et mediũ tertio ad pmũ siĩi eidẽti⁹ inesse: ut sit a. malũ b: autẽ cõtra cõfines inferre bellum.

¶ Istud est tertium capitulum in quo philosophus diffinit exemplum dicens. quod exemplũ ostẽdit maiorem extremitatem de medio per aliquod simile minori extremitati. Et ostendit maiorem extremitatem de minori per medium. exemplũ dat philosophus. ut athenienses pugnare contra thebanos malum est: ergo affines pugnare contra affines malum est. et contra affines pugnare cõtra affines malum est. sed focenses contra thebanos pugnare est affines cõtra affines pugnare: ergo focenses pugnare contra thebanos malũ est. ¶ Cõsequenter diffinit exemplum sub

Diffinitio exempli sub ratione exempli. ratione exempli dicens. quod argumentatio cuius antecedens non se habet ad cõsequens ut pars ad totum: nec ut totum ad partem. sed ut pars ad partem. hoc est quod solet dici quod exemplum est quãdo unũ particulare probatur per aliud propter aliquod simile in ipsis repertũ. ¶ Finaliter ponit duas differentias inter inductionem

Inductio et exẽplũ quõ differunt. et exemplum. Prima inductio procedit ab omnibus singularibus ad uniuersale: exemplum aũt ab uno singulari ad aliud. Scda differẽtia quia inductio ostendit maiorẽ extremitatem de medio per minorem. Sed exemplũ ostẽdit maiorem extremitatẽ de medio per aliquod simile minori extremitati. et cum hoc ostendit maiorẽ extremitatem de minori per medium.

Quid est deductio. Deductio autẽ est qñ medio quidẽ primũ palã est inee. postremo ãt medium dubiũ q̃dã. siĩr ãt credibile aut magis ↄclusione. ãplius si pauciora sint media postremo et medio. oĩno enĩ ppinqui⁹ esse accidit scientie.

¶ Istud est scdm capitulũ hui⁹ tractat⁹ in quo phũs determinat de deductione dicẽs quod deductio est qñ maior est manifesta et minor dubia:



similiter credibilis aut magis credibilis ꝯclusione. et sunt duo modi eius. primus est quñ minor est equaliter aut magis nota q̄ ꝯclusio. scd̃us ē quñ ad ꝓbationē minoris reqrunt̄ pauciora media q̄ ad ꝓbationē ꝯclusionis: dat exemplũ de primo mõ: vt oĩs disciplina est docilis. iusticia est disciplina. g̃ iusticia est docilis. ibi minor est dubia: est tñ similiter aut mag. credibilis q̄ cõclusio. dat exemplũ de scd̃o mõ. vt omne equale recte linee põt q̃drari. sed circulus est eq̃lis recte linee: g̃ circul' põt q̃drari. ibi mĩor nõ reqrit nisi vnum mediũ ad sui ꝓbationē. s. q linea q̄ est quarta ps circuli sit equalis recte linee que est quarta ps quadrati. sed ad ꝓbationē ꝯclusionis reqruntur plura media. Et subdit finaliter q mĩor nõ sit credibilior cõclusiõe. aut si nõ ꝓbet̃ paucioribꝰ mediis q̄ ꝯclusio. aut si sit ꝓpõ imediata. tũc nõ erit ꝯductio sz demõstratio

Modi ꝯductiõis (margin)

Instãtie diffinitiõ

Queritur vtrum demonstratio ꝓcedat ex necessarijs ⁊ incorruptibilibus. Arguit̄ pmo ꝙ nō. qꝛ aliqua dmōstratio est ex ꝯtingētibus: ḡ nō q̄lȝ ē ex necessarijs. an̄s ꝓbatur: qꝛ q̄lȝ ꝓpō pōt non esse: ergo pōt non eē vera. ⁊ per ꝯn̄s nulla est necessaria. Etiam tales ꝓpōnes pn̄t esse false subiectis ꝓ nullis supponētibus. ¶ Scdō sic: si demōstratio ꝓcederet ex necessarijs seq̄retur ꝙ oīne scibile eēt necessariū ⁊ impossibile aliter se hr̄e. sȝ ꝯn̄s est falsum: igit̄. falsitas ꝯn̄tis pȝ: qꝛ omnia entia naturalia sunt scibilia. ⁊ tn̄ pn̄t aliter se hr̄e: igit̄. ¶ Tertio sic: si aliq̄d scibile eēt necessarium vl illud eēt vle vl singulare. non singulare: qꝛ singularia sunt corruptibilia. nec vle. qꝛ vle est corruptibile ad corruptionē suoꝝ singularium. ¶ Quarto sic. ꝯtingit descēdere de genere in genꝰ: ḡ male dicat aristoteles ꝙ nō ꝯtingit demonstratorē descēdere de gn̄e in genus. an̄s pȝ: qꝛ p principia sciē supioris ꝯtingit dmōstrare passionē de subō sciē inferioris. etiam p principia sciē subalternātis ꝯtingit demōstrare passionē de subō sciē subalternate. ¶ Quinto sic. ꝯclusio demōstrationis aliqn̄ fuit. ⁊ aliqn̄ nō erit: ḡ nulla ꝯclusio demōstrationis est ꝑpetua ⁊ necessaria. ¶ In oppositū arguit̄ auctoritate phi in textu. In q̄ōne erūt tres articuli.

Solutio aliq̄rum difficultatum.

Quantum ad primū sciendum est primo ꝙ ꝓ declaratione q̄stionis soluēde sunt aliq̄ difficultates. Prima. an hec ꝯn̄a sit bona: hoc inest p se: ḡ de necessitate. dr ꝙ talis ꝯn̄a ē bona. qꝛ ibi arguit̄ ab inferiori ad superius affirmatiue. naȝ de p se infert necesse. ¶ Et si q̄s dicat: si talis ꝯn̄a esset bona. seq̄retur ꝙ phꝰs peteret principiū. nam ex ꝓpōnibus de necessario infert ꝓpositiones de p se et ex propōnibus de per se infert ꝓpōnes necessarias. ḡ videt̄ ꝙ arguat circulariter. Ad hoc rn̄detur ꝙ ista ꝯn̄a nō est formalis. hec ꝓpō est de necessario: ḡ est de per se: qꝛ ibi arguit a supiori ad inferius affirmatiue. licet talis possit esse materialis. Nā quādo philosophꝰ probat ꝓpositiōes de per se ex propositionibꝰ de necessario. ibi capit propositiones de necessario vt intrent demōstrationē modo tales sunt de per se. Et quādo dicit̄ ꝙ petit principiū: negatur. naȝ ex propositionibꝰ de necessario que pluribꝰ rationibus sunt probate infert propositiōes de per se nondū aliquo mō probatas. ⁊ ex propositionibus de per se infert

seu probat propositiōes necessarias. modo propositiones necessarie que pluribus rationibus sunt probate sunt notiores illis de per se nōdū vel vnica ratione probatis.

Dubium de ista ꝓpōne sortes ē corruptibil.

Sciendū est secundo ꝙ secunda difficultas est talis: vtrū ista sit p se. sortes est corruptibilis. Et videtur ꝙ nō: qꝛ nō est necessaria ergo nō est per se. an̄s probatur: qꝛ pōt falsificari. nā sorte mortuo ista est falsa. sortes est corruptibilis: igit̄. Pro responsiōe istius: et multarū taliū propositionū: supponit̄ ꝙ si ly corruptibile dicat aptitudinē ipsa est necessaria. sicut ista sortes est risibilis et est p se secūdo modo. sed si ly corruptibile diceret quandā dispositionē vel principiū ad corrūpi. illa nō esset p se. Et si quis dicat: si ista esset p se sortes est corruptibilis: sequeretur ꝙ ista esset vera sortes de necessitate est corruptibilis quod est falsum. quia sua contradictoria est vera scȝ sortes potest esse nō corruptibilis: quia ista est vera sortes potest non corrumpi: ergo etiam ista erit vera: sortes pōt esse non corruptibilis. Respondetur ꝙ non seq̄tur sortes potest nō corrumpi: ergo sortes potest esse nō corruptibilis: quia ly corrumpi dicit actum ⁊ corruptibile dicit aptitudinem vt presuppositum est. ¶ Et si quis dicat sortes de necessitate est corruptibilis: ergo non potest nō eē corruptibilis. ergo potest esse corruptibilis que est falsa: posito ꝙ sortes nō sit: dico ꝙ illa est vera ⁊ bene sequitur. ⁊ dato ꝙ sortes nō sit adhuc potest corrumpi. Si tamen vlterius inuestigaretur forte esset difficile saluare tales ꝓpositiones. ideo illi qui dicunt ꝙ requiritur in talibus propositionibus ꝙ subiectum ꝓ aliquo supponat faciliter se expediunt et multū ꝓbabiliter.

Quō scelligitur ꝙ diffinitō est ꝑncipiū dmō strationis. Diffinitio ē duplex.

Sciendum est tertio ꝙ circa tertiū est alia difficultas talis: qualiter intelligitur ꝙ diffinitio sit principium demonstrationis: et finis seu conclusio ⁊ tota demonstratio positione differens. ¶ Pro cuius solutiōe supponitur ꝙ duplex est diffinitio: quedam est incomplexa cōstituta solum ex vno genere diffinitionum. sicut est ista: aīal rōnale vel ista faciens scire. et talis bene potest esse principium demonstrationis. ⁊ etiam conclusio siue finis demonstrationis: si sumatur cum suo diffinito. alia est diffinitio cōplexa que componitur ex pluribus generibus diffinitionum. seu que cōponitur ex duabꝰ diffinitionibus vnius diffiniti. vnde vnū diffinitum potest habere duas diffinitiones. sicut pro exemplo syllogismus demōstratiuus habet duas diffinitiones. s. faciens scire: et procedēs ex primis veris: et tunc per vnam potest demonstrari alia de diffinito: et tunc illa que erit mediuȝ dicitur principium demōstrationis. et alia sumpta cuȝ diffinito dicitur finis seu conclusio demonstrationis: et nulla talis potest esse tota demonstratio positiōe differens: sȝ ex illis duabꝰ fit vna totalis diffinitio: q̄ sūpta cū diffinito erit totalis demōstratio pōne differēs. i. ordie terioꝝ q̄ si ordi

nentur: tunc ex ipsis poterit fieri vna totalis demonstratio. vt p3 sic dicẽdo: sillus demõstratiuus est faciẽs scire tanq̃ pcedens ex veris 7c. et tũc põt sic fieri tota demõstratio: omne procedens ex veris 7c. est faciens scire: sillus demonstratiuus est huiusmodi: ergo sillogismus dẽmõstratiuus facit scire.

Aliquarũ difficultatũ solutio pro parte declarationis.

Sciendum est quarto q̃ p declaratione textus adhuc soluẽde sunt aliq̃ difficultates. ℂ Prima an scia spãlis vtat̃ aliquo modo pncipijs cõibus. Rñdetur q̃ scie spãles aliquo mõ vtũtur pncipijs cõib⁹. nõ in sua cõitate manẽtibus: s3 vt determinãtur p terminos pprios talis scie spãlis. prima ps p3: q2 scire simplicit̃ est scire p cãm ꝓpriam: s3 principia cõia manẽtia in sua cõitate: nõ pñt esse causa ꝓpria 7 adequata alicui⁹ scie spãlis igit̃. non pñt accipi in aliqua scia pro ꝓprijs 7 adequatis principijs.

Solutio scde difficultatis.

ℂ Scda difficultas: vtrũ ista sit ꝯcedenda: oĩs triangulus p̃mo h3 tres. seu oĩs homo est risibilis. ad quã rñdent aliq̃ q̃ hec ꝓpõ oĩs triangul⁹ p̃mo h3 tres est ꝯcedẽda: 7 sub ea non d3 sic fieri descẽsus: g̃ ysocheles p̃mo h3 tres. q2 illa est falsa. sed sic g̃ ysocheles inq̃tum triãgulus primo h3 tres. Aliter tñ põt dici 7 magis de rigore sermonis q̃ in ista ꝓpõne oĩs triãgulus primo h3 tres. si ly p̃mo tñ valet sicut ly p se illa est vera q2 sensus e⁹: oĩs triãgulus p se h3 tres. si aũt ly p̃mo dicat immediationẽ vel adequationẽ: tũc illa est falsa. omis triangulus primo h3 tres. q2 ysocheles primo. i. adequate non habet tres. Et hec de primo articulo.

Dubium d̃ scibili. Scibilis acceptiones.

Quantum ad scdm dubitatur p̃mo vtrũ scibile seu illud de quo habemus sciam sit eternum 7 ꝑpetuũ 7 incorruptibile. Pro cuius solutione supponitur q̃ scibile capit̃ dupliciter. vno mõ p ꝯclusione demõstrabili. Alio mõ pro subo vel re significata p terminum ꝯclusionis. Hoc supposito d2 q̃ qñ aristoteles dicit q̃ scia ẽ ingñabilium 7 incorruptibiliũ. itelligit de scibili p̃mo mõ. puta de ꝯclusione demõstrabili que vocat̃ scibile totale. na3 talis ꝯclusio demõstrationis ꝓpter q̃d est ingñabilis. i. infalsificabilis: q2 nũq̃ põt esse falsa. ideo capit̃ ibi incorruptibile logicalit̃. vt tñ val3 sicut infalsificabile: vt ista hõ est risibilis d2 esse incorruptibilis. i. ĩfalsificabilis: q2 nũq̃ põt esse falsa. Et si q̃s dicat: talis ꝓpositio põt esse nõ vera cõceditur: g̃ põt esse falsa. non v3 ꝯña. Si q̃s iterum dicat: talis ꝓpõ erit falsa terminis p nullo supponẽtibus. Rñdet̃ q̃ ad tales ꝓpõnes nõ requiritur q̃ termini p aliquo exñte supponãt: s3 sufficit q̃ supponãt pro aliquo inesse cognito: vt alias visu3 est de ꝯsimilibus ꝓpõnibus. ℂ Et si q̃s querat de scibili remoto. s. de subiecto vel re significata p subm ꝯclusionis vtrũ sit gñabile 7 corruptibile. Rñdetur q̃ quodlib3 tale creatũ fm ꝓpriũ eẽ põt corrumpi 7 desinere esse. Etiã q̃tum ad eẽ cognitu3 q̃d h3 in intellectu creato est corruptibile cũ quilibet intellect⁹ creatus possit desinere illud cognoscere. sed fm esse cognitu3 q̃d h3

Alio dubio de co...

in mente diuina nũq̃ corrũpetur. impossibile ẽ enĩ deum non intelligere talia scibilia remota. Cũ res cognita pticipatiue et obiectiue h3 tale esse quale h3 cognitio p quã cognoscit̃: s3 cognitio dei est eterna. 7 ipe de⁹. iõ talia scibilia pticipatiue dicũtur esse eterna. Et similiter dicat̃ de diffinito q̃d est eternũ 7 incorruptibile.

Alio dubium de scia 7 cõclusione.

Dubitatur scdo vtrum illd̃ de quo habemus sciam sit ipa ꝯclusio. vel vtru3 sit res significata ad extra p talem ꝯclusione3. 7 q̃ sit ipa ꝯclusio ꝓbatur: q2 nihil scitur nisi verũ sed sola propõ est vera: igit̃. Scdo sic illud scit̃ p demonstrationem quod iudicat̃ esse verum: sed sola conclusio iudicatur esse vera: igit̃. Item illud scit̃ per demõstratõnẽ in quo p̃dicat̃ passio de subiecto. sed solũ illud est ꝯclusio: igit̃. Ite3 quod oĩno nihil est nõ scitur p demonstrationẽ s3 illud q̃d significat̃ per ꝯclusionẽ vt plurimũ nihil est: igit̃. ℂ In oppositũ arguit̃. nam si conclusio esset obiectum scie seu illud q̃d scitur sequeret̃ q̃ q̃libet sciens actu scia acq̃sita p dẽmõstratione apphenderet ipam ꝯclusionẽ. sed hoc est falsum. vt p3 p experientiã. quãuis enim demonstret ꝯclusionẽ. tñ nõ reflectit̃ sup ipam cõclusionẽ. imo intellectus primo figit se circa significatum ꝯclusionis. 7 primo versat̃ circa illd̃. Item vel apphenderet̃ sola apphensione simplici q̃d nõ est dicendũ. cum talis nõ sit scia vel iudicatiua qua iudicaret ipam esse verã. s3 hoc nõ: q2 notũ est q̃ demonstrãs non sp h3 tale iudicium. Ite3 illud est scibile ꝓpinquu3 de quo prius habet̃ scia. sed de re significata p ꝯclusionem prius habet̃ scia: q2 nõ possumus scire aliquã ꝯclusionem nisi sciẽdo prius. ita esse sicut per illam significat̃. ℂ Pro rñsione d2 q̃ ꝓpõ nõ d2 scibile ꝓpinquum eo q̃ intellect⁹ pri⁹ circa eam versetur q̃ circa res ad extra. na3 bene stat intellectum assertiue vni ꝓpositioni antequã ꝯsideret circa illam ꝓpõnem. vñ rusticus scit multas ꝓpõnes quas non scit se scire. Dicit̃ secundo q̃ ꝓpõ seu ꝯclusio d2 esse scibile propinquum. q2 prius apud intellectũ format̃ q̃ sciatur ita esse in reb⁹ ad extra sicut p eã significat̃. Ex istis faciliter põt intelligi qñ d2 q̃ de cõclusione habem⁹ sciam nõ tanq̃ de illo circa quod primo versat̃ intellect⁹: s3 tanq̃ de illo q̃d p̃mo formatur ab intellectu anteq̃ sciat̃. ita eẽ sicut per talem conclusionem significatur.

An cõtingat dẽmõstratorẽ descendere de gñe in genus.

Dubitatur tertio vtru3 cõtingat demonstratorẽ descẽdere de gñe in gen⁹. Pro cuius declaratione supponit̃ q̃ duplex est genus: sc3 gen⁹ p̃dicabile q̃d natũ est de pluribus predicari. 7 de isto nõ est hic ad ꝓpositũ. aliud est gen⁹ scibile q̃d nõ est aliud q̃ subiectũ attributionis alicui⁹ scie sic q̃ illa que ad ipm attribuuntur dicuntur esse vnius generis scibilis. 7 de isto est hic ad ꝓpositum. Supponit̃ scdo q̃ demonstratorẽ descẽdere de genere in gen⁹: nihil aliud est q̃ p ꝓpria principia vni⁹ scie demonstrare aliquid de subiecto alterius scie. Supponitur tertio q̃ subiectũ vni⁹ scie aliq̃n ꝯtinetur

Quid est dẽmõstratorẽ descendere de gñe in genus.

sub subiecto alteri⁹ scie siue essentialr̃ siue accidentaliter q̃admodum subm̃ scie subalterna te. Et sic dico q̃ tunc bñ ꝯtingit demōstratorez descendere de gñe in genus. Uñ ꝑ ꝓpria principia methaphisice possūt demōstrari passiones de subiectis aliaꝝ sciaꝝ. nō dico passiones proprias: sed trāscendētes seu cōes. Similiter diceret q̃ ꝑ principia scie subalternātis possunt demōstrari conclusiones in scia subalternata. Alie sunt scie quaruz subiecta sunt totaliter diuersa: sicut geometria cui⁹ subm̃ est magnitudo vel linea: ⁊ arismetica cuius subm̃ est numerus. ⁊ in talibus nō ꝯtingit demonstratorez descendere de gñe in genus.

Quot sūt principia dmōstrationis.

¶ Sed q̃reret aliq̃s circa principia demōstrationis verū sint q̃nq;. sc; dignitas. suppō. petitio. q̄stio. ⁊ diffinitio. Et videtur q̃ nō: q: dignitas non ingredit̃ demonstrationē: g̃ nō videt̃ q̃ sit principiū demonstrationis. Item principia sunt q̃ cū sint vera: non ꝯtingit demonstrare. s; diffinitio nō est vā: igr̃ nō est principiū demonstratiōis. Etiam diffinitio nō pōt esse p̄missa demōstrationis: g̃ videt̃ q̃ nō sit principium.

Dignitatis acceptiones.

Rñdet̃ breuit̃ q̃ dignitas potest capi dupl'r. vno modo ꝓprie ⁊ tūc nō est principium ingrediēs demonstrationē: l; bene p̄supponat̃. Alio mō capit̃ large p̄ro oī ꝓpōne immediata. ⁊ sic bñ ingredit̃ demonstrationem. Dicit̃ vlterius q̃ l; principia materialia ⁊ ꝓpinqua demōstrationis sint vā sicut p̄misse demonstratiōis: nō tñ principiū remotū: cuiusmodi est diffinitio. ¶ Aduerte finaliter q̃ ista principia maxime attēdunt̃ ex p̄te adiscentis. nam ꝓpō demōstrabilis q̄n capit̃ ab adiscente vt ꝓbabilis: dr̃ suppō nō simpliciter: s; quo ad adiscens. s; si adiscens nō dissentiat: neq; assentiat: dicitur petitio. sed si adiscens habeat contrariam opinionem: dicitur questio. ¶ Et hec de secundo articulo.

Cōclusio de ꝓcessione dmōstratiōis

Quantum ad tertiū fit cōclusio responsalis demōstratio ꝓcedit ex necessarijs incorruptibilib⁹ ⁊ ꝓprijs. Et hec ꝯclusio satis relinquit̃ ꝓbata ex dictis in articulis. Etiā ad rationes p; q̄d sit dicendum in dictis articulis.

Cōtingere aūt idem simul affirmare ⁊ negare neq; vna q̄dez recipit demōstratio: s; aut si īcipiat demōstrare cōclusionē sic. ostendet̃ aūt accipientibus primū de medio quod verū sit affirmare negare aūt nō verum.

Primuz pncipiuz quō īgredit̃ dmōstratiōē

Stud est octauū capitulū in quo ph'us ostendit q̄nō primū principiū intrat demonstrationē dicens: q̃ istud principiū non ꝯtingit. idem simul esse ⁊ nō eē nō ingredit̃ demonstrationē ostensiuā. qđ ꝓbat: q: si aliqua demonstratio ostensiua vteret̃ illo principio. h esset ex parte maioris extremitatis sic arguendo: omīs homo est aīal ⁊ nō est nō aīal. calias ē homo: ergo calias est aīal. ⁊ nō est nō aīal. vł esset ex parte medij in maiori ꝓpositione vł minoris in minori. sed nullum illoꝝ est dicenduz. q: negatio sumpta cū affirmatione nihil facit quo ad veritatem l; virtute premissaꝝ aliquid faciat ad inferendum talem vel talē ꝯclusionez ¶ Deinde ponit talem cōclusionez primū principium bene ingredit̃ demonstrationez ad impossibile si ꝯtrahatur in tali demōstratione: q: in tali demonstratione aliquid demōstratur verum per hoc quod eius oppositum est falsum: quod nō potest fieri sine p̄mo principio. sed q̃ debeat esse cōtractum: pat; quia demonstratio ostensiua fit ex ꝓprijs termīs: ergo ⁊ demōstratio ad impossibile. pat;: q: demonstratio ad impossibile ⁊ demōstratio ostensiua fiunt ex eisdē terminis.

Conclusio de eodem.

¶ Finaliter ponit quedā incidentia Primū oēs scientie speciales in hoc ꝯueniunt q: cōmunicāt in principijs cōmunib⁹ quibus vtunt̃ nō in sua cōmunitate manētibus sed cōtractis ex illis ex quib⁹ demōstrant. Secūdum incidens: dyaletica ⁊ etiam methaphisica que sunt scientie ꝯmunes vtunt̃ hijs principijs: nō tamē q̃ demonstrēt illa principia cum demonstrent tantuz vnā partem ꝯtradictionis sc; veram. Nam demonstrator nō interrogat de vtraq; parte cōtradictionis. dyaletica vero vtrāq; concludit: nō per eundez sillogismuz. s; per diuersos. Et subdit finaliter q̃ dyaletica non est circa determinātum genus sicut sunt alie scientie speciales. Et hoc intelligit̃ de dyaletica vtēte. ⁊ quo ad applicationē. quia dyaletica est applicabilis ad oēs alias scientias sillogisando et demōstrando ex termīs aliaꝝ scientiarum.

Incidentia de eodem.

Si autem idem est interrogatio sillogistica ⁊ ꝓpositio cōtradictionis ꝓpositiones autem sunt s̄m vnāquāq; sciam ex quibus est sillogism⁹ s̄m vnāquāq; erit vtiq; aliqua interrogatio scibilis ex quibus qui est s̄m vnāquāq; ꝓprius fit sillogismus.

Stud est nonum capitulum in quo philosophus ostendit q̃ sicut demonstratio requirit propria principia. ita req̄rit proprias interrogationes ponens talez cōclusionez. In qualibet scientia sunt proprie interrogationes probat: quia vnaqueq; scientia hab; proprias ꝓpositiones: ergo ꝓprias interrogationes. ꝯñā p;: q: illud qđ primo est interrogatio est: postea ꝓpositio. differunt autez interrogationes a principijs: quia principia alicuius scientie nō possunt demōstrari in illa scientia: sed interrogationes bene demonstrant̃.

Cōclusio ꝓbās in q̄lib; scientia eē proprias īterrogationes. Dr̄ia interrogationū a pncipijs.

¶ Ex quo infert aliqua correlaria. Primū nō oīs interrogatio est geometrica nec medicinalis. ⁊ sic de alijs. sed illa dr̃ geometrica que ex ꝓprijs principijs geometrie demonstrat̃. vel q̄ ex proprijs terminis geometrie est constituta. et proportionabiliter dicatur de alijs interrogationibus. ¶ Secundum correlariū nō perti

Correlaria ex eodem.

tet cuilibet artifici facere quālibz interrogatio
nem neqꝫ ad quālibz rn̄dere. ſz ſolum ad deter
minatas ꝛ ꝓprias illius ſcie. ¶ Tertium corre
lariuz: ſi aliquis diſputet cū habēte geometriā
per principia geometrie: tunc bn̄ diſputat. ſz ſi
nō diſputet ꝑ principia geometrie: nō bn̄ diſpu
tat: q2 ꝑ talem diſputationē nō poterit geome
ter redargui: etiaz de tali diſputatione nō pōt
cognoſci an aliq̄s male aut bn̄ diſputet. Conſe
quēter mouet tres q̄ſtiones circa interrogatio-
Queſtiones circa īterrogatiōes ſcientiaꝝ. nes ſciaꝝ. Prima vtrū ſicut ſūt aliq̄ interroga-
tiones geometrice: ita etiam ſint aliq̄ non geo-
metrice. ꝛ ſimiliter in alijs ſcientijs. ¶ Secūda
q̄ſtio vtrum interrogationes facientes ignoran-
tiam in geometria: ſint nō geometrice. ¶ Ter
tia q̄ſtio: vtrum ſillꝰus ꝓcedēs ex oppoſitis pn̄-
cipioꝝ alicuius ſcie diceret ꝑalogiſmus aut ſil
logiſmꝰ ſm ignorantiā. ¶ Rn̄det pmo quo ad
primā q̄ſtionē ꝙ aliqua eſt interrogatō nō geo
metrica: q2 interrogatio muſica ē interrogatio
Solutio eārūdez. nō geometria: igiꝰ. Ad ſcdam dicit ꝙ dupliciꝰ
interrogationes aliq̄ pn̄t dici non geometrice.
vno modo: q2 nullo mō ſunt geometrie ſicut il-
le q̄ nō ꝯſtituūtur ex termis geometricis. Alio
mō q̄a aliq̄d hn̄t de geometrica tn̄ praue ſicut
ſunt interrogatiōes cōpoſite ex termis geome
trie q̄ tn̄ ſūt falſe: qđ declarat ꝑ ſimile. Nā ariſ
mo: vno mō dr̄ qđ nullo mō ſonat. Alio mō: q2
praue ſonat. Ad tertiā rn̄det: ꝙ ex quo interro
gationes facientes errorē in geometria ſumunt
oppoſita principioꝝ ſillꝰus ꝓcedēs ex illis dr̄ ſil
Quinqꝫ dñe īter ſcias doctrinales ꝛ dyaleticas. logiſmus ſm ignorātiā. ¶ Finaliter ponit qn̄-
qꝫ differētias inter ſcias doctrinales ꝛ dyaleti-
cas. Prima: q2 in ſcientijs doctrinalibus ſiue de-
mōſtratiuis nō fit ꝑalogiſmꝰ. ſz bn̄ in dyaleticiſ.
quod ꝓbat: q2 in ſcientijs doctrinalibꝰ maior ex
tremitas dr̄ vl̄r de medio. ꝛ mediū de miori ex
tremitate. ſz hoc excludit oēm dubitationez in
ſillogiſmo: igiꝰ. Minor ꝓbatur ꝑ ſimile: q2 ſic
in ꝑalogiſmis puta in iſto oīs circulus eſt figu-
ra. carmē homeri eſt circulus: ḡ carmē homeri
eſt figura. excludiꝰ dubitatio per demonſtratio
nem ad ſenſum. puta demōſtrant aliquē circu-
lum in pariete deſcriptum ita in ſcientijs demō
ſtratiuis excludiꝰ dubitatio ſeu latentia ꝑ diffi
Circuli acceptiones. nitionem. vn̄ circulus accipitur dupliciter. vno
modo pro metro. ſicut carmē homeri dicitur cir
culus. alio modo capitur circulus pro linea cir-
culari. Secunda differētia in ſcientijs doctrina
libus nō īfertur inſtātia niſi vniuerſalis. ſed in
dyaleticis infertur inſtātia tam vniuerſalis: ꝙ
particularis: igitur. Tertia differētia: q2 in ſciē
tijs doctrinalibus frequenter omittiꝰ forma ſil
logiſtica. vt probat per exemplū zenonis qui ar
guebat ex puris affirmatiuis in ſecunda figura
q̄ eſt bona argumētatio gratia materie cum ter
mini ſint cōuertibiles. Arguebat ſic: oē quod
generaꝰ in multiplicata analogia cito generaꝰ.
ſed ignis cito generatur. ḡ ignis generaꝰ ī mul-
tiplicata analogia. Sed in dyaleticis nō poteſt
ita omitti forma ſillogiſtica. vnde illa ſunt gna-
ta in mltiplicata analogia qn̄ magnitudo ē mlꝰ
tiplex ad magnitudinē eius ex quo generaꝰ. ſi-
cut ignis genitꝰ ex aere. ī decuplo eſt maior ipo
aere ex quo generaꝰ. Quarta dr̄a in demōſtra-
tionibus doctrinalibꝰ fit facilior reſolutio ꝙ in
dyaleticis. q2 in doctrinalibꝰ fit reſolutio tantū
ad vnū. ſ. ad verū: ſed in dyaleticis pōt fieri re
ſolutio et ad verū et ad falſum. Modo facilius
eſt reſoluere in vnū ꝙ in multa: igiꝰ. Quīta dif
ferētia demōſtrationes doctrinales non pn̄t au
geri per diuerſa media cū in demōſtratione ꝓ-
pter quid et potiſſima ſit tantū vnū mediū. ſed
in ſciētijs dyaleticis poſſunt ſillꝰi dyaletici auge
ri ꝑ diuerſa media cū eadē concluſio poſſit ꝑ di
uerſa media dyaletice augeri poſſunt tamē de-
monſtratiōes doctrīales augeri in poſt aſſumē
do et in latus aſſumendo.

Sed quia differt ꝛ propter q̄d ſci-
re. primum quidem in eadem ſciētia
et in hac dupliciter.

¶ Iſtud eſt decimū capitulum in quo philoſo-
phus ponit duas differentias inter demonſtra Dñe īnꝰ dmōſtratione ꝓpter q̄d ꝛ q2 eſt.
tionem ꝓpter quid ꝛ demonſtrationē quia eſt.
Prima demonſtratio ꝓpter quid procedit per
cauſam ꝓpinquam: ſed demonſtratio q2 eſt ꝓ-
cedit per cauſam remotam: vt oē qđ reſpirat
eſt animal. ſed nullꝰ paries eſt aīal: ergo nullꝰ
paries reſpirat. ecce quomō ibi iſta demonſtra-
tio procedit per cauſam remotam: quia nō eſſe
aīal nō eſt cauſa non reſpirādi: ergo nec eē aīal
eſt cauſa ꝓpinqua reſpirandi. quia ſicut ſe ha
bet affirmatio ad affirmationem. ita ngatio ad
negationez. dat aliud exempluz apud citas nō
ſunt vites: ergo apud citas non ſunt ſibillato-
res. Scđa differentia. quia demonſtratio pro-
pter quid procedit per cauſam. ſed demonſtra-
tio quia eſt procedit per effectum. vt ſi arguaꝰ
ſic. Quecūqꝫ ſtelle non ſcintillant ſunt prope
nos. ſed planete non ſcītillant: ergo planete ſūt
prope nos. hic enim demonſtratur cauſa ꝑ effe-
ctum cum non ſcintillare ſit effectus ꝛ eſſe ꝓpe
nos eſt cauſa: ſi autem conuertatur argumen-
tum erit demonſtratio propter quid. dat aliud
exemplum ſic arguēdo. Quicquid creſcit et de
creſcit per portiones arcuales eſt circularis fi-
gure. ſed luna creſcit ꝛ decreſcit per portiones
arcuales: ergo luna eſt circularis figure: ibi eſt
demonſtratio quia eſt: que ſi conuertatur erit
demonſtratio propter quid. ¶ Ex iſtis infert Correlariū de eiſdem.
vnum correlarium dicens ꝙ demonſtratio pro-
pter quid pertinet ad ſcientiam ſubalternan-
tem: ꝛ demonſtratio quia eſt ad ſcientiam ſub-
alternatam: dat exemplum de ſcientia ſubal-
ternante vt geometria reſpectu perſpectiue et
ariſmetica reſpectu muſice. et aſtrologia reſpe
ctu ſcientie naualis que conſiderat ſigna ſere-
nitatis et tempeſtatis. ¶ Unde iſte ſcientie ſic
ſe habent ꝙ vna earuz conſiderat ſpeciē ꝛ alia
cōſiderat genus. i. ſubiectū ſcientie ſubalternā
tis cōtrahiꝰ ad ſubiectuz ſcie ſubalternate per

Remotio dubij

differentiam accidentalez. ¶ Deinde remouet vnū dubiū. quia ex quo dictū est q demōstratio ꝓpter qd ptinet ad scientiā subalternantē: ⁊ q̄a est ad scientiā subalternataz: ideo crederet aliquis q in sciētia subalternata nūq̄ fieret demōstratio propter qd. Respōdetur q demōstrationes ꝓpter quid bene etiā fiunt in sciētia subalternata: ⁊ hoc capiēdo sciētiam subalternatam large: quia sciētia subalternata respectu vnius bene pōt esse subalternās respectu alterius vt perspectiua que est subalternata geometrie ē subalternans respectu sciētie de yride. Ex istis finaliter īfert q demōstratio ꝓpter qd ⁊ demōstratio quia est: fiunt in sciētijs quaꝝ vna ē subalternās ⁊ alia subalternata. fiunt etiā in sciētijs disparatis vt sunt medicina et geometria. vñ medicus cognoscit q: est illi⁹ ꝯclusionis vulnera circularia tardius sanātur q̄ oblonga. sed geometer cognoscit talem ꝓpter quid.

Figurarū autem magis faciens scire maxime est prima. mathematice enim scientiarū per hāc primā figurā faciūt demōstrationes vt arismetica: ⁊ geometria: ⁊ perspectiua.

Cōclusio ōndens in qua figura debeat fieri demonstratio.

¶ Istud est vndecimū capitulum in quo ph̄s determiat de forma ipsius demōstrationis ostēdendo in qua figura habeat fieri ponēs talem cōclusionē. Prima figura id est primus modus prime figure facit magis scire q̄ aliquis alius. Probat vno signo ⁊ tribus rationib⁹. signo mathematice sciētie que maxime sunt sciētie faciūt demōstrationes per primū modū prime figure. ¶ Prima ratio: illa figura maxime facit scire que facit scire ꝓpter qd. sed prima figura facit scire ꝓpter quid: igitur demōstratio debet fieri in tali figura. ¶ Scd̄a ratio. illa figura maxime facit scire p quā dmōstrat̄ diffinitio d̄ diffinito: sed pr̄ia figura est hmōi igit̄: minor ē ꝓbat. quia diffinitio p̄dicatur vniuersal̄r ⁊ affirmatiue de diffinito. sed solus primus modus prime figure potest cōcludere vniuersalē affirmatiuā igit̄. ¶ Tertia ratio. illa figura magis facit scire qua indigent alie figure: ⁊ que non indiget alijs figuris. sed prima figura est hmōi: igitur.

Sicut autem a. in b. esse cōtingit indiuidualiter sic ⁊ nō eē cōceditur. dico autē indiuidualiter esse vel nō esse: cum nihil est eorum medium.

Propositio negatiua quot modis dr̄ mediata

¶ Istud ē vltimū capitulū huiꝰ primi tractat⁹: in quo ph̄s ostendit aliquam propōnem negatiuam esse īmediatam: ponēs talem conclusionem: sicut alique ꝓpositiones affirmatiue sunt īmediate: ita alique negatiue. ⁊ sicut sunt aliq̄ affirmatiue mediate: ita alique negatiue mediate. Et subdit q ꝓpositio negatiā tribus modis dicitur mediata. Primo quādo subiectuz est in aliquo toto. i. continetur sub aliquo superiori: ⁊ predicatum nō cōtinetur sub illo. vt nullū aīal est quātitas. Scd̄o quādo predicatū est in aliquo toto sub quo nō est subiectum: vt nulla substantia est albedo. Tertio quādo predicatuz est in aliquo toto sub quo non est subiectū: sed est sub alio. vt nullū aīal est caliditas. ¶ Ex quo infert q extremū ꝓpositionis potest contineri sub aliquo sub quo non cōtinebitur aliud extremū. quia coordinationes p̄dicamētorum sunt impermixte. ¶ Finaliter declarat q alique propositiones negatiue sunt īmediate dicēs: q q̄n neutrū extremoꝝ ꝓpositionis cōtinetur sub aliquo toto: tūc ille propōnes dicuntur īmediate. vt nulla substātia est q̄titas: qd̄ probat: quia si tales ꝓpositiones haberēt medium. tūc necesse esset alterū extremoꝝ esse in aliquo toto in quo non est aliud: ⁊ sic posset syllogisari in aliqua figura quod est falsum: igitur.

An sint aliq̄ ꝓpositiōes negatiue īmediate.

Ignorantia autez non ſm negationem sed ſm dispositionem dicta est quidē per syllogismū facta deceptio hec autem in his que sunt primo vel non sunt contingit dupliciter.

Quotuplex est ignorātia ⁊ sex conclusiones d̄ ignorātia praue dispōis.

¶ Iste est scd̄us tractatus hui⁹ libri in quo philosophus deteriat de sillogismo ignorātie: ⁊ cōtinet vnicū capitulū: qd̄ diuidit̄ in duas ptes. In pr̄ia pte dicit q duplex est ignorantia: quedam est pure negationis. alia est praue dispositionis. Et pr̄io ponit sex cōclusiones de ignorātia praue dispositionis. Pr̄ia cōclusio. v̄lis affirmatiua falsa in pr̄ia figura in syllogismo ignorantie cōcluditur ex duab⁹ falsis siue in toto siue in parte. Scd̄a cōclusio: v̄lis negatiua falsa in prima figura cōcluditur p sillogismū ignorātie ex ambab⁹ falsis vel ex vna vera ⁊ altera falsa. Tertia cōclusio. v̄lis negatiua falsa in scd̄a figura cōcludit̄ p sillogismū ignorātie ex ambabus in pte falsis ⁊ ex vna vera ⁊ altera falsa siue fuerit maior siue minor. Quarta conclusio. v̄lis negatiua falsa ꝯcludit̄ in prima figura ex ambabus negatiuis p syllogismū ignorantie in parte falsis. Quinta cōclusio. v̄lis negatiā falsa cōcludit̄ p sillogismū ignorātie. in scd̄a figura ex ambab⁹ negatiuis falsis siue ex vna vera et altera falsa. Sexta cōclusio. v̄lis affirmatiua falsa ꝯcludit̄ in pr̄ia figura p sillogismū ignorātie ex ābab⁹ falsis ⁊ ex vna vera ⁊ altera falsa p mediū nō ꝓpriū. vñ mediū ꝓpriū ē p qd̄ fit sillogism⁹ ꝯdictōis ad ostēdēdū ꝯriā vel ꝯdictoriaz ꝯclusionis. ¶ In scd̄a pte oñdit quō causat̄ in nobis ignorātia pure negationis dicēs q deficiente nobis aliquo sensu a natura necesse ē sciētiam nobis deficere de ꝓprijs sensibilib⁹ illius sensus: ꝓbat q: nos non capimus scientiaz nisi p demōstrationē aut inductionē. sed deficiente nobis aliquo sensu nō pōt fieri aliquid notum nobis de sensibilibus illius sensus per demonstrationē aut īductionē. ꝓbat pr̄io de inductione. q: īductio ꝓcedit ex singularib⁹ q̄ cognoscūtur p sensū: de demōstratōe ꝓbat: q: demōstratio ꝓcedit ex ꝓpōnib⁹ v̄lib⁹: sz ꝓpōnes v̄les cognoscunt̄ p suas singl̄ares. ⁊ singl̄aria p sensū.

Ignorantia pure negatōis quō causat̄ in nobis.

Verũ ea q̄ i textu dicta sūt sint vera.

Queritur vtrũ ea que dicta sūt in textu p̄cedenti sint vera ⁊ sufficienter posita. ¶ Arguitur p̄rio ꝙ non: qꝛ eiusdem rei possunt esse plures diffinitiones. ſ3 quelibet diffinitio pōt esse mediũ ad demōstrādum passionē de subiecto: ergo demōstratiōes possunt augeri ꝑ diuersa media. ¶ Scd̄o sic. affirmatio nō est causa affirmationis: nec negatio negatiōis: ꝗ male dr̄ in textu ꝙ sicut se h3 affirmatio ad affirmationē. ita negatio ad negationem. ¶ Tertio sic. deficiēte sensu nō op3 deficere sensibile illi⁹ sensus: igit̄ poterim⁹ habere sciētiam de illo: ꝯña p3. qꝛ aīa separata h3 sciētiā a sensibilib⁹ ⁊ tñ nō h3 sensum: igit̄. ¶ Quarto sic. aliq̄s homo pōt acquirere scientiā de coloribus ⁊ de figura sensus visus deficiēte: igit̄. Antecedēs p3: quia posito casu ꝙ sortes efficiatur cecus adhuc possūt remanere sp̄es colorꝫ in ei⁹ fantasia mediātib⁹ quib⁹ intellect⁹ poterit cognoscere colores. ¶ Quinto sic. ponatur casus ꝙ sortes a natiuitate careat auditu: visu: ⁊ olfactu: tñ deus poterit creare in aīa eius scientiaꝫ de sensibilib⁹ illaꝝ potētiaꝝ: igitur. ¶ In oppositum est phūs. In questione erūt tres articuli. ¶ Quantum ad primum

Demonstratio ē duplex. Quid est dmōstratio ostensiua. Quid est dmōstratio ad impossibile

Sciendum est primo ꝙ pro declaratione illorum que dicta sunt in textu. supponitur ꝙ duplex est demōstratio. s. ostēsiua ⁊ ad impossibile. Unde demonstratio ostensiua est q̄ facit scire conclusionē ex premissis scitis. vt omne aīal rōnale est risibile: oīs homo est aīal rōnale: ergo oñis hō est risibilis. Sed demōstratio ad impossibile est que ex opposito cōclusionis ꝓbande cum vna necessaria infert vnā falsam ⁊ impossibilē. ex cuius falsitate vel īpossibilitate īfert̄ falsitas ⁊ īpossibilitas alteri⁹ p̄misse ex cuius falsitate infert̄ veritas ⁊ necessitas cōclusionis ꝓbande. vt si q̄s velit demōstrare istā oñis homo est risibilis per īpossibile: accipiat istam: quidā hō nō est risibilis: cum ista oīs homo est rationalis: ⁊ tūc arguat sic: quidā homo nō est risibilis: oīs hō est rationalis: ergo q̄dā rationale nō est risibile. cōclusio est falsa ⁊ īpossibilis: ergo altera p̄missaꝝ: ⁊ non minor: puta ista omīs homo est rationalis: ergo maior. puta ista quidā homo non est risibilis. ⁊ vltra ista est falsa quidā homo nō est risibilis. ergo sua ꝯtradictoria est vera sc3 ista. oñis homo est risibilis et tenet ista vltima ꝯña virtute primi p̄cipij. in quo dicitur ꝙ impossibile est idem affirmare et negare de eodm. ¶ Ex quo sequitur ꝙ duo contradictoria nō possunt simul esse vera. Isto modo tale principium intrat demonstrationeꝫ ad impossibile non in sua cōmunitate manens. sed vt cōtrahitur. Sed circa illud dicit aristoteles ꝙ non intrat demōstrationē ostensiuā: quia vel esset ex parte medij vl̄ maioris vel minoris extremitatis: sed hoc nō: quia negatio nihil facit ad euidentiam conclusionis neq3 alicuius p̄misse: quia affirmatio sumpta cum negatione nihil facit ad euidentiam conclusionis vel premisse id est non habet maiorem euidentiam q̄ ꝓpositio sumpta sine tali negatione: vt ista omnis homo est animal: ⁊ non est nō aīal: nō est mihi magis euidēs q̄ ista: oñis homo est animal: ideo dicebat aristoteles ꝙ affirmatio sūpta cu3 negatione nihil facit ad euidentiam.

Quid requirit̄ ad hoc ꝙ demonstratio dicat̄ ꝓpter q̄d

Sciendum est secūdo ꝙ pro declaratione illorum que dicta sunt in textu: supponitur ꝙ ad hoc ꝙ demōstratio dicatur ꝓpter q̄d non sufficit ꝙ mediū importet causam sic essendi sicut significatur per cōclusionē: sed requirit̄ ꝙ in vna p̄missarum ⁊ cōclusione ponatur terminus causalis importās causam sic essendi sicut ꝑ residuū conclusionis significatur. quia demonstratio ꝓpter quid facit scire cōclusionem ꝓpter q̄d: modo ad scire ꝓpter q̄d non sufficit cognoscere effectū ꝑ causam. ¶ Sed vltra hoc requiritur cognoscere effectū esse a tali causa: ⁊ talem causam esse causam illius effect⁹. Ex isto sequit̄ ꝙ licet eiusde3 rei sint diuerse cause fm̄ diuersa genera causarum: tñ eiusdē cōclusiōis nō possunt esse diuerse demōstrationes ꝓpter quid que quidē demōstrationes habeāt diuersa media diuersas causas importantia. qꝛ fm̄ ꝙ fuerit aliud ⁊ aliud mediū causale fm̄ hoc alter termin⁹ ponetur in cōclusione vel saltē subintelligetur. Et sic ip̄a conclusio diuersificabit̄: et ꝑ ꝯñs nō erit eadē demōstratio. Et hoc forte volebat aristoteles cum dicebat ꝙ demōstrationes non possunt augeri per diuersa media. Ex isto p3 solutio cuiusdā dubij quod solet queri: vtrū eadē cōclusio possit demōstrari plurib⁹ demonstrationib⁹: ad quod dr̄ tenendo istum modum ꝙ nō: quia fm̄ diuersitatē demōstrationū ꝓpter q̄d etiā diuersificantur cōclusiones.

Dubium de demōstratione ꝯclusiōis

Quot modis fit demonstratio qꝛ est

Sciendum est tertio ꝙ demonstratio quia est pōt fieri multis modis. p̄rio qñ est demonstratio causati ꝑ suā causam nō īmediatam sed remotā. ⁊ iste mod⁹ satis pa3 in textu. Et si q̄s dicat talis demōstratio pōt esse ꝓpter quid. qꝛ in cōclusione pōt poni terminus causalis qui facit scire ꝓpter q̄d. dico ꝙ verū est ꝙ potest poni. sed hoc nō sufficit ad hoc ꝙ sit demōstratio ꝓprie ꝓpter q̄d: sed req̄ritur ꝙ sit terminus causalis cause īmediate. ¶ Scd̄us mod⁹ est qñ ē demōstratio cause per effectū. ⁊ iste modus satis p3 in textu. Et aduerte ꝙ istis duob⁹ modis demonstratio ꝓpter q̄d: ⁊ qꝛ est fiunt ex eisdem terminis. ¶ Tertius mod⁹ est quando nō est demōstratio causati per causa3 neq3 cause ꝑ effectum. ⁊ isto mō demōstrationes mathematice dicuntur demonstratiōes qꝛ est: quia in ipsis ꝓprie nō ꝓcedit̄ a causis ad effectu3 nec econtra. Sed ꝓcedit̄ a p̄missis naturali ordine magis cognitis cōclusione. ideo cōīter dicitur demōstratiōes ꝓpter q̄d: nō tñ ꝓprie. īmo magis ꝓpter silitudinē ⁊ cōformitatē quā habent ad demōstratiōes ꝓpter q̄d. qꝛ ꝓcedūt ex premissis ordine cognoscēdi magis notis cōclusione sicut demōstrationes ꝓpter quid. Exemplū triangulus demonstratur habere tres angulos

per hoc q angulus extrinsec⁹ equiualet duob⁹ angulis extrinsecis sibi oppositis: modo certuz est q ille angulus extrinsec⁹ nō est causa quare triangulus habet tres. quia si nunq fuisset ille angulus extrinsecus nō minus triangulus habuisset tres angulos equales. Et si quis dicat scientia p̄missarū in talib⁹ demōstrationib⁹ causat scientiā cōclusionis. q̄ pcedit a causa ad effectū: nego ɔñam qr pter hoc nō dr̄ demōstratio pcedere a causa: vt iam aliqo visuz est: quia tunc omnis demonstratio diceretur pcedere a causa. ɋ p ɔñs diceretur pter quid. ¶ Quartus modus est qñ est demōstratio causati p causam etiā propriā ɋ īmediatā. sed non notificat qm̄ illius est causa: ɋ tunc ista esset demōstratio qr est. oīne aīal rationale est risibile. oīus hō ē aīal rationale: ergo oīus hō est risibilis.

Quotmodis scientia de alteri subalternari

Scienduz est quarto q aliqua sciētia dr̄ subalternari alteri multis modis. Prio qñ vna sciētia cōsiderat de aliquo pter quid: et alia considerat de eodē quo ad quia est: tunc illa que cōsiderat de illo quo ad pter q̄d dicit subalternās respectu illius que cōsiderat de eodem quo ad qr est: vt naturalis ɔsiderat de yride q̄ est corpus vel portio arcus quo ad qr est. qr illud est notū quo ad sensuz. Sed p̄spectiua cōsiderat de eodē quo ad pter q̄d: quia p perspectiuā ostēditur quare yris est portio arcus. et oīnes rationes quas facit aristoteles in tertio metheoroꝝ de yride sunt perspectiue. Nota etiā q vna ɋ eadē scientia habet cōsiderare de eodē quo ad quia est. ɋ quo ad pter q̄d est. vt luna eclipsatur ptinet ad naturalem quo ad qr est: quia cognoscitur per sensum ɋ quo ad pter quid est. sed hoc diuersimode. nam illa ppositio quo ad quia est ptinet ad scientiā naturalem tanq principium illius scientie: sed quo ad propter quid ptinet ad eandem scientiā tanq cōclusio demōstrata in tali scientia. ɋ sic ptz q vna ɋ eadē ppō in vna ɋ eadē sciētia potest esse principium ɋ conclusio. ¶ Scd̄o modo aliq scientia dicitur alteri subalternari: quia vna est de genere ɋ alia de specie. vnde illa q̄ est de gn̄e dicit subalternās ɋ illa que est de specie dr̄ subalternata. ¶ Tertio modo quia vna cōsiderat de aliquo simplici ɋ alia de eodē contracto siue hoc sit per differentiā per se siue per accidens. ¶ Quarto modo: vna sciētia dicitur subalternans: quia per principia vel cōclusiones ei⁹ demonstratur aliqua cōclusio in alia sciētia. et sic geometria dicit subalternās respectu sirurgie. Nam per principia geometrie demonstrat ista in sirurgia vulnera rotūda tardius sanantur q oblonga per hoc q ptes vulnerum circularium magis distāt q partes vulnerum oblongarum. Et hec de primo articulo.

An scia subalternata sit ppue scia

Quantū ad secundū dubitatur primo vtruz scientia subalternata dicatur proprie sciētia: et videtur q non. quia de ente per accidens nō est scientia vt habet aristoteles. 6. methaphisice. sed sciētia subalternata est de ente per accidens: quia est de subiecto cōtracto per differentiam accidentalē cuiusmodi est musica que est de numero sonoro. ¶ Pro responsione est aduertēdum q scientia pōt dupliciter haberi de aliquo. ¶ Uno mō tanq de scibili remoto cuiusmodi est subiectum talis scientie. ɋ sic nō est inɔuenies scientiā haberi de ente per accidens. ¶ Alio mō tanq de scibili totali ɋ sic habetur de totali cōclusione: ɋ tūc scientiā esse de ente p accidēs nō est aliud q scientiā esse de cōclusione cōtingēti. ɋ tunc dubiū est vtrū de tali possit haberi scientia. Nam cum scīa subalternata sit de aliquo cōtracto p differentiā accidētalem de quo nihil pōt dici nisi cōtingēter. videtur sequi q scientia subalternata sit de ɔclusione cōtingenti. Nam de isto subiecto quod ē numerus sonorus nihil pōt dici nisi cōtingenter ɋ propōes q̄ sunt de tali possūt esse false subiecto pro nullo supponēte: videtur etiā sequi q scientia subalternata proprie dicta nō sit vna vnitate generis vel sp̄ei cuz subiectum eius sit ens p accidēs quod nō est neq gen⁹ neq sp̄es. vnde ad scientiā ppriē subalternatā due cōditiones requirunt. Prima q subiectū sciētie subalternate cōtineatur sub subiecto sciētie subalternātis sicut ps in modo. ¶ Secūda cōditio q principia scientie subalternate capiant a principijs sciētie subalternātis. Naz vbi finit scientia subalternās incipit sciētia subalternata. Ex isto sequitur q nulle ppōnes in scientia subalternata sunt per se note. quia tales demonstrantur per principia superioris sciē: ɋ de hoc magis videbitur in. 6. methaphisice: ideo pro nunc maneat materia.

Quemodis scientia pōt haberi de aliquo.

Cōditiones scīe ad sciētiā ppriē subalternatam.

Dubitatur secūdo qualiter intelligenda est regula aristotelis in qua dicitur q si affirmatio sit causa affirmatiōis ɋ negatio erit causa negationis. Ad quam dicitur breuiter q illa regula intelligitur quando affirmatio est p̄cisa ɋ adequata causa affirmatōis: vt si habere pulmonē sit causa p̄cisa respirādi: tūc nō habere est causa nō respirādi. ɋ nō est intelligēda regula de causis nō adeq̄tis. iō nō sequit ignis ē causa caloris: g̃ nō ignis est cā nō caloris. qr sol est nō ignis: ɋ tñ est bene causa caloris. pōt etiā exponi logicalr̄ sic videlicet si propositio affirmatiua inferat propositionem affirmatiuā contradictoria eius infert cōtradictoriam ɔñtis: ɋ tūc solū hz verū in propōnib⁹ cōpositis ex terminis cōuertibilib⁹. ¶ Sed restat alia difficultas vtrū demōstratio possit augeri per media. Et arguit primo q sic. qr ad eandē cōclusionē demonstrandaz possunt fieri plures demōstrationes. quaꝝ vna datur p causam: altera p effectum. Itē aliqua cōclusio est demōstrabilis inter cuius subiectū ɋ p̄dicatū sunt plura media p quoꝝ quolibet pōt demōstrari. vt ista oīs homo est substātia: que pōt demōstrari p hoc mediū aīal ɋ corpus. Item eadez conclusio demōstratur in diuersis scientijs per diuersa media. Ideo demonstrationes possunt augeri p diuersa

Quōmodo intelligitur regula aristo. de affirmatione ɋ negatione.

Utrū demonstratio possit augeri p media.

media. Ad istaz dubitationē rñdetur breuiter q tenēdo ea q̄ dicta sūt: puta q ad hoc q sit demonstratio ꝓpter q̄d ꝓprie dicta reqritur q in vna ꝑmissa τ ꝯclusione ponat̄ termin⁹ causalis q nulla demostratio pōt augeri ꝑ diuersa media. vt iam visum est. Si aūt alia ꝑs teneret̄ id est si nō poneret̄ terminus causalis in cōclusione posset dici q eadē ꝯclusio posset demōstrari per diuersa media incōpleta τ nō totalia τ etiā in diuersis scientijs in vna ꝑ medium ꝓpter q̄d et in alia ꝑ mediū q: est: dubiū est etiā quo mō demōstratio augeat̄ in post sumēdo τ in lat⁹ assumēdo cū nullo illoꝝ modoꝝ maneat eadez demonstratio neq demōstratur eadē ꝯclusio.

Quō intelligit̄ q deficiat nob aliqs sensus.

Dubitatur tertio qualiter intelligēdum est q deficiēte nobis aliquo sensu a natura necesse est deficere sciam de sensibilib⁹ illi⁹ sensus cū nō videat̄ q sensus possit deficere cū nō sit aliud q̄ ipa aīa. Respondetur q dupliciter pōt intelligi q deficiat nobis aliqs sensus. vno mō a natiuitate. τ tunc sensus est. an deficiente nobis aliquo sensu a natiuitate possimus habere sciam de ꝓprio sensibili illius sensus. τ hoc pōt dupl'r intelligi. vno mō sup̱naturaliter et sic dico q nō est necesse deficere nobis sciam de tali sensibili. naz deus pōt in nobis causare noticias taliū sensibilium. alio mō naturaliter et hoc dupl'r. vno mō quo ad ꝯceptus cōes τ cōfusos. τ sic dico q nō est necesse deficere nobis sciam de tali sensibili. naz cecus a natiuitate cognoscit colores quo ad ꝯceptus ꝯfusos: quia cognoscit colorē esse ens. vn̄ cognoscendo ens cognoscim⁹ oīa inferiora ad ens quo ad ꝯceptuz ꝯfusum. ¶ Alio modo pōt intelligi quo ad cōceptus ꝓprios τ distinctos. τ isto mō intelligebat aristoteles: puta si a natiuitate deficiat nobis aliqs sensus necesse est nobis deficere scientiam naturaliter τ quo ad ꝯcept⁹ ꝓprios d' sensibilibus illi⁹ sensus. ¶ Supponit̄ vlterius q

Sensus acceptiones.

sensus pōt capi dupl'r. vno modo pro actu sentiendi seu noticia sensitiua. τ isto modo nō videtur capere aristoteles. ¶ Alio mō pro potētia sensitiua que est quoddam cōpositū ex quadā realitate aīe τ parte corporis vt videtur habere scotus in. 4. τ distinguitur realiter ab anima et potest ista corrumpi corrupta parte corporis et sic videtur capere aristoteles. et de illis potētijs magis videbitur in libris de anima. Et hec de secundo articulo.

Cōclusio tñdē ad predicta

Quantum ad tertium sit conclusio respōsalis illa q̄ dicta sunt ab aristotele ī textu sunt sufficient̄ posita q sat̄ pꝫ ex dictis. ¶ Ad rōnes ante oppositū satis pꝫ solutio in articul'.

Est autez oīs sillogismus per tres terminos et hoc quidem demōstrare possibile est: qm̄ a. inest c. propter id quod est in b. et hoc in c.

Iste est tertius tractatus huius libri in quo philosophus ostendit non esse processus in infinitū in medijs demōstratiōis et diuiditur in tria capitula. In primo hoc principaliter ostendit ponendo aliquas suppositiones:

Huius tractatus diuisio.

¶ Prima. sill'us est ex trib⁹ terminis. Secūda affirmatiua sillogisat̄ ex duab⁹ affirmatiuis. negatiua ex vna negatiua et alia affirmatiua et h' in demōstratione sillogistica quia nō oporteret in demonstratione emptimematica. Tertia ex tribus terminis fiunt due ꝓpōnes que sunt p̄ncipia demōstrationis. Quarta sill'us demōstratiuus et dyaleticus differūt q: sill'us demōstratiuus nō est ex his que p̄dicant̄ per accidēs licz bene dyaletic⁹. ¶ Deinde mouet tres q̄stiones

Remotū trū q̄stionum.

¶ Prima vtrū dato infinito subiecto sit processus in infinitū sursum ascendēdo in predicatis. Secunda questio vtrū dato supremo predicato sit processus in infinitum descēdendo per subiecta illius p̄dicati. Tertia q̄stio. vtrum extremis determinatis possibile sit media esse infinita. Et subdit q predicte questiones possunt moueri taz in negatiuis q̄ in affirmatiuis. sed nō debent moueri in terminis cōuertibilib⁹: quia inter ipsos non est supremū nec infimum subiectum. Cōsequēter soluit predictas questiones.

Solutio earūdem

Et primo soluit tertiā dicens q in affirmatiuis determinatis extremis impossibile est media eē infinita: quia si media essent infinita nunq̄ contingeret deuenire ad vltimū. cum sit impossibile infinita ptransire: ergo si sint extrema determinata necesse est media esse finita. Deīde hoc probat in negatiuis dicens q si sit status in affirmatiuis etiam erit status in negatis. probat inductiue in omni figura: primo in prima. q: in prima ꝯclusio negatiua ostēditur ex maiore negatiua τ minore affirmatiua: sed si in illa affirmatiua sit dabile subiectū de quo p̄rio dicatur predicatum etiā hoc erit in negatiua cū oīs negatiua habeat reduci ad affirmatiuaz. τ hoc declarat in terminis nō significatiuis. Sed posset declarari in terminis significatiuis vt si sit hec cōclusio: nullus hō est q̄titas cōcludētis in prima figura per hoc mediū corpus sic arguendo. nullū corpus est q̄titas oīs homo est corpus: ergo nullus hō est q̄titas huius sillogismi. maior est mediata que iterū pōt probari assumendo illud mediū de quo primo negatur vl'iter quātitas. Et arguit̄ sic. nulla substātia est q̄titas oē corpus est substātia: g̃ nullū corp⁹ est quantitas. ¶ Deinde soluit quādaz obiectionē. posset enī aliquis dicere q licet sit status in eadem figura nō tamē in diuersis. vt sillogisando nūc ꝑ vnam nūc per aliā. Respondet q si quelibet illarum sit finita etiam oēs simul sumpte erūt finite. Finita enī finities sumpta nō sunt infinita. ¶ Cōsequēter ostēdit esse statū in sursum τ deorsum: ponēs hāc cōclusionē. in p̄dicationibus τ demōstrationibus affirmatiuis extrema sunt determinata: ita q non proceditur in infinituz ī p̄dicatis ascendendo neq in subiectis descendendo. Et hoc probat tribus rationibus. quarum prima est. quia si esset processus in infinitum hoc maxime esset in predicationibus essentialibus. sed

Cōclusio ꝓbās eē status in sursū τ deorsum.

Rationes p̄dictam cōclusionē probātes.

Consequenter soluit vnam questionem posset enim quis querere quomodo talia problemata differunt adinuicem. respondet quod non est facile hoc assignare: sed sufficit ea cognoscere inductione et exemplo. et dicit quod dyaleticus solum considerat talia simpliciter. i. quantum ad eorum opinionem et probabilitatem.

Quare in argumentationibus dyaleticis sumuntur propositiones vniuersales.

Et subdit finaliter quod in argumentationibus dyaleticis sumende sunt propositiones vniuersales vt sub ipsis possint sumi propositiones particulares vt omnium oppositorum est eadem disciplina sub qua sumuntur iste: omnium contrariorum eadem est disciplina. omnium priuatiue oppositorum eadem est disciplina.

Secundum instrumentum abundandi.

Quotiens autem negociandum est non solum quecunque dicuntur secundum diuersum modum. sed et rationes eorum temptandum assignare: vt non solum quoniam bonum. alio quidem modo dicitur iusticia et fortitudo.

Considerationes de secundo instrumento

¶ Istud est tertium capitulum in quo determinat de secundo instrumento abundandi. s. de distinctione multiplicis. ponens aliquas considerationes. Prima ad cognoscendum vtrum aliquod nomen propositum dicatur multipliciter inspiciendum est ad suum contrarium: quia si suum contrarium dicatur multipliciter. i. habeat plura significata: tunc etiam tale nomen dicitur multipliciter. exemplum acutum dicitur equiuoce de acuto in voce et de acuto in magnitudine, ergo etiam

obtusum dicet equiuoce. scđm exemplū bonū dr̄ equoce de bono in aīali et bono in domo cui ꝯtrariatur pestilēs. et bono in aīali ꝯtrariat fedum: ꝗ etiam malū dicet equoce. Tertiū exemplū albū dicet equoce d̄ albo in colore et albo in voce: ꝗ nigrum dr̄ equoce. Scđa cōsideratio. si nomen ꝓpositum habeat ꝯtrarium sm̄ vnam significationē et nō sm̄ aliam ipm̄ est multiplex et dat duo exempla. Primū est declarationi q̄ est in potu cōtrariat tristicia que est in siti. delectationi vero que est in speculādo nihil est cōtrarium. ideo hoc nomē delectatio dicitur multipliciter. Secundum exemplum huic quod est amare sm̄ aīam cōtrariatur odire sm̄ aīam. sȝ amare sm̄ corporalē actum nihil est contrariū.

Exēpla secūde cōsideratōis

¶ Tertia consideratio. si noīa cōtraria in vna significatione habent medium et nō in alia: tūc dicūtur equiuoce vt album et nigrum in colore habent mediū sed nō in voce. ideo dicūtur equoce. ¶ Quarta ꝯsideratio: si cōtraria in vtraqȝ significatione habeant mediū: et illud nō sit idē. tunc illa cōtraria sunt multiplicia. ¶ Quinta consideratio si contraria in vna acceptione habeāt plura media: et in alia non habeant nisi vnum mediū: tunc illa sunt multiplicia. ¶ Deinde ponit vnam cōsiderationem ex parte cōtradictionum que talis est. si cōtradictoriū alicuius noīs sit multiplex etiaȝ et tale nomen. vt nō videre vno modo idem est ꝙ non habere visum. alio modo idē est ꝙ non vti visu. ergo videre dicit multipliciter. ¶ Deinde ponit vnaȝ cōsiderationem ex parte priuatiue oppositoꝝ si vnum priuatiue oppositoꝝ dicatur multipliciter et reliquū. vt si sensibile dicatur equoce de sentire sm̄ aīam et sentire sm̄ corpus ita insensibile dicetur multipliciter. Deinde ponit vnā cōsiderationem inspiciēdo ad casum que talis est. si aliquod principale dicatur multipliciter casus ab eo descendēs dicetur multipliciter. vt patet de sanatiuo et sanitate. Deīde ponit tres cōsiderationes ex parte p̄dicamentoꝝ. prima si oppositum ꝓpositi sit in diuersis generib⁹ ipsum est multiplex. scđa si ꝓpositum conueniat rebus diuersoꝝ generuȝ nō subalternatim positorum ipm̄ est multiplex. vt hoc nomē asinus qđ in vna significatione sua est idem qđ aīal et in alia est quoddā gen⁹ vasis. tertia si terminus cōtrarius termīo ꝓposito reperiatur in diuersis generibus non subalternatim positis est multiplex: qr̄ si vnum ꝯtrariorum dicatur multipliciter etiam et reliquū.

Alia cōsideratō ex parte cōtradictionis.

Alia consideratio ex pte priuatie oppositoruȝ

Tres alie cōsiderationes.

Textus.

Differentias autē et in ipsis generibus que sunt ad se inuicem perspiciendum: vt quo differt iusticia a fortitudine. et prudentia a temperantia hec enim omnia ex eodē genere sunt

Duo vltima instrumenta.

Istud est quartū capitalū in quo p̄bus determinat de alijs duobus instrumētis abunādi. s. de differentiaꝝ inuētiōe et similitudinis cōsideratione. Et p̄mo ponit duas considerationes de differentiaꝝ inuentōe. Prima cōsideratio. ꝯsideranda est differentia illoꝝ que sunt eiusdē generis. vt differētia de iusticia fortitudine: prudentia: et temperantia que sunt sub virtute. Secunda cōsideratio. cōsideranda est differentia illoꝝ que sunt diuersorum generum. Deinde ponit duas cōsiderationes ex pte ꝯsiderationis similitudinis. prima est ꝙ similitudo querenda est in illis que sunt diuersorum generū ꝓpinquoruȝ respiciendo vtrū vnū sic se habeat ad aliud sicut reliquuȝ ad aliud. vt sicut se habȝ disciplina ad disciplinatū. ita sensus ad sensatū. Et sicut se habȝ visus in oculo: ita mēs in aīa. Scđa ꝯsideratio oportȝ respicere ad illa que sunt in eodē genere. et si in illis aliquid idē reperiatur illa sunt similia. vt homo et asinus in animali.

Consideratiōes d̄ inuentōe diffarum.

Considerationes ex pte similitudinis.

Textus

Utile aūt quotiens dicitur quidē cōsiderasse ad manifestū. maxime autem quis sciet quid ponatur palā facto quotiens dicitur.

Utilitates predictorum instrumētorum.

¶ Istud est quintū capitulū et vltimū hui⁹ libri in quo determinat de vtilitatib⁹ p̄dictoꝝ instrumētoꝝ dicēs prīo ꝙ multiplicis distinctio est vtilis ad tria. prīo ad manifestādū ꝓpositū qr̄ p manifestationē mlt̄iplicis fit maīfestatū qđ ondit. Secūdo est vtilis ad hoc ꝙ fiat disputatio ad rem et nō ad vocē seu nomē. Tertio ē vtil' ad nō paralogisari. qr̄ si rn̄dēs distīguat mlt̄iplex nō paralogisat. Et subdit ꝙ nō ꝯtigit p vera multiplicia paralogisari: sȝ solū p illa q̄ sūt in vno sensu v̄a et ī altero falsa. Scđo subdit ꝙ paralogisare nō spectat ad dyalecticū. sȝ magis spectat ad sophisticū. Cōseq̄nter dicit ꝙ drārū iuētio est vtilis ad duo. prīo ad sill'os de eodē et diuerso qr̄ ondens diuersitatē aliquoꝝ hȝ media ad ostēdēdū illa nō eē eadē. scđo vtil' est ad diffinitōes qr̄ vnūqđqȝ diffinit p drās ꝓpas p q̄s differt ab alijs. Cōsequēter dicit ꝙ siītudis ꝯsideratio vtil' est ad tria. s. ad inductōem. ad sill'os ex ypothesi. et ad diffinitōes. primū ꝓbat qr̄ p īductōez aliquo simili repto in singularib⁹ infert vl'e. scđm ꝓbat qr̄ p sill'os ex ypothesi siue p sill'os a trāssūpto ostēdit ꝙ illud qđ ꝯuenit vni sil'r ꝯuenit alteri. Tertiū ꝓbat qr̄ in diffinitōe prīo ponit genus vel aliqd loco gn̄is in quo multa sunt similia.

Cui spectat paralogisare.

Ad q̄ est vtilis cōsideratio siītudis.

q

Ueritur vtrū diffinitōes ꝓpōnis dyaletice et ꝓblemat' sint a p̄ho sufficiēter assignate.

Arguit prīo ꝙ nō: qr̄ nulla ꝓpō dyaletica est iterrogatio: qr̄ oīs iterrogatio hȝ moduȝ q̄stionis: sȝ cū ꝓpō dyaletica ponat' i sill'o nō hȝ modū q̄stiōis: igr̄. Scđo sic. diffinitō ꝓblemat' nō ē bona igr̄. aīs pȝ. qr̄ ꝓblema ē ꝓpō speculabil'. ꝗ male dr̄ ꝙ ē speculatō. Tertio sic. si oē ꝓblema eēt speculatio. seq̄ret ꝙ nō haberem⁹ aliq̄ ꝓblemata sciaꝝ practicaꝝ qđ est falsū igr̄. Quarto sic: vbi diffinit ꝓblema dialeticū: ꝗ male dr̄ ꝙ ꝓblema dialeticū ē vnū mēbrū diuidēs ꝓblema. Quīto sic. si diffinitio ꝓblemat' eēt bōa seq̄ret ꝙ oē ꝓblema eēt morale

Questio de diffinitione propositiōis dyaletice et ꝓblematis.

cū solū ꝓblema morale ꝯtendat ad electionē vł fugā. ¶ In oppositū est phūs in textu. In questione erūt tres articuli. Quantum ad primū.

Interrogationis acceptiones.

Sciendum est primo ꝙ pro declaratione diffinitionis ꝓpōnis dyalectice supponitur p̄mo ꝙ interrogatio capit̄ dupl̄r. vno modo ꝓ ꝓpōne cui addit̄ signū interrogatiuū ⁊ sic capit̄ in diffinitione ꝓpōnis dyalectice ita ꝙ est sensus ꝓpositio dyalectica est interrogatio .i. ꝓpositio cui addit̄ signū īterrogatiuū. Alio mō capit̄ pro aggregato ex signo interrogatiuo et ꝓpōne interrogata. ⁊ sic nō capit̄ in diffinitiōe ꝓpōnis dyalectice: q2 vt sic nō pōt poni in sillo dyalectico. Supponit̄ scdo: ꝙ ꝓbabile capit̄ dupl̄r. vno mō vt est ꝓpriū ꝓpōnis dyalectice cōuertibile cū ipā ꝓpōne dyalectica. ⁊ sic nō capit̄ in diffinitione ꝓpōnis dyalectice. q2 tūc esset nugatio cū diffinitio adderet̄ imediate diffinito. Alio mō capit̄ large ꝓ oī ꝓpōne q̄ est apparet̄ probabilis. ⁊ sic capit̄ in diffinitiōe ꝓpōnis dyalectice. ita ꝙ est sensus. ꝓpō dyalectica est interrogatio ꝓbabilis .i. ꝓpō interrogata apparent̄ seu vere ꝓbabilis.

Quot modis intelligitur aliquid eē manifestū omibus.

Tertio supponit̄: ꝙ aliquid esse manifestū omibus pōt intelligi dupl̄r. vno mō certitudinaliter ⁊ indubitāter. ⁊ sic propositio q̄ videt̄ sic oībus nō est dyalectica. Alio mō cū formidīe de opposito. ⁊ sic ꝓpō q̄ videt̄ oībꝰ isto mō dr̄ esse dyalectica. Ex q̄bus p3 ꝙ diffinitio ꝓpōnis dyalectice est sufficiēter posita.

Suppositiōes declarantes diffinitionem problematis

Sciendum est scdo ꝙ pro declaratione diffinitionis ꝓblematis supponit̄ primo ꝙ phūs hic accipit ꝓblema dyalecticū ꝓ ꝓpōne ꝓbabili cū formidiue termīabili ꝑ rōnes ꝓprias ⁊ dyalecticas siue cōponat̄ ex termīs logicalibus siue nō. ⁊ sic capit̄ problema dyalecticum cū diffinit̄ in textu. Alio mō pōt capi ꝓ ꝓpōne probabili cū formidīe termīabili ꝑ ꝓprias rōnes cōpositas ex termīs logicalibꝰ. ⁊ sic capit̄ cū dr̄ ꝙ problema dyalecticū est vnū mēbrū diuisionis problematis. Supponit̄ scdo: ꝙ in diffinitione problematis nō capit̄ speculatio prout distinguit̄ cōtra praxim. s3 capit̄ pro propōne speculabili vel cognoscibili ꝑ rōnes ꝓbabiles ad vtrāq3 ꝑtem ꝯtradictionis. ¶ Supponitur tertio. ꝙ problema accipit vtrāq3 ꝑtem cōtradictionis: sc3 affirmatiuā ⁊ negatiuam inter quas fit disputatio ⁊ ꝯtentio. ideo in diffinitione problematis ponit̄ iste terminꝰ ꝯtendēs. Ex quo p3 ꝙ ꝑ p̄dictam diffinitionē phūs nihil aliud intēdit nisi ꝙ ꝓblema est propō speculabil̄ pro vtraq3 parte ꝯtradictionis. Alie particule sunt declarate in textu. na3 per hoc quod dicit ad electionem vel fugam tāgit problemata moralia que possunt disputari per rōnes probabiles ad vtrāq3 partem. Et ꝑ hoc ꝙ dicit ad veritatem ⁊ sciam intelligit problemata phisicalia que per rōnes probabiles possunt probari ad vtramq3 partem cōtradictionis. ⁊ per hoc ꝙ dicit amminiculans tanguntur problemata dyaletica. ex quo pat3 ꝙ diffinitio problematis est sufficienter posita.

An omis ꝓpositio dicat̄ dyaletica.

Sciendum est tertio ꝙ circa textū incidunt aliq̄ difficultates. prima vtrū oīs propositio possit dici dyaletica. Et arguit̄ p̄mo ꝙ sic: q2 ome illud qđ ꝯstituit̄ ex aliquo p̄dicatoꝝ est dyalecticū sed oīs ꝓpō est hmōi: vt p3 ꝑ phm in p̄ncipio huiꝰ dicentē ꝙ p̄dicata sunt ex quibus fiūt ꝓpōnes ⁊ ꝓblemata. ¶ Ad dubiū dr̄ ꝙ aliquā esse ꝓpōnem dyalecticā pōt intelligi dupl̄r. vno mō q2 ꝯstituit̄ ex termīs logicalibꝰ et isto mō nō oīs ꝓpō est dyaletica. nec isto mō capit phūs ꝓpōnem dyaleticā. Alio mō capit̄ ꝓpō dyaletica pro omi ꝓpōne probabili ꝑ rōnes gn̄ales ⁊ probabiles q̄ nō sunt demōstratiue. ⁊ isto mō oīs ꝓpō ꝯstituta ex aliquo p̄dicatoꝝ exn̄s tm̄ dubia ꝓbabilis dr̄ dyaletica. ⁊ isto mō capit̄ propō dyaletica a phō in textu.

Quot modis intelligitur ꝓpositionē esse dyaleticam.

Alia difficltas de oppositis

Sciendum est quarto ꝙ scda difficultas est ista. vtrū si vnū oppositoꝝ dicat̄ multipl̄r ⁊ reliquum .i. qđ sub alijs verbis dr̄ ꝙ tot modis dr̄ vnū oppositoꝝ quot modis dr̄ ⁊ reliquum. ⁊ videt̄ ꝙ nō: q2 tunc essent tot hoīes albi sicut nigri cū albū ⁊ nigrū sint opposita. Pro solutione dr̄ breuiter ꝙ vnū oppositoꝝ dici tot modis sicut ⁊ reliquū pōt intelligi dupl̄r. vno mō q̄tum ad multitudinē oppositoꝝ. ⁊ sic non opz. nō eni opz ꝙ si sint quattuor albedines vł tria alba vel quattuor alba ꝙ tot sint nigredines vel nigra. alio mō pōt intelligi q̄tum ad significata: ⁊ sic dico ꝙ tot modis dr̄ vnū oppositorum quot modis dr̄ ⁊ reliquū .i. si vnū oppositorum sit equiuocū ad tria significata etiam et reliquum. Et hec de primo articulo.

Vnū oppositorū dici tot modis sicut et reliquū q̄t modis intelligit̄.

An tātū sint due spēs argumētationis.

Quantū ad scdm dubitatur p̄mo vtrum tantū sint due spēs argumētationis. et videt̄ ꝙ nō. q2 aristoteles in scdo prioꝝ ponit quattuor. Vn̄ pro solutione supponit̄ vt visum est summulis ꝙ omnis ꝓpositio cuiꝰ subiecto addit̄ dictio exclusiua est distinguenda: q2 pōt esse de subiecto excluso vel exclusiua. vn̄ si ista sit de subiecto excluso est vera: ⁊ est sensus aliqua que tm̄ sunt duo sunt spēs argumētatiōis si sit exclusiua est falsa. ⁊ est sensus due sūt species argumentationis ⁊ nō sunt plures. nec aristoteles posuit illa3 exclusiuam. sed bn̄ dicit ꝙ sunt due spēs argumētatōnis. ⁊ ꝑ illas duas intelligit alias duas. puta ꝑ sillogismū emptimema ⁊ ꝑ inductionē. exemplū de istis satis visū est in scdo prioꝝ. Et si arguatur impossibile est nō si tantū due sunt spēs argumētationis due sunt spēs argumētationis: ergo ista est necessaria. si tm̄ due sint spēs argumētationis due sūt spēs argumētatōnis: ergo ista est necessaria tm̄ sūt due spēs argumētōis. ¶ Pro solutiōe supponit̄ ꝙ ꝯditionalis ē duplex q̄dā ē affirmatia ⁊ q̄dā est negatiua. vn̄ ad veritatē cōditionalis affirmatiē requirit̄ ꝙ qualitercūq3 ꝑ an̄s significatur esse impossibile est ita esse quin ita sit sicut per ꝯn̄s significatur. Ex quo sequit̄ ꝙ oīs conditionalis affirmatiua vera est bona ꝯn̄a. s3 ad veritatē cōditionalis negatiue req̄rit̄ illđ quod requirit̄ ad falsitatem affirmatiue puta

Cōditionalis acceptōes.

Quomō intelligit omnē cō ditionalē verā eē necāriaʒ.

ꝙ possibile sit ita esse sicut ꝑ añs significat qn ita sit sicut ꝑ ꝯñs significat. Et ad falsitateʒ illud qđ reqritur ad veritatē affirmatiē. Ex quo seqtur ꝙ qñ đr ꝙ oīs ꝯditionalis vera est necessaria: hoc intelligit̄ de ꝯditionali affirmatiua. nam nulla ꝯditionalis negatiua est ꝯña necessaria vt dicūt aliq. nam ad hoc ꝙ aliqua propō sit ꝯña reqritur ꝙ in ea nota illationis teneat̄ illatiue sic ꝙ negetur. ideo ibi nō est ꝯña. impossibile est nō si tantū due spēs ⁊c. sed dicūt aliquí ꝙ ibi est tantum vna propositio cathegorica significans ꝙ hec est impossibilis si tantum due sunt spēs argumētatiōis due sūt spēs argumētatiōis. ſʒ magnū est dubiū qūo illa sit cathegorica cuʒ contradicat ypothetice. ideo resolutionem quere.

Dubiū ꝰ ista due sunt spēs argumētationis.

Dubitatur scđo vtrum ista sit vera due sunt spēs argumētationis. Et arguit̄ ꝙ nō bñ sequit̄. nō due sunt spēs argumētationis vl due sunt spēs argumētationis: ḡ nō due sūt species argumētationis. ꝯña ꝓbatur: qꝛ ex opposito ꝯsequētis infert̄ oppositū antecedētis: igit̄. ꝯsequētia ꝓbatur: qꝛ oppositum ꝯsequētis est istō. due sunt spēs argumētationis. ⁊ ad istam due sunt spēs argumētationis seqtur ista due sunt spēs argumētationis vel due sunt species argumentationis. qꝛ qūbet cathegorica infert vnam disiunctiuā cuiꝰ ipa est pars. ¶ Pro cuius solutione supponit̄ ꝙ duplex est disiūctiua

Duplex ē disiūcti.

scʒ affirmatiua ⁊ negatiua. vñ ad veritateʒ disiunctiue affirmatiue sufficit alterā partē ꝑncipalem esse verā. sed ad falsitatē reqritur vtrāq partē ꝑncipalem esse falsam. ſʒ ad veritateʒ disiunctiue negatiue sufficit ⁊ requirit̄ ꝙ vtraq pars eiꝰ principalis sit vera. ⁊ hoc ꝑm illos q̇ tenēt ꝙ negatio posita in principio ypothetice negat oēs copulas tam cathegoricas q̄ ypotheticas ⁊ ꝑ oppositū dicet̄ đ eiꝰ falsitate.

Suppositio de disiunctiua affirmatiua.

Supponitur scđo ꝙ disiunctiua affirmatiua equalʒ copulatiue affirmatiue de ꝑtibus cōtradicentibus: ⁊ hoc in cōsequendo sed nō in significādo sed disiunctiua negatiua eq̄ualet etiam copulatiue: ideo pōt respōderi ꝙ prima cōsequētia est bona. puta nō sunt due spēs argumentationis vel due sunt species argumētationis: ḡ non due sūnt spēs argumētatōnis. ¶ Et si quis dicat: ibi arguitur a tota disiūctiua ad alterā partem. respondetur ꝙ verum est a tota disiunctiua negatiua que equiualet copulatiue. ideo bene sequitur.

Quot sūt instrā abundādi in sillis. Quid est instrumentum abūdandi.

Dubitatur tertio vtrum sint tantū quattuor instrumenta abundandi in sillogismis dyaleticis. ¶ Pro cuius solutione supponitur primo ꝙ instrumētum abundādi est regula per quam abundamꝰ vel scimāꝰ inuenire ꝓpter plures propositiones dyaleticas: ⁊ quia aliqua conclusio pōt multis modis probari: ideo dyaleticus indiget instrumentis quibus faciliter poterit sillogisare ⁊ probare illam ꝯclusionē. ¶ Supponitur scđo: ꝙ sumptio prepositionū capitur dupliciter. vno modo generaliter pro quacūq; acceptione propositionum siue necessariarum siue ꝓbabiliū siue verarum siue falsarum. ⁊ sic cōuenit tam demonstratori dyaletico q̄ sophiste. nec isto modo capitur hic. alio modo capitur ꝓ acceptione propositionū dyaleticarum ⁊ probabilium quibus abundamus in sillogismis dyaleticis: ⁊ sic capitur hic. Et si quis querat vtrum sumptio terminorum debeat dici instrumentum abūdandi sicut sumptio propositionum. Respondetur ꝙ sic. ⁊ intelligitur per sumptionem propositionum.

Sūptio ꝓpōnum quot modis capit̄

¶ Supponitur tertio. ꝙ differentiarum inuentio et similitudinis consideratio dupliciter capiuntur vno modo ꝑm ꝙ inuestigantur per eorum propria principia et sic pertinent methaphisico. Alio modo inq̄tum per ipsas possumus accipere multas propositiones dyaleticas ex quibus possumus facere sillogismum dyaleticum. et sic pertinent ad dyaleticum. Similiter distinctio multiplicis pertinet ad sophistam: vt redarguat aut caueat redargui ⁊ pertinet ad dyaleticum ꝑm ꝙ ex eius distinctione possunt sumi plures propositiones dyaletice.

Dr̄iaꝝ inuentio et simitudinis ꝯsideratio qt mō[illegible]

¶ Quarto supponitur: ꝙ cum dicat philosophus in textu ꝙ tria vltima instrumenta abundandi reducuntur ad sumptionem propositionum non debet intelligi formaliter: sed quodammodo ordinatiue: quia ordinantur ad sumptionem ꝓpōnuʒ.

Quomodo intelligr̄ instrumēta abūdādi redui ad sumptione ꝓpositionū

Quantum ad tertium articulum sit conclusio responsalis. diffinitio propositionis dyaletice ⁊ problematis sunt a philosopho in textu sufficienter assignate: vt patet in articulis. ¶ Et ad rationes ante oppositum patet solutio in articulis.

Cōclusio de ꝓdictꝭ

¶ Et sic est finis primi thopicorum.

S Unt autem problematum alia quidē vl'ia. alia vero ꝑticularia. vl'ia quidē vt qm̄ omnis voluptas bonū est et qm̄ nulla voluptas bonū. particularia vero vt quoniam quedam voluptas bonū. ⁊ quoniam q̄dam voluptas non bonum.

Prob'ca tum diuiso

I Ste est secundus liber thopicorum aristotelis in quo docet terminare problemata accidentis et problemata simplicis inherētie. Et diuiditur in quattuor tractatus. Primus continet vnum capitulum in quo primo ponit talem diuisionem. Problematum quedam sunt vniuersalia. ⁊ quedam particularia: exemplum de vniuersalibus vt vtrum omnis voluptas sit bona vel nō. exēplum de particularibus: vt vtrum aliqua voluptas sit bona vel nō. Et subdit ꝙ quodlibʒ illorum est duplex scʒ affirmatiuū ⁊ negatiuū. sub-

Diuisio secūdi libri thopicorum.

dit etiā q prius determinandū est de pblematibus vniuersalibus negatiuis q affirmatiuis: qa illa magis ptinent ad opponētes cū opponens magis habeat pbare partē negatiuā q affirmatiuā. ¶ Deinde cōparat problēata accntis ad pblemata aliorum pdicatorum. dicēs q difficile est terminare pblemata accidētis. qr in ipis nō valet pña ab inesse ad esse. vt nō sequitur. albedo inest ethiopi: g ethiops est albus. sz in pblematibus aliorum pdicatorum ab inesse ad esse valz pña vt bñ sequitur aial inest homini: g hō est aial. Deinde ponit duo peccata que pñt accidere in pblematibus dyaleticis. pmū est mētiri: scdm est trāsgredi cōem locutionē hoc est appellare res noibus extraneis vt noiare hoiem platanum .i. arborem euersaz. Et ponit tales pideratione z. si aliquid assignetur inesse vt accidēs. et insit sm modum alterius predicati pblema est destruendum etiā si genus assignet inesse sue speciei vt accidēs pblema est destruendū: qr assignare genus sue speciei per modū denoiatiui mala est assignatio: vt sic dicendo albedo coloratur. Ex isto textu elicitur ista auctoritas. Genus nō predicatur denominatiue de sua specie.

Comparatio problematis accidētis ad alia pblemata

Pctā circa problemata dialetica ac...

Auctoritas.

Alius vero locus est inspicere quibus inesse aut omnibus aut nulli dictum est. considerare autem sm species et nō in infinitis.

Quō terminātur pblemata per locum a toto i quātitate.

Iste est secundus tractatus in quo docet termiare pblemata simplicis inherentie. Et diuidit in quinqz capitula.

i

Tractatus diuisio.

In primo docet termiare problemata p locum a toto in quātitate ponēs talem pfiderationez. Si aliquod predicatū assignet inesse omni aut nulli videnduz est si sit instātia in spēbus et postea in indiuiduis. et si nō sit instantia cōstruendum est problema. si vero sit instantia destruēdum est. vt vtrum omnium oppositorum sit eadem disciplina. respiciendum est ad species oppositorum. et postea ad indiuidua et si nō sit instantia construendum est: si vero sit instantia destruendum est. Et subdit q prius inspiciendum est ad species q ad indiuidua: qr species sunt pauciores q indiuidua. modo facilius est inspicere ad pauca q ad plura.

Alius diffinitiōes facere accidētis et cui accidit: aut vtriusqz sm vtrūqz aut alterius. deinde cōsiderare si quid nō verz in diffinitionibus vt verz sumptum sit. vt si est deo iniusticiā facere: quid iniusticiā facere diffinendū.

Quō terminātur pblemata p locuz a diffōne.

Istud est secūduz capitulū in quo docet terminare pblemata simplicis inherentie per locū a diffinitione. ponens talez cōsiderationē. Si aliquod predicatum assignetur inesse subiecto videndū est si diffinitio talis predicati pueniat subiecto. si sic construendum est problema. si nō destruendū est, vt si quis dicat deū facere iniusticiā oportet videre quid sit facere iniusticiā. Unde facere iniusticiā est alteri sponte nocere. et quia deus nulli nocet. iō nulli facit iniusticiā. aliud exempluz. vt si velimus scire vtruz studiosus sit inuidus oportz videre quid est inuidia. vnde inuidia est tristicia de apparenti prosperitate alicuius. et qr hoc nō puenit studioso iō studiosus nō est inuidus. aliud exēplum. vt si velimus scire vtz reprehēsor sit inuidus oportz scire quid sit inuidus. vnde inuidus est qui tristatur de psperitatibus bonorum. et reprehensor est qui tristat de prosperitatibus malorum ideo reprehensor nō est inuidus. Deinde ponit tria documēta. pmū si in diffinitione ponatur aliquod ignotum: tūc loco illius debet poni manifestū. secundū si aliqua ppositio vlis habeat instantiam vt velimus per ipsam aliquid pbare sumēda est cum sua instantia. nam instātia querit argumentū respondentis. Tertiū in diffinitionibus vtendū est noibus vt plures. Nam loquēdū est vt plures: sapiendū vero vt pauci.

Consideratio de eodem.

Quid est inuidia.

Quid est inuidus.

Documēta de eodē

Amplius si multipliciter dicatur aliquid propositum: positum autem sit. quoniam inest aut quoniam non inest: alterum monstrare eorum que multipliciter dicuntur si in vtraqz nō contingat.

¶ Istud est tertiū capitulū in quo docet terminare problemata simplicis inherētie inspiciendo ad multiplex. Et docet pmo inspicere ad multiplex sm equiuocationē: ponēs talē cōsiderationē. Si in aliqua ppōne ponat aliqd multiplex sm equiuocationē. et q lateat respōdētē. tunc opponēs pōt ipsam construere in vno sensu et destruere in alio sensu. Aduerte tñ q si debeat construi in vno sensu et destrui in alio opz q respondens concedat eam esse veram in vno sensu. Scdo subdit aliam considerationem. si multiplex non lateat respondentem. tunc opponens debet ipsam distinguere et distinctione facta debet ipsam construere vel destruere. vt si q ratur vtrum omne oportunum sit expediens. ibi ex parte illius termini expediens distinguēdum est: quia expediens dicitur equiuoce de expediente vtili et de expediente honesto. Et sm hoc possunt construi propositiones vel destrui. ¶ Deinde ponit vnam considerationem inspiciendo ad multiplex amphibologicum dicens q si multiplex amphibologicum lateat respondentem: tunc debemus distinguere. et si velimus construere debemus aspicere ad significationē sm quam predicatum inest subiecto. et si velimus destruere debemus aspicere significationem sm quam predicatum non inest subiecto. vt vtrum disciplina sit vna plurium talis est distinguenda: quia disciplina potest esse vna plurium vnius vt finis et alterius vt medij ordinati in finem. Ideo ad construendum eam sufficit aliquam vnum sensum concludere. Sed si velimus illam destruere oportet ostendere

Quō terminātur pblemata inspiciendo ad multiplex.

Alie cōsideratiōes de eodez.

Alia cōsideratio ī spiciēdo ad multiplex āphibologicū.

q nullo illorū modorū disciplina est vna. ¶ Finaliter ponit vnā consideratione circa locum a transsumptione dicens q si aliquid ponatur in esse alicui subiecto sub nomine obscuro nos debemus illud nomen transferre ad nomē euidentius siue notius vt loco huius termini inuestigare debem⁹ ponere illum terminū inquirere.

Alia cōsideratō circa locū a a transsūptione.

Ad ostendendū aūt cōtraria eidez inesse considerandum in genere. vt si velimus ostendere quoniaz est circa sensum rectitudo et peccatuz sentire autē iudicare est. iudicare aūt est recte et non recte: et circa sensuz erit rectitudo et peccatum.

Considerationes ad terminandum pblema simplicis inherentie per locum a genere ad speciem.

Stud est quartū capitulum in quo docet determinare pblemata simplicis inherētie p locū a genere ad spēm. Et ponit primo talem ɔsiderationem: si cōtraria assignētur inesse alicui spēi videndū est vtrū insint generi eiusdem spēi: si sic cōstruendum est pblema. si nō destruendū est: vt si velimus videre an rectū et non rectū insint ipi sentire videndū est an insint iudicare eo q iudicare est genus ad sentire: qui enī sentit iudicat. Scda ɔsideratio: si aliquid assignetur generi videndū est si insit spēi: si sic cōstruendum est pblema. si nō destruēdū est pblema. ¶ Scdo ponit tres regulas. quaꝝ Prima est. si genus predicetur de aliquo oportet aliquā spēm eius de eodem pdicari. Secunda est. quecūqꝫ habent aliquod gen⁹ necesse est habere aliquā spēm illius generis. Tertia. de quocūqꝫ pdicatur genus denoīatiue de illo pdicatur aliqua species denominatiue. vt si quis dicat animam moueri necesse est eam aliqua specie motus moueri.

Regule de eodez.

Considerandum autē in proposito quo existente necesse est positum esse aut qd ē ex necessitate si ppositū est.

Consideratiōes d eodem p locum ab āñte ꝛ cōsequente

Stud est quītū capitulū ī quo phs docz terminare problemata simplicis inherētie per locuz ab antecedente ꝛ ɔñte ponēdo aliquas cōsiderationes. quaꝝ Prima est si velimus ɔstruere ɔñs debemus primo cōstruere āñs. Nam āñte cōstructo ꝛ probato cōsequēs erit pbatum. Secūda cōsideratio. si velim⁹ destruere āñs debem⁹ primo destruere ɔñs. nam destructo ɔñte āñs erit destructū. Tertia est. in assignādo ɔñs vel āñs inspiciendū est ad tēpus scz vtrum āñs possit esse verū in aliquo tpe sine ɔñte. ꝛ si sic male est assignatuz p āñte vt si nutriri assignetur p āñte ad hoc qd est augeri mala est assignatio. Nam aīalia semp nutriuntur: sed nō semp augētur. ¶ Deinde ponit vnā cautelam opponētis dicens q opponens debet ducere respondentē ad illud quod est sibi magis manifestū. Et hoc oz fieri qñ respōdēs negat illud qd est necessariū ad ostendendū ppositum vel saltē apparēs. ¶ Deinde ponit vnum documentū dicēs q oportet opponentem cauere ne assignet āñs difficilius ad pbandū q sit ɔñs: qr tūc mala esset assignatio. ¶ Finaliter ponit alias considerationes. Prima. si dubiū sit vtrum vnum cōtrariorum insit vel nō insit subiecto facile poterit ostendi posita cōstātia subiecti. Secunda cōsideratio. opponēs debet trāsferre nomen obscurū in nomē clarum vt facili⁹ possit sumere argumentū ad pbandū ppositū vt loco huius termini magnanimus debet poni hoc cōplexum habens magnum animum.

Cautela opponētis.

Documētum.

Alie cōsideratiōes de eodez.

Queritur vtrum in accidētib⁹ ab inesse ad esse valeat ɔña. i. vtrū ista ɔña sit bona albedo īest hoī: g hō ē alb⁹. Et arguit pmo q sic: quia idez est inesse ꝛ pdicari vt vult aristo. primo prioꝝ. g bene sequit q si albedo inest hoī q hō est albus. Scdo sic. bene sequitur hō nō est albus: g hō est nullū album. et vltra hō est nullū albū: ergo hō nullā hz albedinez. ꝛ per ɔñs nulla albedo inest hoī: igitur ex opposito ɔñtis infertur oppositum āñtis. scz albedo inest hoī. g hō est alb⁹. Tertio sic. albedo inest hoī simplr: g hō est albus: igit bene sequit albedo inest hoī: g hō est alb⁹. Quarto sic. si talis ɔña non valeret hoc maxime esset qr albedo inest hoī fm ptē. sz hoc nō: qr cimitas inest hoī fm ptē. ꝛ tñ bñ seqtur cimitas inest hoī: g hō est cimus. Quinto sic. qr si albedo īsit scuto p media pte totū scutū ē albū: g inesse fm ptē nō īpedit q accñs pdicet de subo. āñs ptz: qr scutū p media pte albū ē coloratū. g aliquo colore ꝛ nō nisi albedīe: g scutū est albū. ¶ In oppositū est phūs in textu. In questione erunt tres articuli. ¶ Quantum ad primum

An in accidētib⁹ ab inesse ad esse sit bōa ɔña.

Sciendum est primo q p declaratione tituli qstionis supponit pmo q iesse capit dupl'r. vno mō scdē intētional'r vt idē est q pdicari. ꝛ isto mō nō capit hic. qr idē eēt qrere vtrū valeat ɔña a pdicari ad pdicari. alio mō capit pmē ītētional'r vt idē est qd eē in alio fm aliquē modū eēndi in. Supponit scdo q qrere vtꝝ ab inesse ad eē valeat ɔña in accñtib⁹ est qrere vtꝝ a ppōne significāte accidens inherere subo ad pponem in q pdicat accñs de subo valeat ɔña cuiusmōi est ista. albedo inest hoī: g hō est alb⁹. Supponit tertio q triplicia sūt accidētia. quedā sūt q determiant sibi ptē pricipalē vt scie q determināt sibi aīam. ꝛ de istis dr q ab iesse ad eē valet ɔña. vt bñ seqtur scia inest aīe hoīs: g hō est sciens. alia sunt q determināt sibi ptez min⁹ pricipalem. vt cecitas: surditas: ꝛ cimitas: ꝛ de istis dr q ab inesse ad esse valet ɔña. vt bene sequitur cimitas inest hoī: ergo homo est cimus. Alia sunt que indifferēter couenīūt toti et parti cuiusmodi ē albedo ꝛ nigredo. Et de istis dicitur q ab inesse ad esse nō valet ɔña: vt nō sequtur: albdedo inest hoī: g hō est alb⁹: alia sūt etiā accidētia respectiua q determināt sibi totū captū cathegorematice cuiusmōi est pñitas ꝛ filiatio. ꝛ de istis dr q ab inesse ad esse valet ɔña. vt bñ sequit. paternitas iest hoī. g hō est pater.

Inesse q mōis capitur.

Quot sūt accidētia

Difficultas circa textum incidens.

Sciendū est secūdo q circa textuz incidit talis difficultas vtrū scutū pro media ꝑte albū ⁊ ꝓ media parte nigrū sit albū vel nigrū. Et videtur q sit albū: q2 habet albedinē: igitur est albū: eadē rōne: ꝓbatur q sit nigrū q2 habz nigredinē igit̃ ⁊c. ¶ In oppositū arguit̃. q2 nō videtur q magis debeat dici album q̄ nigrum. igitur non est album neq3 nigrum. ¶ Pro solutione supponitur q de scuto sic pro media parte albo ⁊ pro media ꝑte nigro bene conceditur q est coloratū: q2 omne visibile est coloratū lucidum lux lumē vel spēs visibilis. sed scutū videtur. ergo est aliqđ illoꝝ sed nō nisi coloratū: igitur dz cōcedi q est coloratū ⁊ nō q sit colorata vt dicūt aliqui. Nam regula est q ad multiplicationem forme nō sequitur multiplicatio suppositi. vñ licet aīa habeat plures sciētias etiaz specie distinctas: nō tamē dicitur scientes sed sciens. Etiam dato q scutum habeat plures colores nō debet ꝯcedi q est colorata sed q est coloratū. ¶ Et si quis arguat q2 dicit aristoteles q de quocūq3 dr̃ genus de eo dz dici aliqua species illi⁹ gñis: ergo si cōcedat̃ q est coloratū cōceditur q est albū vel nigrū. Dicit̃ q illa regula aristotelis debet intelligi quo adesse vel inesse ideo bene sequitur scutum est coloratū: g̃ est albū vel nigrū. vel albedo vel nigredo sibi inest. Dicunt tamē aliqui q tale scutum est albū ⁊ nigrum vt est vna de p̄dicato copulato. Et q̄n arguitur ꝯtra eos: quia tunc cōtraria verificarentur de eodē qđ videtur esse cōtra aristotelem. respondent q nō est incōueniēs ꝯtraria de eodem verificari respectu diuersarum partium.

Quod ꝓblema diuiditur ī diuisione ꝓblematis. Quid est ꝓblema accidētis

Sciendū est tertio q in diuisione ꝓblematis in qua dicit̃ q ꝓblema diuiditur in vl̃e ⁊ ꝑticulare. ibi diuidit̃ ꝓblema dyaleticum et nō ypotheticū: etiam in tali diuisione ꝑ ꝓblema ꝑticulare intelligit̃ ꝓblema indefinitum ⁊ singulare. Sed queret aliq̄s quid sit problema accidentis. ⁊ quid ꝓblema simplicis inherētie. Respondetur breuiter q ꝓblema accidētis est in quo queritur an aliqđ predicatū insit vel nō insit subiecto cum expressione alicui⁹ quattuor p̄dicatoꝝ puta gñis diffinitionis ꝓprij vel accidentis. vt si queratur an aīal insit hoī vt gen⁹ vel non: ⁊ sic de alijs p̄dicatis. Et si quis q̄rat q̄re ergo tale ꝓblema dr̃ magis ꝓblema accidentis q̄ gñis. respondetur q hoc est ꝓpter conuenientiā quā habet cū ꝓblemate simplicis inherentie in quo q̄ritur de inherentia q magis cōuenit p̄dicato accidentis q̄ alijs p̄dicatis. ideo talia ꝓblemata dicūtur ꝓblemata accidentis: sed ꝓblema simplicis inherentie est in quo q̄ritur an p̄dicatū insit vel nō insit subiecto sine expressione alicui⁹ q̄ttuor p̄dicatoꝝ: vt si querat̃ vtrū aīal insit homini vel nō: ⁊ sic de alijs.

Dubium: ꝗ ista omē aīal fuit in archa noe.

Sciendū est quarto q circa textū incidit talis difficultas vtrū sit de mēte aristotelis q ista sit vera omne aīal fuit in archa noe. Respōdetur breuiter q nō est de mente aristotelis cōcedere talem ꝓpositionē cum sit instantia de multis indiuiduis q̄ nunq̄ fuerunt in archa noe. ideo simpliciter et de rigore sermonis tale sophisma est falsuz. omē aīal fuit in archa noe. dicūt tamē aliqui q est verū. ⁊ dicūt q ly oē distribuit ꝓ generib⁹ singuloꝝ id est ꝓ speciebus ⁊ nō ꝓ indiuiduis. sed hoc alias fuit reprobatum in summulis vbi fuit dictum q nullū signum distribuit solū ꝓ speciebus nisi includat in se istū terminū species: sed illud signū omne nō includit. igitur nō pōt solum distribuere pro speciebus. ¶ Et si quis dicat viri sancti in sacra scriptura cōcedunt talē ꝓpōnem: igitur videtur esse vera. respondet̃ q de rigore sermōis nō cōcedūt: sed solū est in sensu ꝓ quo accipiebant: vñ accipiebāt eam in isto sensu de qualibz specie aīalis ꝑfecti fuit aliqđ aīal in archa noe.

An hec aliquod animal fuit ī archa Noe sit vera.

Sz restat alia difficultas: vtrū ista sit vera aliquod aīal nō fuit in archa noe. ⁊ videtur q non quia ad hoc q ꝓpositio negatiua sit vera requiritur q sit aliqua diuisio in reb⁹ significatis per terminos. sed ibi nulla est diuisio. q2 dato q nullum aīal esset adhuc illa esset vera. respondetur ꝑ aliquas ꝓpōnes.

Propositiões soluentes p̄dicta dubia.

Prima ad hoc q ꝓpō affirmatiua sit vera nō requiritur aliqua cōpositio in rebus: quia ista est vera deus est de⁹ ⁊ tñ ibi nulla est cōpositio. Scđa ꝓpō ad veritatē negatiue nō requirit̃ q aliqua sit diuisio in re: quia dato q nullus equus nec asin⁹ esset adhuc ista esset vera equus nō est asinus dūmō formaret̃. Et si dicat̃ aristoteles habet oppositū in. 6. methaphisice dico q nō hz. ⁊ dico q ꝯpositionē intelligit eē idē ꝓ quo termīi supponūt: ⁊ ꝑ diuisionē nō esse idē pro quo termini supponūt sic q illa ꝓpositio affirmatiua est vera cui⁹ termini ꝓ eodem supponūt: ⁊ negatiua vero cui⁹ termini ꝓ eodē nō supponūt. Et hoc si aliq̄s mod⁹ grāmaticalis vel logicalis vel distinctio formalis vel rōnis nō impedūt. Et hec de primo articulo.

An a gñe ad speciē valeat cōsequētia: et ecōtra

Quantū ad secundum dubitatur primo vtrū a gñe ad spēm valeat ꝯña ⁊ ecōtra. queadmodū videt̃ dicere aristoteles seu ab inferiori ad superius. Et videt̃ p̄io q nō: quia non sequit̃ sortes differt a platone: ergo differt ab hoīe cū añs sit verū ⁊ ꝯñs falsum. ¶ Item non sequitur sortes incipit esse alb⁹: ergo sortes incipit esse coloratus: quia añs pōt esse verū ꝯñte existente falso. posito casu q sortes prius fuerit niger. Item nō sequit̃ sortes venit parisius ergo facit parisius. ⁊ tamen arguit̃ ab inferiori ad superius: cum venire sit minus cōmune respectu huius quod est facere. ¶ Pro solutione supponitur q arguendo ab inferiori ad superi⁹ affirmatiue bene valet consequētia: dūmodo arguatur sine distributione superioris.

Conditiones requisite arguendo ab īferiori ad superius

Dico vlterius q ab inferiori ad superius tenet negatiue duabus cōditionibus obseruatis. Prima q ponatur constantia inferioris. ideo non sequitur adam non est. ergo homo non est: quia antecedens est verum ⁊ cōsequens falsum. Nam ista est falsa homo nō est cum sua cōtradictoria sit vera. scz omnis homo est. Scđa conditio q non arguatur cum distributione superioris. ideo nō

sequitur petrus est extra istam domū: ergo est extra domū: quia ly extra facit terminū sequentem distribuibilē supponere confuse ꝛ distributiue. Dico vlterius ꝙ a superiori ad inferi⁹ valet cōsequētia tam affirmatiue ꝙ negatiue dūmodo superius distribuatur: quia si non distribueretur non valeret cōsequētia. ¶ Ad ratōes dicitur ad duas primas ꝙ male arguitur: qꝛ arguitur cum distributiōe superioris ꝓpter illas dictiones differt ꝛ īcipit. ¶ Ad tertiā dicitur ꝙ non arguitur ad idem predicatum. nam predicatum in prima est totum hoc. versus parisius. et illud non est predicatum in secunda.

Dubiū ꝺ ista parisius et rome vēdit piper.

Dubitatur secūdo vtrum ista consequētia valeat parisius ꝛ rome venditur piper ergo parisius ꝛ rome venditur aliqͥd. ꝛ videtur ꝙ sic. quia arguit ab inferiori ad superi⁹ sine distributione superioris. ¶ Sed in oppositum arguitur: qꝛ añs est verum ꝛ ꝯñs falsum: igitur et ꝙ ꝯñs sit falsum ꝓꝫ: quia bene sequit parisius et rome vendit aliqͥd: ergo parisius ꝛ rome venditur hoc vel hoc ꝛ sic de alijs. ꝛ vltra parisi⁹ et rome vēditur hoc vel hoc vel hoc ꝛ sic de alijs: ergo hoc vel hoc vel hoc vēditur parisi⁹ ꝛ rome per cōuersionē: sed istud est falsuꝫ igit. Ad hoc dicitur ꝙ bene sequit ad ꝓbationē negatur: ꝙ ꝯñs sit falsum ad ꝓbationē ꝯceditur prima cōsequentia: sed negatur scđa: quia arguitur a cōfusa tantum respectu multitudinis ad determinatam respectu eiusdem multitudinis. Et si dicatur ꝙ tenet virtute cōuersionis dicitur ꝙ nō bene cōuertit. sed sic debet conuerti: ergo hoc vel hoc vēditur parisius vel rome: quia ly parisius et rome se habēt p modū signi multitudinē importātis copulatiue: ideo in cōuertēte debꝫ mutari in terminum illam multitudinem importātem disiunctiue. ¶ Et aduerte ꝙ ista ꝓpositio cōmuniter cōceditur parisius ꝛ rome venditur piper. vt visum est in prioribus questione de cōuersionibus. sed tamen facio vnam rationē quā solues si vis: illa ꝓpositio affirmatiua est falsa cuius subiectum ꝓ nullo supponit: sed ista est hmōi. quia ly piper quod est subiectum ꝓ nullo supponit. vel des illud pro quo supponit: qđ nō videtur: quia nullum est piper qđ vendatur parisius ꝛ rome. Item de nullo de quo verū est dicere hoc est qđ vēditur hic ꝛ rome verum est dicerē qđ est piper. Siłr hec est falsa: quod venditur hic ꝛ rome est piper: ꝛ per ꝯñs ista est falsa quod vēditur hic ꝛ rome est hoc vł hoc piper cū in oīb⁹ istis alterū extremū ꝓ nullo suppōat.

Dubiū ꝺ destructione vł cōstructiōe multiplicꝫ Duplex ē multiplex

Dubitatur tertio vtruꝫ ad destruēdum vel construendum multiplex oporteat cōstruere vel destruere in vtroqꝫ sensu. respondetur ꝙ duplex est multiplex. scꝫ incōplexuꝫ siue equiuocū vt canis. Aliud est cōplexuꝫ siue amphibologicum vt oratio trūcata habens diuersos sensus sicut esset ista. vellem pugnātes me accipere. Hoc supposito dicitur ꝙ si multiplex sit tale ꝙ eius multiplicitas lateat aliquē tunc ad destruendum vel construendum apud illuꝫ quem latet sufficit construere vel destruere in vno sensu: sed si multiplicitas sit manifesta debet in vtroqꝫ sensu construi vel destrui: in vno construi ꝛ in alio destrui. Unde ista ꝓpositio disciplina est vna plurium non dicitur multiplex proprie: quia non habet diuersos sensus ex trūcatione terminorum: sed solum est multiplex capiendo multiplex large pro omni oratione habente diuersos sensus siue hoc fiat propt trūcationē dictionū vł nō. Et hec ꝺ scđo articło

Cōclusio rñsal' ꝺ ꝓ dictis.

Quātum ad tertium sit conclusio responsalis ab inesse ad esse aliquādo valet cōsequētia ꝛ aliquando non. vt visuꝫ est in primo articulo in quo sufficienter possunt solui rationes que fiebant ante oppositum.

Quoniam autem rerum quidem alie sunt ex necessitate: alie autē vt in pluribus alie vero vtrūlibet.

Considerationes et problemate per locos extrinsecos

Iste est tertius tractactus huius libri in quo docet terminare ꝓblemata p locos extrinsecos. Et prīo ponit aliqͣs considerationes. Quaꝝ prima est. si aliquod ꝑdicatuꝫ inest alicui subiecto de necessitate ꝛ illud assignet inesse vt accidēs destruendū est problema. Secunda cōsideratio. si aliquod predicatum assignetur inesse alicui subiecto vt in pluribus considerandum est si insit vt in paucioribus: quia si sic destruendum est: quia omnia talia sunt disparata quorum vnum vere negatur de alio. vt si bonum assignetur inesse bonum vt in plurib⁹ destruendum est problema: quia homines sunt mali vt in pluribus ꝛ boni vt in paucioribus. Tertia consideratio: si aliquid assignetur inessē sibi accidentaliter destruendum est problema: quia idem non predicatur de seipso accidentaliter. Et si quis assignet voluptatem accidentaliter inesse gaudio iocunditati vel leticie destruendum est problema. quia illa sunt idem:

Contraria ꝗt modis adinuicem cōplectūt.

Quoniam autem contraria complectuntur quidem sibi inuicem. sex modis contrarietatem autem faciūt quadrupliciter complexa: oportet accipere cōtraria quolibet modo vtile fuerit et destruenti et construenti.

Istud est scđm capitulum in quo docet aspicere ad contraria. Et dicit ꝙ cōtraria sm predicationem et subiectionem possunt cōplecti adinuicem sex modis. ¶ Primo quando duo contraria predicantur de duobus contrarijs. Et hoc dupliciter: vt amicis est benefacere inimicis est malefacere vel econtra. et sic sunt due complexiōes que non contrariātur: quia illa que sunt eligenda non contrariantur inter se. sed ista sunt hmōi. igit. eligibile enī nō est alteri eligibili cōtrariū. ¶ Scđo qñ ambo ꝯtraria ꝑdicantur de eodē. ꝛ hoc etiā dupliciter vt amicis opꝫ malefacere: ꝛ amicis benefacere. ꝛ dicit ꝙ tales nō ꝯtrariant: qꝛ ambe sunt

spernēde. mō spernendū spernēdo nō est ꝯtrarium: nisi forte vnū dicat̃ fm supabundātiaʒ ⁊ aliud fm defectum cuiusmodi est ꝓdigalitas ⁊ illiberalitas. ¶ Tertio: quādo vnū ꝯtrariū de vtroq̄ p̄dicatur. ⁊ hoc oupl̄r. vt amicis est bn̄fa cere: ⁊ inimicis est bn̄facere vel ecōtra. ⁊ sic sūt due complexiones q̄ bn̄ ꝯtrariant. Finaliter ponit tres ꝯsideratōnes quaꝝ. Prima est si alicui subiecto assignet̃ inesse aliqđ p̄dicatum qđ habet ꝯtrarium: ꝯsiderandū est si illud ꝯtrarium insit subiecto. q: si sic. destruendū est. si nō construendū est. q: impossibile est ꝯtraria inesse simul eidem subo. ¶ Scđa ꝯsideratio: si aliqđ p̄dicatum assignet̃ inesse alicui subo. videndum est si ex illo sequant̃ ꝯtraria vel cōtradictoria. et si sic destruendū est. vt si q̄s dicat ꝙ ydee separate sunt in nobis. hoc est destruendum: q: si essent in nobis: essent mobiles. Nam motis nobis mouent̃ oīa q̄ in nobis sunt. Et etiaʒ essent imobiles cū plato. ⁊ oīs alij ponāt ipas esse immobiles. ¶ Tertia ꝯsideratio: si aliqđ p̄dicatū assignetur inesse alicui subiecto. ⁊ illud habeat ꝯtrarium: videndū est vtrum illud cōtrarium possit inesse eidē subiecto: ⁊ si nō destruēdū est. q: ꝯtraria nata sunt fieri circa idem ⁊ ꝯtrariorum eadē est potētia. ¶ Deinde docet terminare ꝓblemata inspiciendo ad opposita quantuʒ ad ꝯn̄am. ⁊ primo in ꝯtradictorijs ponēs taleʒ ꝯsiderationem. Si aliq̄d assignet̃ seq̄ ad aliud respiciendū est si ad oppsitū ꝯn̄tis sequat̃ oppositum an̄cedentis. ⁊ si sic bona est assignatio. et solet vocari ꝯn̄a ecōtrario. ¶ Deīde ponit vnā considerationem inspiciendo ad contraria dicens: ꝙ si aliquod ꝯsequens sequatur ad aliqđ antecedens cōsiderandū est si ad ꝯtrarium antecedentis sequat̃ cōtrariuʒ cōsequentis ⁊ hoc per ꝯsequentiam in ipo: ⁊ si sic: cōstruenduʒ est ꝓblema si nō: destruendū est. ¶ Consequenter ponit cōsiderationem inspiciendo ad priuatiue opposita dicēs. ꝙ si aliq̄d sequat̃ ad aliud videndum est si ad priuatiue oppositum antecedentis sequat̃ oppositū priuatiue ꝯsequētis. ⁊ si sic tunc bona est assignatio. si nō mala est. ¶ Finaliter ponit cōsideratiōnē inspiciendo ad relatiue opposita dicens: q: in relatiue oppositis valet ꝯsequētia in ipso. vt si aliquid est duplū aliquid est multiplex. ergo si aliq̄d est subdupluʒ aliquid est submultiplex.

Conside: ratōes ex eisdem. Prima. Secūda. Tertia. Alia cōsideratio ĩspiciēdo ad ꝯn̄a. Alia cōsideratio ĩspiciēdo ad priuatiue opposita.

Rursum in coniugatis et in casib⁹ et interimenti et construenti dicūtur autē coniugata quideʒ huiusmodi: vt iusta et iustus iusticie.

Hic est quart⁹ tractat⁹ in quo docet terminare ꝓblemata ꝑ locos medios et ꝯtinet quattuor capitula. In primo ponit duas ꝯsiderationes. ¶ Prima est si opponens velit ꝯstruere vel destruere aliquod p̄dicatum de aliquo subo ꝯsiderandū est ad casus ⁊ ad cōiugata. nā si ꝯiugatū vni⁹ inest ꝯiugato alteri⁹ et casus inest casui: et p̄ncipale principali. vt si iustū est bonū. iuste agere erit bn̄facere. ¶ Secunda ꝯsideratio: si opponēs velit ꝯstruere aut destruere aliqđ p̄dicatū de aliquo subo. nō solū respiciendū est ad casus ⁊ ꝯiugata: sed etiā ꝯsiderandū est si contrariū vni⁹ inest ꝯtrario alterius. vnde si bonuʒ non est de necessitate suaue nec malū erit de necessitate triste.

Considerationes problēmatis per locos medios.

Amplius in gn̄ationibus ⁊ corruptionibus ⁊ corrūpentib⁹ ⁊ efficiētib⁹ et interimēti ⁊ cōstruēti quoꝝ enī generatiōes bone sunt ⁊ ipsa bona sunt.

Istud est scđm capitulū in quo docet terminare ꝓblemata ꝑ locos a gn̄atiōe et corruptiōe. Et ponit tres ꝯsideratiōes. ¶ Prima si velimus ostendere bonitatem vel maliciam aliquorum debem⁹ inspicere ad generationes. quia si generatio ipoꝝ sit bona ipa sunt bona: si vero sit mala: ipa sūt mala. ¶ Secunda consideratio: si velimus ostendere bonitatem vel maliciā aliquoꝝ. inspicienduʒ est ad corruptiones: quia si sint bone: illa sunt mala. et si sint male: ipa sunt bona. nam cuius corruptio est bona: ip̄m totū malum est. ¶ Tertia cōsideratio. inspiciendum est ad generantia ⁊ corrumpentia: quia quorum generatio est bona ipa sunt bona. ⁊ quoꝝ mala ipa sunt mala.

Quō terminat̃ problemata ꝑ locū a gn̄atiōe et corruptiōe. Prima. Secūda. Tertia.

Rursuʒ in similib⁹ si similiter se habent vt si disciplina vna pluriū ⁊ opinio ⁊ si visum habere est videre ⁊ auditū habere est audire: similiter autem et in alijs.

Istud est tertium capitulum in quo ponit duas considerationes inspiciendo ꝑ locum a simili. Prima cōsiderandū est in similib⁹ si similiter se habeant. vt si disciplīa sit vna plurium opinio erit vna plurium. Scđa cōsideratio. in similibus nō soluʒ oportet inspicere ad vnum sed etiam ad multa: quia aliquādo aliqua cōueniunt in aliquo: ⁊ tamē differūt in alio. sicut cōtingit plura scire: intelligere autem non. ¶ Consequēter docet inspicere per locum a magis ⁊ minus. Et ponit quattuor considerationes. ¶ Prima: si aliquod predicatum assignetur inesse alicui subiecto. videndū est si ad intentiōnē subiecti sequatur intentio predicati si sic construendum est problema. si non destruendum est: vt si voluptas est bona maior voluptas est magis bona. Ex quo passu elicit̃ hec auctoritas. si simpliciter ad simpliciter et magis ad magis. q̄ debet intelligi in predicationibus ꝑ se. ¶ Secūda cōsideratio: si aliquod predicatum assignetur inesse duobus subiectis cōsiderandū est si inest illi subiecto cui magis videtur inesse: et si non destruendum est ꝓblema. ¶ Tertia cōsideratio: si duo predicata assignēt̃ inesse alicui subiecto videndum est si illud quod minus videtur inesse insit: quia si sic construendū est ꝓblema. ¶ Quarta ꝯsideratio. si velim⁹ videre de duob⁹ p̄dicatis an insint duob⁹

i Stud est scd̄m capitulum in quo phūs docet terminare ꝑblemata generis inspiciendo ad drīam ponēs aliquas cōsiderationes. Quarū prima est. si aliqs assignauerit drīam pro gn̄e mala est assignatio. vt rōnale pro aīali cū genꝰ ꝑdicetur in qd ꝛ drīa in qle. ¶ Scd̄a. si drīa ponatur sub gn̄e mala est assignatio. ¶ Tertia. si aliqs posuerit genus sub spē mala ē assignatō. vt aīal sub hoīe. ¶ Quarta. si qs ponat drīaz sub spē mala est assignatō. Etiam si qs ponat genꝰ sub drīa mala est assignatio. ¶ Alia cōsideratio. si spēs participet aliqd de ꝯtrario generis mala est assignatio.

Alie ꝯsi. de eodez.

¶ Alia cōsideratio. si spēs sit equoca ad genꝰ mala est assignatio. qꝛ genꝰ ꝛ spēs debent esse vniuoca. ¶ Alia si genꝰ habeat tm̄ vnam spēz et nō sit natum habere plures: tūc nō est genꝰ ad illam spēm. ¶ Alia si genus dicatur transsumptiue de specie mala est assignatio: qꝛ om̄e genus ꝑprie de specie predicatur.

Cōsi. circa ꝯria ipiꝰ generis.

Amplius si sit cōtrariū speciei aliquid cōsiderandū est aūt multipliciter consideratio. primum qdem si in eodem genere contrarium speciei: cum non sit contrarium generi.

i Stud est tertiū capitulum in quo phs docet terminare ꝑblemata inspiciendo ad cōtraria ipius generis. Quarū prima est. si aliquid nō hn̄s ꝯtrarium ponať genꝰ alicuiꝰ habētis ꝯtrarium inspiciendū est si illꝺ cōtrarium sit in eodez genere. ꝛ si nō mala est assignatio. Alia si habēs ꝯtrarium sit genꝰ hn̄tis cōtrariū cōsiderandū est si contrariū speciei sit in contrariū generis. et si non: mala est assignatio. Alia est si cōtrariū speciei nō ponať in genere assignato mala est assignatio. Alia si genus et species habeāt ꝯtrariū tunc videndū est si aliquod est medium generis et nō speciei: vť econtra et sic mala est assignatio. Alia est si genus habeāt ꝯtrarium specie o vero nō. mala est assignatio. ¶ Consequenter ponit cōsideratio

Alia ꝯsi. inspiciendo ad cōiugata

nem inspiciēdo ad cōiugata dicēsqꝫ si aliquod principale assignetur genus principalis tūc videndū est si ꝯcretuz predicatū sit genus cōcreti subiecti. et si sic bona est assignatio. si non mala est.

Alia ꝯsi. inspiciendo ad generationēz ꝛ corruptionem.

Deinde ponit cōsiderationē inspiciendo ad generationē et corruptionē dicens qꝫ si aliquid importans generationem vel corruptionem assignetur genꝰ alterius cōsiderandū est si descēdentia ab illo sunt genera illorū que descēdūt a subiecto. ꝛ si sic bona est assignatio. si non mala est assignatio. vt si operari assignetur genus respectu huius qꝺ est edificari videndū est si operatum esse sit genus ad edificatū esse. Cōsequēter ponit cōsiderationes inspiciēdo ad priuatiue opposita. Prima. si priuatio opposita speciei sit in eodē genere cuz specie mala est assignatio Alia si aliquid habens oppositū priuatiue ponatur genus alicuius speciei habētis oppositū priuatiue cōsiderandū est si oppositū speciei sit in opposito generis: si nō destruendū est problema vt si cecitas sit insensibilitas sensu visus tūc visus est sensus: qꝛ sicut oppositū in opposito. ꝛ propositū in ꝑposito. Consequēter ponit considerationem inspiciēdo ad cōtradictoria. si oppositū cōtradictoriū alicuiꝰ speciei assignetur spēs alicuiꝰ generis cuiꝰ nō sit genꝰ ad oppositum cōtradictoriū generis nō valet assignatio: vt si suaue assignetur genus huiꝰ qꝺ est bonuz. tunc oportet videre si nō bonū sit genus ad nō suaue: ꝛ si sic bona est assignatio. si nō mala est.

Septē ꝯside. respiciēdo ad relatiue opposita

¶ Consequēter ponit septē cōsiderationes inspiciēdo ad relatiue opposita. Prima est si species alicuiꝰ generis dicatur ad aliquid: etiā genus debet dici ad aliqd. ꝛ si nō mala est assignatio. Scd̄a si species dicatur relatiue et nō id ad qꝺ dicitur genus mala est assignatio. Tertia. si spēs referatur ad aliquid: tūc oīa genera illius speciei debent dici ad aliquid. Quarta. si genꝰ et species referātur ad idē debēt referri ad idē in eodē casu. Quinta. si relatiuuz ꝛ correlatiuū dicantur ad ꝯuertentiā fm̄ similes casus bona est assignatio. Sexta. si relatiuū positū genꝰ ad suū correlatiuum nō dicať ad cōuertentiā mala est assignatio. Septima si oppositū spēi sit in opposito generis bona est assignatio. ꝛ si nō mala ē assignatio. vt si sensus sit scīa sensibile erit scibile; licet quedā sensibilia nō sint scibilia.

Alie ꝯsi. circa actus et hītum.

Rursum si habitum in actum posuit aut actum in habitum vt sensum motuz per corpus. nam sensus habitus: motus autem actus.

¶ Iste est scd̄us tractatus huius libri qui diuiditur in duo capitula. In primo ponit aliquas considerationes inspiciendo ad actum et habitum. Prima. si habitus ponatur species actus vel econtra mala est assignatio: vt si quis ponet sensum esse speciem motus cum sensus sit habitus motus vero actus mala est assignatio. Secunda. si habitus ponatur species potentie mala est assignatio. Tertia si species participet genus fm̄ quid mala est assignatio. Quarta. si genus assignatuz sit pars integralis illius cui assignatur mala est assignatio. vt corpꝰ fm̄ qꝫ est pars materialis non est genus animalis.

¶ Consequenter ponit adhuc aliquas considerationes de genere. ¶ Prima si aliquid vituperabiliuz vel fugiendoꝝ ponatur sub posse tā

Alie 9ñ. de gñe. ꝙ sub genere mala est assignatio. vt si quis dicat posse furari esse genus ad latrocinandum mala est assignatio: quia deus et studiosus possunt praua agere. et tñ non sũt praui neq3 mali. et dz intelligi de illis deis quos antiq̃ colebãt. Scđa si q̃s ponat posse esse genus alicuius qđ est ꝓpter se eligendũ mala est assignatio: qꝛ potestas eligẽda est ꝓpter aliud. s. ꝓpter actum. Tertia si aliq̃d sit in pluribus generibus et ponatur in vno solo mala est assignatio.

Alie 9ñ. d gñe magis cões. **Rursus si quod oĩa sequatur gen9 vel differẽtiam dixit. plura eñ sunt que oĩa sequũtur. vt ens et vnũ eoꝝ sunt q̃ oĩa sequũtur. si ergo ens gen9 assignauerim9: palã oĩm erit genus.**

I Stud est scđm capitulũ in quo ph̄us ponit aliq̃s 9siderationes de gñe magis cões. Prima si aliq̃d qđ seq̃tur ad oĩa assignet̃ esse genus mala est assignatio. vt ens nõ est gen9 entiũ: qꝛ oĩa essent eiusdem generis. Scđa si gen9 assignatũ sit in spẽ vt accidens in subo mala est assignatio. Tertia si assignatũ ꝓ gñe non sit vniuocũ mala est assignatio. Quarta: si gen9 et spẽs habeãt 9traria quorum vnũ se h3 vt melius et alterũ vt pei9 si contrarium melioris ponatur in loco prioris mala est assignatio. Quinta. si spẽs similiter se habeat ad duo gña. quoꝝ vnum se h3 vt peius et aliud vt melius si ipa ponat̃ sub peioꝛi mala ẽ assignatio. Sexta. si gen9 suscipiat magis et minus: spẽs vero nõ mala est assignatio.

Alie 9ñ. ad terminãdũ problemata generis. **Amplius ad cõstruendũ ꝓspiciendum si de q̃bus assignatũ est gen9 in eo qđ quid est p̃dicatur: cũ nõ sit vna assignata spẽs: sed plures et differentes palam eñ quoniam erit genus.**

I Ste est vltim9 tractatus huius libri in quo ponit cõsiderationes cõstructiuas ad terminandum ꝓblemata generis. Quarum prima est. si aliquid assignet̃ ꝓ genere alicuius videndũ est si predicet̃ in quid de illo. et etiã si predicet̃ de plurib9 differentib9 specie: si sic difficile est saluare q̃n illud sit genus. ¶ Scđa cõsideratio. si nomẽ p̃ncipale assignetur esse genus alicui9 videndum est si casus ab eo descendẽs sit genus ad casum alterius. et si sic bona est assignatio vt si scientia dicatur genus musice videndum est si sciens dicatur genus musici. Et subdit vnum documentum ꝙ si aliquid semper sequatur ad aliud et nõ conuertibiliter. licet difficile sit ostendere ꝙ nõ sit genus nõ tamen oportet ꝙ ipsum sit genus: quia nõ ens sequitur ad omne quod fit. vt bene seq̃tur. domus fit: ergo domus non est vel domus est non ens. et tamen non ens non est genus respectu illius. et hoc habet verum in permanentibus et nõ successiuis: qꝛ illđ quod fit in successiuis quando fit est ens.

Dubiũ d 9sideratõib9 positis ad terminandũ ꝓblemata gñis. **Q**Ueritur vtrum cõsideratiões posite ad terminandũ ꝓblemata generis sint sufficiẽter assignate. Arguit̃ p̃mo ꝙ nõ: qꝛ aliqđ ẽ gen9 qđ non p̃dicat̃ in q̃d d suis spẽbus: igit̃. añs p3: qꝛ coloratũ est gen9 et tñ nõ p̃dicat̃ in q̃d de pluribus sed in quale. ¶ Scđo sic: aliq̃n genus est ad aliq̃d et nõ species vt scĩa dr ad scibile et nõ grãmatica et logica q̃ sunt ei9 spẽs: g̃ nõ op3 ꝙ gen9 et spẽs sint in eodem gñe. ¶ Tertio sic: spẽs aliq̃n est ad aliq̃d et nõ gen9. vt scĩa q̃ est spẽs habit9 est ad aliq̃d: et tñ habitus q̃ est de gñe q̃litatis non dr ad aliq̃d. ¶ Quarto sic: nõ est necesse gen9 p̃dicari de pluribus ꝙ spẽs: igit̃. añs ꝓbat̃: qꝛ tam genus ꝙ spẽs sunt spẽs eiusdem generis sc3 vl̃is. ¶ Quinto sic: dr̃ia ꝑticipat gen9 cũ suscipiat rationem generis: vt p3 dicẽdo rõnale est suba animata sensibilis: g̃ male dr ꝙ dr̃ia nõ d3 participare genus. ¶ In oppositum arguitur per philosophum in textu. In questione erunt tres articuli. ¶ Quantum ad primum.

Aliquaꝝ difficultatũ solutõ **Sciendum est primo ꝙ pro declaratione questionis et eoꝝ q̃ dicta sunt in textu soluẽde sunt alique difficultates.** Prima an genus et spẽs vl̃iter sint in eodẽ p̃dicamento. Ad quã breuiter r̃ndet̃ ꝙ sic: qꝛ omne gen9 p̃dicatur in q̃d de oĩb9 suis spẽbus s3 qđ est in vno predicamẽto nõ p̃dicat̃ in q̃d de eo qđ est in alio predicamẽto: igit̃. Ex quo seq̃tur ꝙ nõ est possibile aliquã spẽm esse ad aliq̃d: q̃n suũ genus sit ad aliq̃d nec ecõtra. ¶ Aduerte tñ ꝙ nihil ꝓhib3 vnũ terminũ fm vnã significationẽ ee ad aliq̃d et nõ fm aliam. et hoc vult habere aristoteles ꝙ aliqua dicũtur ad aliq̃d fm gen9 vt scĩa. nõ tñ spẽs. vt grãmatica et logica sunt spẽs scĩe. et tñ nõ sunt ad aliq̃d vbi scĩa est ad aliq̃d fm vnã significationẽ quã h3: nõ tñ fm illã fm quã dr gen9 ad illa.

An gen9 p̃dicet̃ de plribus ꝙ species. ¶ Scđa difficultas an gen9 p̃dicetur de plurib9 ꝙ spẽs. et videt̃ ꝙ nõ: qꝛ gen9 nõ p̃dicat̃ de plurib9: qꝛ hoc ẽẽt in vna ꝓpõne vl̃ in plurib9 nõ in vna: qꝛ solum p̃dicat̃ de vno subiecto: nec in plurib9 cum idem nõ possit poni in pluribus ꝓpositionibus. respondetur ꝙ in pluribus et licet fm se nõ ponatur in pluribus. tamen bene fm suum sinonimum.

Participare q̃t mõis capitur. **Sciendum est scđo ꝙ alia difficultas est talis an differentia ꝑticipet gen9.** Pro cui9 solutione supponit̃ ꝙ ꝑticipare capitur tripliciter. vno mõ vt idẽ est ꝙ ꝑtem capere: et sic nõ capitur hic. Alio mõ vt idem est ꝙ p̃dicationem alterius suscipe siue denoĩatiue siue non: et isto mõ dr̃ia ꝑticipat genus: qꝛ ista est vera rationale est aĩal. Alio mõ vt idem est ꝙ predicationem in q̃d seu per se alteri9 suscipe. Et sic dico ꝙ differentia nõ ꝑticipat genus: qꝛ ista nõ est per se nec in quid rõnale est aĩal. vt superi9 visum est. Alia difficultas an habitus et priuatio sint in eodẽ gñe seu predicamẽto. Ad quã respondet̃ breuiter ꝙ habitus et priuatio sunt in eodẽ p̃dicamento reductiue: vt in illo p̃dicamento in quo est visus per se in illo reductiue

est cecitas. Et aduerte q̄ in terminis priuatiuis et negatiuis potest inueniri genus ꝛ spēs suo modo sicut in terminis positiuis.

Alia difficltas de medio inter ꝯria.

Sciendum est tertio ꝙ aliqua difficultas est talis an omne medium inter ꝯtraria sit in eodē gn̄e cū extremis: arguit̄ ꝙ non: q2 egestas ꝛ superabūdantia sunt de gn̄e mali ꝛ medium de gn̄e boni. Scđo sic: lapis est mediū inter sanum ꝛ egrū: ꝛ tñ nō est in eodem gn̄e cū extremis. ¶ In oppositum est phūs in textu. Pro rn̄sione est aduertēdū ꝙ nō opz ꝙ mediū sit in eodem gn̄e motus cū extremis: lȝ bn̄ in eodē gn̄e predicamētali ꝛ hoc intelligēdo de medio ꝯuenientie p participationē accessus et recessus ꝛ nō de medio p abnegationē: nō eīn opz ꝙ lapis q̄ est mediū p abnegationē sani ꝛ egri sit in eodem p̄dicamēto sicut sanū ꝛ egrum.

Due alie difficltates.

Sciendum est quarto ꝙ adhuc sūt due parue difficultates. Prima an ens dicatur de oībus fm vnā ꝛ eandē rōnem. Ad quā breuiter rn̄detur ꝙ ens nō hȝ rōnē. i. diffinitionē licet bn̄ habeat ꝯceptum quidditatiuū q̄ non est aliud q̄ ipmmet ens cognitū vel cognoscibile. Ex quo seq̄tur ꝙ qn̄ dr̄ ꝙ ens hȝ ꝯceptum illa dȝ capi loco istius ens est ꝯceptus quidditatiu⁹ predicās in q̄d de oībus nō habētibus ꝯceptū simplr̄ simplicē cuiusmodi sunt differentie ꝛ passiones. ¶ Scđa difficultas vtrū genus dicat totam essentiam spēi.

Scđa difficltas

Ad quā rn̄dent aliq̄ ꝙ sic. tñ sub alio mō. nā genus dicit totā essentiā speciei sub mō distinguibili ꝛ spēs sub mō iam determīato. sȝ ista opinio est falsa. naȝ si genus diceret totā essentiā speciei frustra in eius diffinitione poneret̄ dr̄ia q̄ tñ fm aristotelē ponitur. ideo dr̄ ꝙ genus nō dicit totā essentiā spēi. sed solū vnā ptē. nam spēs cōponit̄ ex gn̄e ꝛ differentia tanq̄ ex duabus realitatib⁹: quarū vna est potētialis alia actualis puta differētia. Et hec de primo articulo.

Species quō participet genus.

Quātum ad scđm dubitatur p̄mo vtrum spēs participet genus fm q̄d ꝛ vtrū eadē spēs possit esse in diuersis generib⁹. Pro solutione prime ptis supponit̄ ꝙ differētia est inter participare gen⁹ in q̄d ꝛ fm q̄d. q2 illud participat genus in q̄d de quo genus in q̄d p̄dicatur. sed illud dr̄ participare genus fm q̄d cui gen⁹ cōuenit fm ptem. Ex quo dr̄ ꝙ spēs bn̄ participat genus in q̄d: q2 gen⁹ de ea q̄dditatiue p̄dicatur sed nō participat fm q̄d: q2 genus nō ꝯuenit speciei fm ptē. nō eīn aīal ꝯuenit homini fm partem aliquam: sed hō dr̄ aīal q2 homo. ¶ Ad secundam ptem dr̄ ꝙ eadem spēs nō pōt poni in diuersis generib⁹: licet sit possibile idem nomē importare res diuersoȝ generum cuiusmodi ē corpus. vnde terminoȝ significantiū res predicamentales q̄dam significant equiuoce ꝛ q̄daȝ vniuoce ꝛ quidam de suo significato principali vnum ꝛ aliud de significato materiali cuiusmodi sunt concreta accidentium vt cenare importat comedere quidem actus forte non est nisi quidam motus: ꝛ tunc significat tempus: puta tempus serotinum rōne cuius esset in predicamento q̄titatis. ꝛ etiam importaret respectū rei temporalis ad tempus ꝛ sic est in p̄dicamēto qn̄. ꝛ silr̄ dicat̄ de multis alijs terminis.

An ens sit genus ad omnia entia.

Dubitatur scđo vtrum ens sit gen⁹ ad omīa entia. ꝛ videt̄ ꝙ sic: q2 fm phm habet̄ ꝙ si aliquid p̄dicetur de plurib⁹ difficile est saluare quin illud nō sit genus. sed ens est huiusmodi: igitur. Item ens p̄dicatur de alijs fm modum alicuius p̄dicati ꝛ nō nisi generis: igitur. Pro solutione dr̄ primo ꝙ ens nullo mō est genus. nam nō est q̄d limitatum neq3 diuidit̄ per differentias formales qđ tamen requiritur ad hoc qđ aliquid sit gen⁹: ideo respōdetur ad rationes. ¶ Ad primā dr̄ ꝙ licȝ sit difficile saluare quin ens nō sit gen⁹: tamē nō est impossibile. Ad aliam dicitur ꝙ nō predicatur fm modum alicuius predicati cū nō sit p̄dicatum neq3 predicabile nisi forte capiendo predicatum ꝛ predicabile large vt alias visum est.



Dubiū 3 ista ꝯn̄a, forte ꝯtingit nō currere: ḡ ꝛc̄.

Dubitatur tertio vtrum ista consequentia valeat sortem ꝯtingit nō currere: ḡ sortem ꝯtingit currere. ꝛ videt̄ ꝙ nō cū ibi arguat̄ a ppositione habente plures causas veritatis ad ppōnem hn̄tem tm̄ vnā cām veritatis. Pro cui⁹ solutiōe supponit̄ ꝙ vt in proposito sufficit illud est cā veritatis qđ infert aliud seu ad qđ sequitur ita esse sicut p aliud significat̄ sn̄ia totali in bona ꝯn̄a. Ex quo ponūtur ppōnes.

Propositiones de eodem

Prima ppositiones habētes easdem causas veritatis mutuo se inferūt. Scđa ppō: oīs ppositiones mutuo se inferētes hn̄t easdē causas veritatis. Ex quo seq̄tur ꝙ copulatiua negatiua ꝛ disiunctiua affirmatiua de ptibus ꝯtradicentib⁹ illi⁹ copulatiue ante aduentū negationis hn̄t easdē causas veritatis. Sequit̄ scđo ꝙ ppō affirmatiua de predicato infinito ꝛ negatiua de p̄dicato finito hn̄t easdem causas veritatis. Seq̄tur tertio: ꝙ ppositio affirmatiua ꝛ negatiua de cōtingenti spāliter capto vbi modus vnisormiter se hȝ hn̄t easdem cās veritatis. Tertia ppō. nō ab omī ppōne hn̄te pauciores causas veritatis ad ppōnem hn̄tem plures valet ꝯn̄a: quia ista oīs asinus currit hȝ pauciores cās q̄ ista. null⁹ hō currit ꝛ tñ nō valet ꝯn̄a. Quarta ppō a ppōne hn̄te pauciores causas veritatis ad ppōnem hn̄tem plures dūmodo ille pauciores sint partes illaȝ plurium bn̄ valet ꝯn̄a. Ex quo seq̄tur ꝙ ab omī ppōne supponēte determīate ad ppōnem de termīo supponēte cōfuse tm̄ valet ꝯn̄a ceteris paribus. Quinta ppositio. a ppōne hn̄te plures causas veritatis ad ppōnē habentem pauciores nō valet ꝯn̄a formaliter. Ex quo sequit̄ ꝙ a ppōne de termino supponente cōfuse tantum ad ppositionem de termīo supponēte determīate nō valet consequētia. Sexta ppositio negatiua hȝ tres causas veritatis prima ꝙ subiectum pro nullo supponat. scđa ꝙ predicatum pro nullo supponat. Tertia: ꝙ predicatum ꝛ subiectum pro eodem nō supponant. Et hec de scđo articulo.

Cōclusio de cōside rationib⁹ ī textu po sitis

Quantum ad tertium sit conclusio responsalis cōsiderationes in textu posite sunt sufficiēter assignate: vt p3 in articulis in q̄bus etiam soluūtur rationes ante oppositum.
¶ Et hec de libris thopicorum.
¶ Sequūtur libri elenchorum.

Proemium hui⁹ libri.

De sophisticis autem & elenchis & de his q̄ videnť elenchi. sunt aūt paralogismi s3 nō elenchi dicemus incipiētes sm naturam a primis. Quoniaz ergo alij q̄dez sunt sillogismi alij aūt cū nō sint videntur manifestum est.

Diuisio libri.

Iste est liber elenchoꝝ aristotelis in quo determiat de sillogismo sophistico. Et diuidiť in duos libros Primus diuidiť in duas ptes. s. pemialē & executiuā. Et pmo dicit ꝙ dicendu3 est de sophisticis elenchis. & de his qui videtur sophistici elēchi ponēs talē ꝯclusionem sillogismoꝝ q̄daz sunt veri alij apparent veri sed nō sunt. quā ꝯclusionē ꝓbat quattuor rōnibus. Prima sicut est in reb⁹ ita est in orōnibus sillogisticis. sed aliq̄ res sūt tales q̄les apparent: & aliq̄ nō sunt tales q̄les apparent. ergo etiam sic est in sillogismis. minorē ꝓbat primo in aīatis tam ex pte aīe ꝙ ex parte corporis. ex parte aīe: q2 q̄dam videnť habere habitum et etiam hñt. alij vero videntur habere habitū et nō habent ex parte corporis: q2 q̄dam vidētur esse pulchri & de facto sunt pulchri. alij videnť esse pulchri & nō sunt pulchri. Scđo probat in inaīatis: q2 q̄dam apparent argentea & etiam sunt. quedam apparent esse argentea & nō sūt.

Diuisio sillogismorum.

Secūda ratio: sicut longe distātes a rebus iudicant de illis. sic imperiti in arte sillogisandi iudicant de sillogismis. sed longe distantes a rebus aliter iudicant ꝙ sit: ergo etia3 imperiti in arte sillogisandi male iudicant de sillogismis. Tertia ratio: quādocūq3 credimus sic esse in rebus sicut in nominibus decipimur per sillogismum sophisticum. sed aliquando credimus sic esse in rebus sicut in nominibus: ergo aliquādo decipimur per sillm sophisticū. ergo est aliquis sillogismus sophistic⁹: minorē probat q2 ex quo non possumus portare res nobiscum. ideo in disputatione vtimur nominib⁹ pro rebus: et quia nomina sunt finita res aūt infinite ideo necesse est idē nomen plura significare. ¶ Et subdit ꝙ sicut ignorantes arte3 numerandi decipiūtur a scientib⁹. ita illi qui virtutes nominū ignorant de facili paralogisantur. Quarta ratio. q2 aliq̄ in disputando faciunt apparentes elenchos: ergo aliqui sunt apparentes elenchi. aīs probat. quia aliqui sunt qui magis volunt videri sapiētes & nō esse ꝙ esse & nō videri: est eīn sophistica scientia apparens et nō existens. sed sophista ē vir copiosus a sapiētia apparēte & nō existente.

Quid est sciētia sophistica.

Et subdit ꝙ duo sunt opera sapiētis. primū est non mētiri de notis. et illud pertinet ad respondentem. secundū est mentientē posse manifestare. et illud pertinet ad opponētē. Ex quo infert ꝙ illi qui volūt sophistice agere necesse est ꝙ q̄rant sophisticas disputationes: q2 per illas facilius consequunť fine3 illoꝝ qui est vana gloria.

Opera sapientis.

¶ Cōsequēter determiat de generib⁹ disputationis dicēs. ꝙ q̄ttuor sunt genera disputatiōis. s. doctrinalis: dyaletica: tēptatiua. et litigiosa. vnde disputatio doctrinalis est que sillogisat ex ppriis principiis alicuius scientie. et nō ex his q̄ videntur respōdenti. Oporte3 eīn eum credere q̄ discit: dyaletica est que est collectiua ꝯtradictionum: temptatiua est que sillogisat ex his que videntur respondētī: & necesse est eū scire qui se simulat habere scientia3: litigiosa est que sillogisat ex his qui vidētur esse probabilia et nō sūt.

Quot sūt gn̄a disputatōis

¶ Finaliter determinat de fine disputationis qui dicitur metha dicens: ꝙ quinq3 sunt methe sc3 redargutio. falsum. inopinabile. soloecism⁹. et nugatio. p primū opponens sophista vult videri redarguere respondentē. per scđm vult sibi ostendere falsum. per tertiū vult ꝙ dicat aliquid cōtra ꝓpriam opinionem vel opinionē sapientū. p quartū vult ipm barbarisare. p quintū vult ipm idem frequenter dicere.

Quot sūt methe disputationis.

Modi autez arguendi sunt duo. nam alij quidē sunt sm dictionez. alij vero extra dictionem: sunt autem ea quidem que sm dictionem faciūt fantasiam sex numero.

Quot sūt modi arguēdi sophistice.

¶ Ista est pars executiua huius libri q̄ diuiditur in quattuor tractatus. primus in quattuor capitula. In primo determinat de sex fallaciis in dictiōe. Et diuiditur in octo pticulas. In prima enumerat modos arguēdi sophistice dicēs. ꝙ duo sunt modi arguēdi sophistice. s. in dictione et extra dictionem: in dictione sunt sex. sc3 equiuocatio. amphibolia. cōpositio. diuisio. accentus. & figura dictionis. quod ꝓbat dupliciť. Primo inductiē: quia equiuocatio est fallacia in dictione amphibolia & sic de aliis. & non sunt plures: ergo tantū sunt sex fallacie in dictione. Scđo ꝓbat sillogismo: quia oīs deceptio facta ex eo ꝙ ex eisdē nominib⁹ vel orōnibus non idē significatur est fallacia in dictione sed equiuocatio amphibolia. & sic de aliis sūt hmōi: igitur sex sunt fallacie in dictione. ¶ In scđa pte determinat de equiuocatione & amphibolia simul dicens: ꝙ tres sunt modi ipsarum. Primus quādo nomē vel oratio plura principaliter significat. Scđus quando nomen vel oratio significat aliq̄d trāssūptiue. Terti⁹ qñ ꝯpositū plura significat hoc est qñ dictio vł orō p se sūpta vnū significat iūcta xo cū alia plīa significat. ¶ In tertia pte ponit exempla de equiuocatione. et primo de primo modo. & ponit duo exempla. Primu3 scientes discunt. Discere enim est equiuocum ad dare disciplinam et recipere disciplinam.

Diuisio istius prime partis

Quot sūt modi arguēdi sophistice ī dictione.

Quot sūt mōi equiuocatiōis & āphibol.

Scđm exemplum vt que expediunt sunt bona. mala: expediūt: ergo mala sunt bona. de secūdo nō ponit exēpla qꝛ trāssumptiones apud diuersos sūt diuerse. de tertio ponit duo exēpla. Primū sedēs surgebat. scđm laborans sanabatur. Scđm quē sic ꝑalogisat̃ quicūq꞉ surgebat stat: sedēs surgebat: ꝰ sedēs stat. quicūq꞉ sanabatur sanus est. laborās sanabat̃: ꝰ laborans sanꝰ est.

Exēpla āphibol.

¶ In quarta ꝑte ponit exēpla amphibolie: de primo ponit vnū exemplū: vellez me accipe pugnātes. ⁊ sic ꝑalogisat̃ quoscūq꞉ vellē me accipere vellē ꝙ acciperēt me. sed pugnātes vellē me accipere. ꝰ vellē ꝙ acciperēt me. de scđo nō exēplificat: qꝛ trāssumptiones apud diuersos sunt diuerse. de tertio ponit duo exempla. Primum quod quis scit hoc scit. Scđm quē sic paralogisatur. quicquid scit aliquid hoc scit. seculū scit: ergo seculū hoc scit. Tertiū exemplū quicq̇d videt hoc videt.

Exēpla đ falla͡ cōpositiōis

¶ In quinta ꝑte determinat de fallacia cōpositionis ponēs duo exempla đ primo mō. Primū est. possibile est sedentē ambulare. Scđm est. possibile est nō scribentē scribere: que debēt distingui ꝑm cōpositionē vel diuisionē.

Exē. de falla͡ figure dictōis

¶ In sexta ꝑte determīat de fallacia diuisionis ponēdo duo exempla de primo mō. Primū quecūq꞉ sunt duo ⁊ tria sunt paria ⁊ imparia. sed quinq꞉ sunt duo ⁊ tria: ꝰ quinq꞉ sunt paria ⁊ imparia. Scđm exemplū: omne qđ est tātūdem alicui ⁊ amplius est maius ⁊ equale. ſꝫ aliquid est alicui tantūdem ⁊ ampliꝰ: ergo aliquid est alicui maius ⁊ equale. de scđo ponit duo exēpla. Primū. posui te seruū entē liberum. Scđm quē sic paralogisat̃. quecūq꞉ posui entē seruum liberū factus est ex libero seruꝰ: sed te posui seruum entem liberum: ergo de te libero feci suū. Scđm exemplū quadraginta virorū centum reliquit diuus achilles in bello.

Exē. de fallacia accentus

¶ In septima ꝑte determīat de fallacia accētus ponēdo duo exempla. ⁊ dicit prīo ꝙ fallacia accētus minus decipit in scripto q̄ in ꝓlatione. ⁊ huius sunt duo modi. primus ꝓuenit ex eo ꝙ aliqua dictio potest regi diuersis accētibus vt metuo longas ꝑeunte noctes lidia dormis. vt habet̃ ab oratio. aliud exemplū a virgilio. heu qꝛ nam tanti cinxerūt ethera nymbi. Scđus modus ꝓuenit ex eo ꝙ aliq̇d pōt esse dictio vł ōrō: vt tu es quies. sed quies est requies: ergo tu es req̄es. Similiter quicquid deus fecit inuite fecit coacte. sed deus fecit racemos inuite: ergo deus fecit racemos inuite coacte.

De falla͡ figure dictōis exempla.

¶ In octaua ꝑte determīat de fallacia figure dictionis. Et ponit duos modos. primꝰ quādo masculinū interꝑ̄tatur femininū vel neutrum vel econtra. scđus est qñ quale interꝑ̄tatur quātum vel econtra.

Eorum vero qui extra dictionez sunt paralogismorū species sunt septem. vna quidem ꝑm accidens. Secunda autem in eo quod simpliciter vel non simpliciter.

¶ Istud est scđm capitulū in quo phūs determinat de fallacijs extra dictionē. Et diuidit̃ in septē partes. In prima determinat de fallacia accidentis dicens: ꝙ fallacia accidētis fit ex eo ꝙ indifferēter attributū attribuit̃ rei subiecte ⁊ accidēti. ⁊ dat exemplū vt coriscꝰ est alter a socrate ⁊ socrates est hō. ergo coriscus est alter ab hoīe.

Qn̄o fit falla͡ accidentis.

In secūda ꝑte determīat de fallacia ꝑm quid ad simpłr dicēs: ꝙ fallacia ꝑm q̇d ad simpliciter fit ex eo ꝙ nō ꝓceditur bene a dicto ꝑm quid ad dictum simpłr. Nam quādocūq꞉ arguitur a dicto ꝑm q̇d ad dictū simpłr ⁊ ecōtra fit illa fallacia. Et ponit duo exempla. primū chimera est opinabilis: ergo chimera est. scđm asinus nō est hō: ergo asinꝰ nō est aliq̇d. dat etiā exemplum ꝑm ꝑtem integralē: vt ethiops est albꝰ ꝑm dentes: ergo est albꝰ. Et subdit ꝙ quādo ambo ꝯtraria insunt ꝑm quid. ⁊ ex illis infertur ꝙ insunt simpłr. tūc cōmittitur illa fallacia. sed quādo duo cōtraria equaliter insunt vni sicut scuto ꝓ media ꝑte albo ⁊ alia ꝑte nigro. tūc difficile ē cognoscere fallaciam.

Qn̄o fit falla͡ ꝑm q̇d ad simpliciter

Qn̄o fit fallacia ignorantie elēchi

¶ In tertia ꝑte determinat de fallacia ignorātie elenchi dicēs ꝙ hꝫ fieri ꝑm omissionē alicuꝰ ꝑticule diffinitionis elenchi in qua dr̃ elēchꝰ est ꝯtradictio vniꝰ ⁊ eiusdē non nōis tantū nec rei tm̄. sed nominis et rei simul: non sinonimi: sed ex his que data sunt de necessitate accidere: non cōnumerato qđ erat ī principio ad idē ꝑm idem simiłr ⁊ in eodē tēpore: que diffinitio sic intelligitur. Elenchꝰ est sillogismꝰ ꝓbatiuꝰ ⁊ contradictiuus positioni respondētis. vñ omittēs aliquā istarū particularū paralogisat ꝑm illā fallaciā. ⁊ dat duo exempla Primū. duo sunt duplū vnius ⁊ nō sunt dupluz triū: ꝰ sunt duplū ⁊ nō duplū. scđm exemplum. hoc est duplū ꝑm lōgitudinē ⁊ nō est duplū ꝑm latitudinē. ergo est duplū ⁊ non duplum.

Quid est elenchus

Qn̄o fit falla͡ petitionis principij.

¶ In quarta ꝑte determīat de fallacia petitionis principij dicēs ꝙ habet fieri tot modis quot modis cōtingit petere principiū de quo visuz est satis in sūmulis.

Quomodo fit fallacia consequentis

¶ In quinta ꝑte determīat de fallacia cōsequētis dicēs ꝙ fallacia ꝯñtis fit quādo credimꝰ ꝯñam cōuerti q̄ nō cōuertit̃: vt quādo credimꝰ ꝙ sicut ex añte sequit̃ ꝯñs: ita ex cōsequēte sequitur antecedēs. ⁊ dat tria exempla Primū si mel est rubeū est: ergo si rubeū est mel est. etiaz si pluit terra est madida: ergo si terra est madida pluit. Scđo dat exemplū in rhetoricis. vt ille est cōptus: ergo est adulter. vł ille est errabūdus de nocte: ergo est fur. Tertio dat exemplum mellissi in speculatiuis. vt qđ factum est habet principiū: ergo qđ non factū est nō hꝫ principium.

Quomodo fit fallacia non ꝑm cām vt causaz

¶ In sexta ꝑte determinat de fallacia nō ꝑm causā vt cām dicēs. ꝙ talis fallaciā fit quādo illud quod nō est causa accipitur tanq̄ causa ad inferendum conclusionem ⁊ a falsitate conclusionis fit regressus ad eam tanq̄ ad premissam causam. et dat exemplum. omne cōtrarium corruptioni est generatio. sed vita est contraria corruptioni: et vita ⁊ anima sunt idē. ergo vita est generatio. cōsequēs est falsum: ergo ⁊ aliqua ꝑmissaꝝ ⁊ non nisi ista: vita ⁊ anima sunt idem. igitur. ⁊ de ista facis visuz est in scđo

priorū quomō solū fit in sillogismo ad impossibile. ¶ In septima ꝛ vltima parte determinat de fallacia ſm plures interrogationes vt vnam dicens. ꝙ hec fallacia fit ex eo ꝙ plures interrogationes reputantur vna ꝛ de his datur vna responsio: vt sunt ne illa bona aut nō bona demōstrato vno bono ꝛ vno malo. Cōsequenter ostendit quomō hec fallacia cōmittitur ex eo ꝙ aliquis credit terminū numeri pluralis similiter diffiniri sicut terminus numeri singularis. vt sicut cecus est nō vidēs aptus natus tū videre et credat ꝙ ceca sunt non videntia apta nata videre: tunc si queratur vtruȝ ista sint ceca aut videntia demonstrato vno ceco ꝛ alio vidēte. et si dicatur ꝙ sunt ceca vel ꝙ sunt videntia: tunc cōmittitur talis fallacia.

Quō fit fallacia ſm plures interrogatiōes

Queritur vtrum de elencho sophistico sit scīa specialis tanꝗ de subiecto attributionis huius scientie. Arguitur p̄mo ꝙ nō: q2 si de sillogismo sophistico eēt scīa ipa esset sophistica: ꝫ sciētia sophistica non est scīa cum dicat phūs in textu ꝙ scīa sophistica est tm̄ scīa apparēs. Scdō sic. de subiecto scientie dȝ p̄supponi quid est ꝛ quia est: sed de sillogismo sophistico non p̄supponitur quid est ꝛ quia est cū p̄hūs probet in textu ipm̄ esse. Tertio sic. de nō ente nō potest esse scīa: sed sillus sophisticus est nō ens vt pȝ per phūm in textu dicentē ꝙ sillogismꝰ sophisticus est apparēs et nō existens. Quarto sic. sillogismꝰ sophisticus nō est nisi priuatio sillogismi dyaletici. ergo nō videtur de ipso esse scientia distincta a scīa sillogismi dyaletici cum dicat aristoteles p̄mo de aīa ꝙ habitus ꝛ priuationis eadeȝ est scientia. Quinto sic. in omni scientia sunt sillogismi sophistici. ergo scīa sophistica non est scīa specialis distincta ab alijs. In oppositū est phūs tradens nobis scientiam de sillogismo sophistico. In questione erunt tres articuli.

An de elencho sophistico sit scientia.

Quātum ad primum sciendum est primo ꝙ pro declaratione questionis supponit primo ꝙ verus elenchus est sillogismꝰ cōtradictorius positioni respōdentis: ita ꝙ supra sillogismū addit probationē ꝛ supra sillogismū dyaleticum addit cōtradictionem positioni respondentis. ¶ Ex quo sequitur ꝙ elenchus tria includit. s. illationē inꝗtum est sillogismꝰ: ꝛ ꝓbationem inꝗtum est dyaleticus: ꝛ cōtradictōem inꝗtum est elenchus. ita ꝙ cōtradictio est vltia differētia cōstitutiua eius: sed elēchus sophisticus seu sillogismus sophisticus qd̄ idem est: est apparens elenchus ꝛ non existens ex hoc quia nō sillogisat: vel q2 nō ꝓbat cōclusionem cōtradicentem positioni respondentis. Ex quo sequitur ꝙ duo requirūtur ad hoc ꝙ dicatur elēchus sophisticus. primū ꝙ appareat esse elenchus. secundū ꝙ nō sit sicut apparet. per primū tangit causa apparentie sillogismi sophistici seu elenchi. per scdm̄ tangitur effectus eius. ¶ Ex istis patet ꝙ triplex est elenchus sophisticus. s. peccans in forma tantū ꝛ talis non est sillogismus. alius in materia tantū. s. in probatione cōclusionis cōtrarie vel cōtradictorie positioni respondentis. ꝛ talis bene est sillogismꝰ. alius est peccans in materia et forma simul.

Quid est verꝰ elenchus.

Elenchꝰ sophisticus ē triplex.

Sciendum est secūdo ꝙ syllogismus sophisticus dupl'r accipitur. vno mō vt est quedā obliqtas seu defectus sillogismi dyaletici. ꝛ isto mō se hȝ ad syllogismū dyaleticū sicut priuatio ad habitū. ꝛ sic de ipso sic capto non est scīa distincta ab elencho cum habitꝰ ꝛ priuatio pertineant ad eandē sciam. Alio mō capitur ꝓ sillogismo apparēti gn̄atiuo deceptionis. ꝛ hoc dupl'r. vno mō p̄ie intētionalr. ꝛ sic nō est aliud ꝙ sillogismꝰ sophisticꝰ mētalis vocalis vel scriptus: cuiusmodi ē iste: oē sanū est aīal: vrina est sana: ergo vrina est aīal. Alio mō capit scdē intētionalr: ꝛ sic nihil aliud est ꝙ quedam scdā intētio attributa ꝑ intellectū quo ad denūciationem sillogismo sophistico mētali vocali vel scripto cuiꝰ ꝓpria passio est gn̄atiuum deceptōis. et sic de ipso est scīa tanꝗ de subiecto attributionis huiꝰ scīe. ¶ Supponitur scdō ꝙ duplex est scīa sophistica. s. vtens ꝛ docens. Utens est habitus cōclusionis ꝑ vsum argumētationis sophistice acquisitus vt eēt habitus istiꝰ ꝯclusionis. vrina est sana facta ꝑ istū sillogismū. omē sanū est aīal: vrina est sana: ergo vrina est aīal. ꝛ sic non est vera scīa: sed scīa solū apparēs. Alia est docens que est habitus acquisitus ꝑ demonstrationē docēs formare argumētationes sophisticas ꝛ eas debite soluere. Ex quo sequūtur due vtilitates scīe sophistice. Prima vtilitas quia docet formare argumētatiōes sophisticas. scdā q2 docet soluere argumētationes sophisticas.

Sills sophisticus quot modis capitur

Quotuplex ē sciētia sophistica.

Sciēduȝ est tertio ꝙ circa textū incidūt alique difficultates. Prima quō est possibile ꝙ sillogismꝰ sophisticꝰ possit eē subiectuȝ huiꝰ sciētie cum aristoteles querat de ipso quid est ꝛ ipm̄ ꝓbet. Ad hoc respōdet vt alias visuȝ est ꝙ de subiecto scīe dȝ p̄supponi quid est. ꝛ qa est in ꝓcessu demōstratiuo ꝛ scientifico. sed non in ꝓcessu acquisitiuo ꝛ disciplinabili. ¶ Scdā difficultas quare elenchus magis dicitur sillogismus cōtradictorius ꝙ aliquis alius cū quilibet sillogismꝰ cōcludat aliquā ꝯclusionē q̄ ꝯtradicit vel pōt cōtradicere alicui positioni respōdētis. Respondetur ꝙ sillogismꝰ pōt dici cōtradictorius quadrupl'r. p̄io q2 infert cōclusioneȝ que hȝ vel pōt habere cōtradictoriā. ꝛ sic oīs sillogismus pōt dici cōtradictoriꝰ. scdō q2 infert cōclusionē negatiuā q̄ magis denotat cōtradictionē ꝙ affirmatiua. ꝛ sic oīs sillogismꝰ cuiꝰ cōclusio est negatiua pōt dici ꝯtradictoriꝰ. tertio mō q2 infert cōclusiones cōtradictorias. et sic nullus est sillogismꝰ cōtradictoriꝰ. quarto mō q2 infert cōclusionē cōtradicentē vel saltē cōtrariātem positioni respondentis. et isto modo elenchus dicitur sillogismus cōtradictorius.

Alie difficultates circa textum incidentes.

Sills qt modis dicꝫ dictorius.

Sciendū est quarto ꝙ circa textū incidit talis difficultas vtrū necesse sit vnū nō.

An necesse sit vnū nomen significare plura.

men plura significare. Et videt̄ ꝙ nō: quia nomen mere contingēter significat quia mere ad placitū: igitur nō est necesse ipsum plura significare. Respondetur ꝙ ibi capitur ly necesse pro cōuenienti ita ꝙ sit sensus cōueniens est vnū nomen plura significare si res supple excedāt nomina. vnde nomen dicitur significare suum significatū significatione: que non est aliud ꝙ respectus rōnis vocis significatiue ad rem significatam ita ꝙ tot sunt significatiōes in voce saltem denominatiue quot significata significat: et ista significatio nō fit per intellectū sed ꝑ voluntatem imponētis vocem ad significandū. Ex quo sequitur ꝙ non oīs respectus rationis seu scd̄a intentio fit ꝑ intellectū: sed qn̄qꝫ ꝑ volūtatem. ¶ Scd̄a difficultas: vtrū nomē equiuocū significet sua significata copulatiue vel disiunctiue. ¶ Pro cuius solutione supponitur p̄rio

Quid est nomē equiuocum.

vt alias visum est ꝙ nomē equiuocū est nomen plura significās non importans aliquid ipis cōmune. Uel sic: terminus equiuocus est terminꝰ significans sua significata mediantibꝰ diuersis cōceptibus nō synonimis ⁊ totalibꝰ. vñ iste terminus canis significat canem latrabilē ⁊ piscē marinū mediātibus diuersis cōceptibus. ⁊ dicitur notāter nō synonimis: quia aliter sequeret̄ ꝙ iste terminus hō esset equiuocus ad sortē q̄ est rome ⁊ platonē qui est parisius cum significet mediantibꝰ diuersis cōceptibꝰ. dicitur notāter totalibus ad differentiā orōnis que significat sua significata mediātibus diuersis cōceptibus partialibꝰ cōstituentibꝰ tn̄ vnū totalē conceptum. Supponitur vlterius ꝙ duplex est nomē equiuocū. s. a casu ⁊ a cōsilio de quibꝰ alias satis visum est. ¶ Supponitur insuꝑ ꝙ nomē

Nomen equiuocū significare sua significata copulatiue quomodo intelligitur

equiuocū significare sua significata copulatiue pōt intelligi dupl'r. vno mō ꝙ significet vnum et alterum vel vnū vel alterū: ⁊ tūc bene significat copulatiue vel d. siunctiue. Alio mō ꝙ subordinetur copulationi vl' disiūctioni plurīū terminoꝝ mētalū significantīū seorsū sua significata. ⁊ sic dico ꝙ nō significat neqꝫ copulatiue neqꝫ disiūctiue: qꝛ tūc nulla ꝓpō in qua poneretur terminus equiuocus esset distinguēda cum nulla talis esset propositio plures cum esset quedā copulatiua vel disiunctiua. Et hec de primo articulo.

Aliud dubium de hoc voce canis

Quantum ad secūdum dubitatur

primo vtrū iste terminus canis equiualeat aggregato ex istis tribus termīs aīal latrabile: sydus celeste. belua marina. sīcōiūcte sumptis sic ꝙ canis correspondeat tribus conceptibus in coniuncte sumptis. Respondetur breuiter ꝙ non: quia tunc sequeretur ꝙ iste terminꝰ canis nō posset restringi ꝑ istā determinatiōnē latrabile ad standū ꝓ latrabilibꝰ qḋ falsū est. qꝛ tunc ista canis latrabilis est substātia nō eēt ꝓpositio cuiꝰ tn̄ cōiter oppositū dr̄. ꝯña tn̄ ꝓbat̄. qꝛ aggregatū ex illis tribꝰ termīs nō pōt restringi ꝑ talē determinatiōnē. ģ nec ille terminꝰ. Et si quis petat q̄re ꝗ̄ talis terminꝰ dr̄ equiuocus cū non equiualeat tali aggregato. ¶ Respondet̄ ꝙ rō est eo ꝙ subordinat̄ diuisim ⁊ seorsum cuilibet cōceptui. ¶ Ex quo seq̄tur ꝙ ista orō canis est subā pōt eē orō vna. puta si cōsideret̄ in ordine ad vnū suoꝝ conceptuū ⁊ plures si cōsideret̄ in ordine ad oēs suos ꝯceptus. ¶ Sed restat parua difficultas quō ista orō laborās sanabat̄ posset facere aliquē modū fallacie equiuocationis.

Alia difficultas de ista oratione laborās sanabatur ⁊c̄

¶ Rn̄detur ꝙ ex eo ꝙ aliq̄ dictio vel aliq̄s terminus ꝓpter adiunctōem eiꝰ cum alia ⁊ alia dictione sumit̄ ꝓ diuersis suis suppositis q̄ tn̄ sic sumpta significat vno ꝯceptu: vt quicūqꝫ sanabatur sanus est: laborās sanabatur. ģ laborans sanus est. ibi laborās in minore ampliat̄ ꝓ laborātibus q̄ sunt ⁊ fuerūt. sed in cōclusiōe stat solū ꝓ laborātibꝰ q̄ sunt. īō fm̄ talē orōnem fit tertiꝰ modꝰ equocationis. ⁊ hoc est qḋ dicit albertꝰ de saxonia ꝙ talis tertiꝰ modꝰ qn̄qꝫ fit eo ꝙ arguit̄ a magis amplo ad minus amplum.

Quot sint fallacie in dictione.

Dubitatur secūdo vtrum sint tan

tū sex fallacie in dictiōe ⁊ septē extra dictiōem. ⁊ videt̄ ꝙ nō qꝛ oīs fallacia est in dictiōe: igit̄: aīns p̄ꝫ qꝛ oīs fallacia est paralogismus: sed oīs paralogismꝰ est in dictiōe: igit̄. Scd̄o sic. oīs fallacia est extra dictionē. igit̄: aīns p̄ꝫ: qꝛ oīs fallacia est deceptio. oīs aūt deceptio ē in deceptore non in dictione: igit̄. Itē īfinitis modis ꝯtingit arguere sophistice: igitur infinite sunt fallacie. tenet ꝯña: quia fallacia nō est aliud ꝙ argumentatio sophistica. In oppositū est phs in textu. ¶ Pro cuiꝰ solutione supponit̄ p̄rio ꝙ fallacia capitur

Fallacia quot modis capitur.

tripliciter. vno mō pro loco sophistico seu argumentatione vel oratione sophistica ꝑ quā aliq̄s decipit̄. ⁊ sicut locꝰ dyaleticꝰ diuidit̄ ꝑ locū maxima. ⁊ locū differentiā maxīe ita locus sophisticus. Uñ locus sophisticꝰ differētia maxīe nō est nisi argumētatio sophistica vel hītudo illorum terioꝝ. sed locꝰ sophisticꝰ maxima est ꝓpō falsa confirmatiua seu ꝓbatiua alicuiꝰ ꝯñe sophistice cuiusmodi est ista. si nomē sit vnū significatū erit vnum. Scd̄o mō capit̄ ꝑ assensu quo credimus ꝙ aliq̄s ꝓcessus sillogisticꝰ valeat ad concludendū illud qḋ cōcludit. ⁊ tn̄ nō valet. et sic fallacia est deceptio seu assensus falsus causatꝰ in respōdente. Tertio mō capit̄ ꝓ ydoneitate ꝑ quā q̄s est prōptus ad decipiendū respondētem: ⁊ sic est in opponēte. ⁊ sic cōiter diffinit̄ ꝙ fallacia est ydoneitas faciēdi credere de nō ente ꝙ sit ens vel ecōtra. Supponit̄ scd̄o ꝙ falla-

Quot sint cause fallaciarum

ciarum duplex est causa. s. causa apparētie ⁊ cā defectꝰ. vñ cā apparentie est principalis. ⁊ ꝑ ipsam sumit̄ distinctio fallaciarum eo ꝙ sophista magis intēdit apparere ꝙ eē. ¶ Supponit̄ tertio ꝙ fallacie in dictione nō dicūtur in dictōe eo ꝙ fiant ꝑ dictōes: qꝛ sic oīs fallacia eēt in dictiōe. sed dicūtur in dictōe qꝛ sumūt causam apparētie ex parte dictionis. similiter fallacie extra dictionem non dicūtur extra dictionē eo ꝙ fiant sine terminis: sed qꝛ sumūt causā apparētie ex pte rei. vel qꝛ possunt fieri sine dictionibus. ⁊ ex istis p̄ꝫ quid sit dicendum ad rationes.

Aliud du biū de distinctiōe oratiōis.

Dubitatur tertio vtruz aliqua oratio sit distinguēda in qua ponit̄ terminꝰ equocus rñdet̄ per aliq̄s ꝓpōnes. Prima nulla propositio in qua ponit̄ terminꝰ equocus a ꝯsilio de rigore est distinguēda supple rōne illiꝰ termini equiuoci. q2 vel ille terminꝰ equocꝰ ponitur per se. i. sine determinatiōe distrahēte: ⁊ tūc stat ꝓ suo significato principaliori ꝑ illā regulam oīe analogū ꝑ se positū stat ꝑ famosiori suo significato. q̄ regula sic dz intelligi. qñ equocuz a ꝯsilio ponit̄ sine determinatione distrahēte: tūc stat ꝓ suo significato ꝑncipaliori. ⁊ sic qñ dr̄ hō currit. ibi hō stat pro hoīe viuo. vel talis terminus ponit̄ cū dictione distrahēte. vt dicēdo hō est pictus. vel hō pictus est. ⁊ tūc de rigore stat pro illo significato nunꝰ principali. ⁊ notant̄ dr̄ de rigore: q2 fm̄ vsum cōem logicoꝝ sepe talis distinguit̄.

Secūda ꝓpositio.

¶ Scda ꝓpō: oīs oratio in qua ponitur terminꝰ equocus a casu nō restrictus est distinguēda vt ista. oīs canis est sub̄a. vñ terminus equocus dr̄ capi cū restrictione qñ capitur respectu alicuꝰ qd̄ solū sibi ꝯuenit ꝓ vno significatoꝝ vel duoꝝ sic ꝙ non oim. vt canis est latrabilis. ibi accipit̄ respectu dictionis sibi cōuenientis fm̄ vnū significatū tm̄: ⁊ tūc nō est distinguēda virtute illiꝰ regule: talia sunt subiecta q̄lia ꝑmittūtur a suis ꝑdicatis. Dicunt tñ aliq̄ ꝙ adhuc talis est distinguēda: ⁊ ꝙ determinatio nō pōt terminū determiare nisi sibi immediate addat̄ tñ ista est distinguēda: canis est coloratus. l3 accipiat̄ respectu determiationis. Et ratio est: q2 ly coloratū ꝯuenit sibi ꝓ pluribus significatis. s3 terminꝰ equocus dr̄ poni sine restrictione qñ ponit̄ respectu alicuꝰ qd̄ cōuenit sibi pro omnibus suis significatis: vt canis est substantia. ¶ Et hec de scdo articulo.

Conclusio rñdēs ad ꝓōcā.

Quātum ad tertium sit cōclusio responsalis de sillogismo sophistico est scīa tanꝙ de scibili remoto. Ad rationes ante oppositū patet solutio in articulis.

Ergo sic dicendum est apparētes sillogismos ⁊ elencbos aut oīs reducendum est in elencbi ignorantiaz bis qui banc principiuz faciunt. Est eīn omnes resoluere dictos modos in elencbi diffinitionem.

Quomō fallie rdu cunt̄ ad elenchuz

Istud est tertiū capitulū in quo phs docet reducere oēs fallacias ad ignorātiā elenchi ostendēdo quō deficiūt cōtra verum elenchū. Et primo ponit talē cōclusionem. oēs paralogismi fallaciarū peccāt cōtra verum elenchū. qd̄ probat sillō et inductiōe. sillogismo sic. omnes sillī īmodificati peccant ꝯtra verū elēchuz: sed omnes ꝑalogismi oīm fallaciarū sunt īmmodificati: ergo omnes peccant cōtra verū elenchū. Inductione sic. primo de fallacijs in dictione: quia eq̄nocatio. amphibolia. ⁊ figura dictionis habent identitatem vocis sed nō significati que requiritur ad verū elenchū. cōpositio, diuisio et accentus. nō sunt eadē oratio aut idem nomen. qd̄ requirit̄ ad verū elenchū. Secundo ꝓbat de fallacia accidentis que peccat contra sillm̄. ergo cōtra elenchū. tenet ꝯña: q2 omnis elenchus est sillus. añs probat ꝑ exemplū: q2 nō sequitur: triangulꝰ habet primo tres. triangulꝰ ē figura. ergo figura habet primo tres: cū ꝯclusio sit falsa et ꝑmisse vere. Et subdit ꝙ fm̄ istaz fallaciā scientes ab inscijs redarguunt̄. ¶ Tertio probat de fallacia fm̄ quid ad simpliciter: q2 negatio fm̄ quid alicuꝰ nō est negatio simplr̄. qd̄ requirit̄ ad verū elenchum. ¶ Quarto ꝓbat d̄ fallacia ignorātie elenchi: q2 ipa omittit aliquā particulā positā in diffinitiōe elenchi. ¶ Quinto probat de fallacia fm̄ non cām vt causam. q2 in omni elencho oportet ꝯclusionē de necessitate sequi ex premissis. qd̄ nō fit in fallacia fm̄ nō causam vt causam. ¶ Sexto ꝓbat de fallacia petitionis principij: q2 in elencho nō debet connumerari in cōclusione qd̄ erat cōnumeratum in ꝑmissis. ¶ Septimo ꝓbat de fallacia consequētis: q2 fallacia accidētis peccat contra elenchuz: ergo ⁊ fallacia ꝯñtis. tenet ꝯña: q2 fallacia cōsequētis est ps fallacie accñtis: qd̄ dz sic intelligi ꝙ ex quibuscūq3 termīs pōt fieri fallacia cōsequētis: etiā pōt fieri fallacia accidētis. s3 non ecōtra. differūt tñ in hoc q2 ad fallaciā accidentis nō oportet facere plures ꝯñas: sed in fallacia ꝯñtis vt in plurimū fiūt plures ꝯñe. ¶ Octauo ꝓbat de fallacia fm̄ plures interrogationes vt vnā. quia ꝑalogismi huiꝰ fallacie nō fiunt ex ꝓpōnibꝰ: ergo peccāt cōtra elenchū. añs ptz: q2 fiūt ex propōnibꝰ plures q̄ nō sunt ꝓpōnes. ¶ Et subdit phūs ꝙ sicut idem est oratio et orō vna: ita idē est diffinitio: ⁊ diffinitio vnius rei. vt diffinitio hoīs ⁊ vnius hominis: ⁊ capitur ibi vnum transcēdēter. Et ex isto textu elicitur hec auctoritas: eadem est ꝓpositio ⁊ ꝓpositio vna. ⁊ diffinitio ⁊ diffinitio vna: et per consequens ꝓpositio plures nō debet dici propositio.

Fallacia autem fit in bis quidem qui sunt fm̄ equiuocationem et orationez: cū non possit diuidi quod multipliciter dicitur

Quid fit in oī fallacia.

¶ Istud est quartū capitulū in quo phūs ostēdit causas apparētie oīm fallaciarū. Et intendit talē cōclusionem in omni fallacia est causa deceptionis in ītellectu nostro. qd̄ ꝓbat inductiue: q2 ī fallacia equocationis ⁊ amphibolie accidit deceptio eo ꝙ nescimꝰ distīguere īter dictionē multiplicē vel orōnē. s3 in fallacia ꝯpōnis et diuisionis ex eo ꝙ nescimꝰ distīguere īter orōnē ꝯpositā ⁊ diuisā. ī fallacia ꝯo accētꝰ ex eo ꝙ nescimꝰ distīguere īter dictōez accētu diuerso ꝓlatā. In fallacia figure dictōis ex eo ꝙ nescimꝰ distinguere q̄d sil̄e ⁊ q̄d dissil̄e. Et subdit ꝙ scire distīguere īter sil̄ia ⁊ dissil̄ia ē ꝓpe dicere ver̄ ex eo ꝙ ad cognitōez ꝟitatis marie facit cognitio sil̄itudīs ⁊ dissimilitudīs. Et īfert ꝙ fallacia figure dictōis ē fallacia in dictōe qd̄ ꝓbat duplr̄.

Quid est elenchus

